


Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



Par 29981 d 197

= C Acad 261

Ψ2. 66
IV 12

C Per 22*

= C P : D 11

JAHRBÜCHER

für

classische Philologie.

Herausgegeben

von

Alfred Fleckeisen.





ZWÖLFTER SUPPLEMENTBAND.

Leipzig, 1881.

Druck und Verlag von B. G. Teubner.

Inhaltsverzeichnis.

	Seite
1. De **Tzetzarum** nomine vitis scriptis. Scripsit *G. Hart*	1— 76
2. **Exegetischer Commentar** zu Platos Theätet. Von *Hermann Schmidt*	77—190
3. Der **Genetivus** Singularis in der sog. zweiten altgriechischen **Declination**. Von *Karl Lugebil*	191—248
4. De **dialogi** qui Taciti nomine fertur sermone iudicium. Scripsit *Theodorus Vogel*	249—282
5. De **Aristophane** Byzantio et Suetonio Tranquillo Eustathi auctoribus. Scripsit *Leopoldus Cohn*	283—374
6. **Philologische** Studien zu griechischen Mathematikern. Von *J. L. Heiberg.* III.	375—402
7. De **scholiis Homericis** ad historiam fabularem pertinentibus. Scripsit *Eduardus Schwartz*	403—464
8. Die **Cantica** des Terenz und ihre Eurythmie. Von *Carl Meissner*	465—588
9. De **Plauti** substantivis. Scripsit *Hermannus Rassow* . .	589—733

DE TZETZARUM NOMINE VITIS SCRIPTIS.

SCRIPSIT

G. HART.



Caput I.

De Tzetzarum nominis formis.

Cum sescenties in libris manu scriptis Τζέτζης forma inveniatur, duobus locis forma Κέκος occurrit i. e. in schol. ad Lycophr. v. 727 p. 758, ubi haec leguntur: χελύσσουσα] ἓν λάμβδα γράφων ὁ Κέκος φησὶ μὴ εἶναι ἐπταισμένον τὸν στίχον, praeterea praefixa iambis, qui isdem scholiis adiecti leguntur p. 1049: Λόγους ἀτερπεῖς κτλ. Addenda sunt quae Lobeck habet ad Aiac. p. 93 (ed. 3) adnot. 1: '*Lascaris Gramm. L. III Lit. E. fol. 8. Τυδῆ, Ἀχιλλῆ, φονῆ — ὁ Κέκκος φησὶ κατὰ συναίρεσιν ἀττικὴν γενέσθαι. Maittairius Dial. p. 36:* quis, *inquit,* ille Ceccus fuerit, nescio. *Est Tzetzes ipsissimus, qui nomen suum ita scribit. Κέκος Schol. Lyc. 727. Latini Caecum vocant v. Du Cang.*'. Du Cange autem in gloss. med. et inf. graecit. Lugd. 1688 p. 1566 haec docet: *Τζέτζης 'Caecus'. Ita Ioannem et Isaacium Tzetzes, fratres, ac scriptores recentioris Graeciae sat notos, appellant Theodorus Gaza in lib. de Mensib. Aldus Manutius, et Leonicus Thomaeus in libris variarum Historiarum. Verba Gazae sunt ex cap. 5. Κέκος δὲ Πρόκλου χλευάζων, etc.*

Et Lobeck l. l. et Ritschl opuscul. I p. 129 iudicaverunt Tzetzam ipsum Κέκον se appellasse, itemque G. Dindorf in Mus. rhen. IV (1836) p. 233 Tzetzam hoc fecisse existimat, ut nomen suum barbare sonans antiquiori nominum formae magis appropinquaret. Sed quamvis nostrae aures illa litterarum compositione offendantur, tamen Byzantina aetate usitatissimam eam fuisse ex magna multitudine nominum et appellativorum et propriorum elucet, quae τζ litteras continent.[1]) Tzetzae igitur nihil fuit causae, cur ipse nomen suum mutaret. Praeterea satis videretur mirum eum duobus tantum locis hac nominis forma usum esse, contra sescentis forma Τζέτζης: veluti in uno Chil. libro V Τζέτζης legitur his locis: v. 40. 151. 569. 646. 709. 715. 724. 813. 817. Idem a Gregorio Corinthio, Tzetzae aequali,

1) Etiam deminutiva illis τζ litteris a Byzantinis derivata sunt: cf. Mullach, 'Grammatik der griech. Vulgärsprache' p. 158 sq., 171 sq. et Nicephor. Bryenn. hist. II, 1 p. 56, 11 sq. ed. Bonn. ἀντελαμβάνετο καὶ τὸν ἐκτομίαν Νικηφόρον, ὃν ὑποκορίζοντες ἐκάλουν Νικηφορίτζην. Tzetzes ipse in Chil. XIII, v. 373 προσθηκίτζα utitur pro προσθήκη (veram enim formam προσθηκίτζα pro προσθηκήτζα editionis Kiesslingianae debeo Guilelmo Wagnero).

in Rhet. gr. ed. Walz tom. VII p. 1098, 24 Τζέτζης vocatur. Itaque ego quidem censeo Tzetzam ipsum numquam de forma nominis Κέκος cogitasse sed eam a viris doctis Italis inventam esse.

Nam et in schol. ad Lyc. v. 727, ubi in ceteris codicibus ὁ Τζέτζης legitur, et ante iambos illos, qui in ceteris libris manu scriptis aut omnino non exstant aut ubi exstant, nomine auctoris carent, forma Κέκος a Sebastiano demum in textu posita est e cod. Vaticano 972, quem exeunte demum saeculo decimo sexto exaratum esse et latinum quoque indicem rerum et verborum absolutissimum continere Sebastianus docet praef. p. XXXVIII. Num vero unum codicem recentissimum secuti, qui non tam genuinam scholiorum formam servasse quam latino simul rerum verborumque indice addito ad editionem recentiorem propius accedere videtur, contra omnes codices antiquiores Κέκος hic legendum atque Tzetzae novam nominis formam vindicandam esse censebimus, quae nusquam alibi ab eo usurpetur, quae praeterea non inveniatur nisi apud Theodorum Gazam et Lascarem, quae qua de causa a Tzetza ficta sit non appareat, quae ne ex graeca quidem lingua sed potius ex latina sumpta videatur? Sed ut pateat, quomodo forma orta sit, videndum est, quae nominis formae praeter 'Tzetzes' apud viros doctos, qui in occidente versabantur, inveniantur.

Scaliger in epistula (ap. Ritschel. l. l. p. 130) haec affert: *De τξαισοῦρα noli dubitare. Longobardi pronuntiant literam c ante e et i ut Graeci suum tz. Sic ille scholiastes Lycophronis Graecis suis dicitur Τζέτζης, Longobardis Cetces, imo et Tuscis ipsis. Nam ita a Volaterrano dicitur.* Addo etiam quae apud Ritschelium l. l. p. 131 ex Gyraldi Historia poetarum laudantur: *Fuit vero Isaacius Ioannis Zezae grammatici frater: quod quidem Zezes nomen barbara quadam consuetudine, praeposito T ante z, dure admodum Tzetzius et Tzetzes profertur, ut in graecis commentariis mss. nonnunquam est legere. — nam et Ioannes in Homerum et Hesiodum commentaria condidit, quem tamen a nostris quibusdam grammaticis video Caeci nomine pro Zezis citari.* Cf. quae ex Du Cangio supra laudavi. Deinde in scholio Plautino apud Ritschel. l. l. p. 124, 1 Caecius appellatur, ibidem autem p. 126, 67 Cecius. Postremo Gerbelius in praefatione ad Chiliadas p. XXI edit. Kiessling. haec habet: *Caeterum ad nomen quod attinet, varie invenio hoc pronunciatum a recentioribus. Politianus, Parrhasius, Crinitus, Lilius passim ipsum Zezen vocant. Volaterranus Zezium, Theodorus Gaza et noster Aldus Caecum.*

Reperiuntur igitur hae formae: Tzetzes, Zezes, Cetces, Tzetzius, Zezius, Cecius, Caecius, Caecus, ex quibus facile etiam eae supplentur formae, de quibus nobis nihil traditum, quas tamen adhibitas fuisse verisimile est. Originem vero formarum hanc esse iudico.

Pro graeca voce Τζέτζης Itali primum duas adhibuerunt formas. Alteri graecam formam retinuerunt eamque aut eodem modo quo

Graeci scripserunt Tzetzes aut utroque t omisso Zezes aut ita, ut *c*, quod ante *e* pariter ac *tz* pronuntiabatur, ad scripturam italicam efficiendam supponerent, Cetces (Ceces). Alteri ea forma quae minus barbare sonabat usi sunt i. e. ΤζέτζιοC[2]), quam scripserunt Tzetzius vel Zezius vel Cecius. Ex Cecius autem, ut forma efficeretur similior latinae vocis caecus, ficta est Caecius: fortasse ad irridendum graecum interpretem alii deinde illo *i* omisso Caecus scripserunt. Quamquam autem ex hac forma, cum graecis litteris nomen exprimendum esset, facile oriri potuisse ΚέκοC apparet (in schol. ad Lyc. et ap. Theod. Gaz.) vel ΚέκκοC (ap. Lascarem), tamen etiam hae formae ad similiores quasdam latinas formas revocandae videntur. Illud Caecus enim, quoniam in lingua italica ceco idem significat, ab aliis viris doctis scriptum videtur Cecus vel, id quod forma ab Lascare usurpata ΚέκκοC suadetur, quia forma deminutiva nominis proprii 'Francesco' i. e. Cecco latere videbatur, Ceccus.

Constat igitur non Tzetzam ipsum ΚέκοV umquam se nominasse sed hoc nomen ex forma ortum esse latina, quae a viris doctis, qui in Italia versantes latine loquebantur, ad barbarum nominis sonum evitandum primum ficta postea etiam in sermonem graecum translata atque in librorum Tzetzae ipsius codicibus in locum genuinae graecae formae ΤζέτζηC nonnusquam supposita est.

---

[2]) ΤζέτζιοC forma invenitur in schol. ad Lycophr. v. 17 p. 299 ed. Muell.: οὕτωC ἡμῖν δοκεῖ τοῖC ΤζετζίοιC et in Ioannis Tzetzae opusculo περὶ μέτρων in Cram. Anecd. Oxon. vol. III p. 306, 2 sqq.

> ἀλλ' οὖν ἐπιτεχνήσεσι καὶ πόνοις τῶν ΤζετζίωV
> ὁδοιποιούντων*) τὰ δεινὰ τῆς δυσβατοτροπίας
> πανευμαρῆς τις γίνεται καὶ κατημαξευμένη (scil. ἡ τρίβος).

Quae forma a Tzetza mihi videtur ficta, ut suum nomen nomini gentium romanarum propius accederet. Cf. quae leguntur in epistula Tz. 18, cui inscribitur 'Τῷ μυστικῷ κυρίῳ Νικηφόρῳ τῷ Σερβιλίῳ', cuius verum nomen Σερβλίας esse Tzetzes ipse ait in Chil. VII, hist. 132:

> ΣερβίλιοC ἦν ὕπατοC καὶ Καῖσαρ τῶν Ῥωμαίων.
> μεθόδῳ δὲ δεινότητοC, ῥητορικῷ τῷ τρόπῳ,
> ἐκ ΣερβιλίωV τῆς γονῆς λέγω καὶ τὸν ΣερβλίανV.
> ὡς εἴπερ ἄλλοC ἤθελε, ΣέρβονV Ἠλίαν εἶπεν.
> τοῦτο γὰρ ῥήτοροC ἀνδρὸς καὶ ἀμφοτερογλώσσου,
> καὶ πράγμασι καὶ κλήσεσι καὶ τοῖς λοιποῖς ὁμοίως
> πρὸς ἔπαινον καὶ ψόγον δὲ κεχρῆσθαι συμφερόντως.

Utrum vero omnes viri docti formam Tzetzius sumpserint ex graeca forma ΤζέτζιοC, quae duobus tantum locis occurrit, an ad nomen magis latinum faciendum ipsi sibi finxerint diiudicari nequit.

---

*) Scribendum est ὁδοποιούντων.

Caput II.

De Isaaco Berrhoeae eparcho ab Isaaco Tzetza distinguendo.

Fridericus Iacobs in praefatione editioni Ioannis Tzetzae Antehomericorum, Homericorum, Posthomericorum (Lips. 1793) praemissa p. XV et in adnotationibus ad Homer. v. 136 sqq. et Posthom. v. 282 sqq. eruisse se putat gravissimas inimicitias inter Isaacum Tzetzam et Ioannem fratrem intercessisse: Ioannem ab fratre, qui ἐπαρχίας munere fungeretur in Berrhoea urbe, suadente eius uxore equis suis privatum, Berrhoea depulsum, Byzantium remissum esse. Secutus est eum Mueller scholiorum editor ab Isaaco et Ioanne Tzetza, ut Mueller opinatur, ad Lycophronis Cassandram conscriptorum (Lips. 1811) praef. p. XXXIV, qui ipsam hanc rem maximo sibi esse adiumento censebat ad probandam quam proposuit opinionem Ioannem Tzetzam scholia ad Lycophronem ab Isaaco fratre composita *orta inter ipsos discordia* sibi vindicasse: qua de re infra amplius erit exponendum.

Etsi Isaacum quendam ab Ioanne Tzetza Homer. v. 137 sqq. et Posthomer. 282 sqq. vehementer castigari neminem fugit, tamen ab iis, qui ex his locis evicisse sibi videntur Ioanni Tzetzae cum Isaaco fratre inimicitias fuisse, id praecipue demonstratum esse exspectes Isaacum illum revera Isaacum Tzetzam, Ioannis fratrem, fuisse. Atqui Iacobs toto, quod aiunt, caelo errasse videtur. Homeric. igitur v. 137 sqq. haec leguntur:

ὦ σχέτλιοι μέροπες, κακοφραδέες, ἀγριόθυμοι,
οἳ νείκους μὲν τίετε εἴδωλ' Ἐμπεδοκλείου, ...
ἀνέρας ἡμιθέους δὲ τοίοις τίετε δώροις, ...
οἷσι κἀμὲ καὶ ἄκων (sic) δειδίσκετο οὔλιος ἀνήρ,
ᾧ πρὶν ἐγὼ θήτευσα, κατηφὼν Ἰσαάκιος,
ἠδ' ἄλοχος κείνου περικερδής, ἀγκυλόβουλος. . . . . .
τίμων δ' ἀφρονέοντες, ὅσοι τοῖς αἴσχεα ἦσαν, ...
οὕνεκα τῇ πείθοντο παρὰ κρυφίοις λεχέεσσιν,
οὐδ' ὡς ἄλλοι ἀνήνανθ', οἳ περιώσιον ἄσθεν
καὶ ἐσθλοί περ ἐόντες,

postea uxorem Isaaci πολύευνον κλεψιγαμοῦσαν, ipsum χρυσοκέρωτα πόσιν nominat: reliqua exscribere supervacaneum est. Deinde Posthom. v. 753 sqq. haec exstant:

κεῖνος ταῦτ' ἐρέησιν (sic) ἀνήρ, γλῶσσα δ' ἄρ' ἐμεῖο
βουλῇ Ἰσαακίοιο δολόφρονος οἵ τε δάμαρτος
ἄρτου δευομένη καταΐσχεται, οὐδ' ἐπαείδει,
οὐδὲ θέλει πονέειν, περὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔχουσα.

quibuscum cf. Posthom. v. 282 sqq., quibus tamen etiam maioris est momenti scholion, quod a Tzetza ipso adscriptum est (ap. Iac. p. 123): πειcθεὶc ὁ cεβαcτὸc Ἰcαάκιοc τῇ τούτου cυζύγῳ καὶ ἀφελόμενός με τοὺc ἵππουc πεζὸν εἴαcε πρὸc τὴν πατρίδα παλινοcτεῖν ἐκ τῆc Βερροίαc, ἧc εἶχε τὴν ἐπαρχίαν, καὶ τῶν Cελῶν, οὐ τῶν περὶ Λάριccαν, ὧν Ὅμηροc μέμνηται (Iliad. XVI, 234), οἳ νῦν χωρίον ὑπάρχονταc ἐντελὲc (leg. εὐτελὲc) Cελουcτίανοι λέγονται, ἀλλ' ἀπὸ Cελῶν *** (sic ap. Iac.) ᾧ παραρρεῖ ὁ ποταμὸc ὁ Cτρύμων καὶ ἡ Βοιβηὶc λίμνη[3]), Βέρβιcζα (sic) νῦν καλουμένη βαρβαρικῶc ὡc καὶ οἱ Cελοὶ οὗτοι Cέλητζα (an Cέλιτζα? cf. adnot. 1).

Quibus tandem ex verbis colligitur hic esse intellegendum Isaacum Tzetzam? Utrum ex verbis ᾧ πρὶν ἐγὼ θήτευcα, κατηφὼν Ἰcαάκιοc an ex illis: ὁ cεβαcτὸc Ἰcαάκιοc? Tantum abest, ut Isaacus ille Tzetzae propinquus fuerit, ut nobili genere videatur natus, ut fortasse ex ipsa familia augusta originem duxerit. Cf. quae Du Cange in libro qui inscribitur: Familiae augustae byzantinae (Venet. 1729) p. 146, 1 D de Constantino Comneno disputat, Isaaci et Irenae Alanissae filio, qui et ipse sebastus et Berrhoeae dux fuit.

Accedit quod Ioannes Tzetzes in Isaacum eparchum eiusque uxorem etiam in Exegesi Iliadis saepius maledicta congerit, ubi tamen Isaaci fratris mortem commemorat. Ad Isaacum enim eparchum hi pertinent loci: schol. ad Exeg. p. 140, 13 sqq. Herm. (p. 834, 37 sqq. Bachm.) παρὼν ὁ κερacφόροc ⟨ἐκεῖνοc⟩ ὁ πρὸ Κανδαύλου... καὶ πρὸ τοῦ ἐμοῦ ⟨χρυc⟩οκέρωτοc[4]) et p. 128, 10 sqq. H. (p. 827, 8 sqq. B.) ἐμοὶ πρόcχεc οὐ φιλοcόφῳ ... πένητι ⟨δ' ὅμ⟩ωc καὶ δυcτυχεῖ καὶ ἐγγωνι⟨οβόμβυκι⟩ καὶ μηδὲ τρύφοc ἡμερή⟨cιον ἔ⟩χοντι ἄρτου γυναικὸc δεcπότιδοc[5]) κακοτρόποιc ἐπιβουλαῖc: cf. deinde p. 15, 20 sqq. H. (p. 753, 36 sqq. B.): ἀλλὰ τὸν τούτων (scil. paupertatis) μὲν ἐμοὶ αἴτιον, τὸν δυcτράπελον, ὅcτιc ἂν εἴη, ὃc τοῖc μὲν γράμμαcιν οὔ, βαρβαρίζει δὲ καὶ cολοικίζει τοῖc πράγμαcιν· βαρβάροιc γὰρ καὶ χειρώναξι καὶ κιναίδοιc καὶ λάγνοιc οὐκ ὢν τοιοῦτοc χαρίζεται. In quibus etsi ipsum Isaaci eparchi nomen desideratur, tamen si recordamur eorum, qui ex carminibus Iliacis supra exscripti sunt, versuum, non dubium videtur quin hi quoque loci ad Isaacum illum eiusque uxorem referendi sint. Ad Isaaci autem Tzetzae mortem pertinent Exeg. Il. p. 111, 17 sqq. Herm (p. 815, 13 sqq. Bachm.) ubi, ut quae huc faciunt exscribam, haec leguntur: ὥcπερ δὴ καὶ ἐπὶ ἐμῷ ἀνεψιῷ cυμβέβηκε καὶ ἐπὶ τῷ ἐμῷ

[3]) A Tzetza videtur commutata thessalica Βοιβηὶc λίμνη cum Βόλβη λίμνη in Macedonia haud procul a Strymone sita. Qui error haud ita rarus videtur fuisse, cum Stephanus quoque Byzantius s. v. Βοίβη eodem in errore versetur, cum haec scribat: καὶ ἐν Μακεδονίᾳ λίμνη Βοίβη, ubi Βόλβη scribendum est. — [4]) Χρυcόκερωc vocabulum etiam in Homericis de Isaaco eparcho usurpatum esse iam supra p. 6 diximus: invenitur in v. 153: χρυcόκερώc τε πόcειc, οἳ λώϊα οὐχ ὁρόωντεc κτλ. — [5]) Γυνὴ δεcπότιc a Godofredo Hermanno in indice p. 195 s. v. Τζέτζηc falso explicatur: γυνὴ αὐτοῦ i. e. Tzetzae.

φιλτάτῳ ἀδελφῷ δακρύοντι πολλὰ περὶ τὴν ἐξέλευσιν τὴν ἐν τῇ μιαρᾷ ἐκστρατείᾳ καὶ οὐκέτι ὑποστραφέντι (cf. de hac expeditione caput III).

Isaacus ille, quisquis fuit, uxoris libidinosae precibus magis quam virum decebat videtur indulsisse. Quae tamen fides habenda sit Ioanni Tzetzae, utrum revera, alter Iosephus, plane castus et purus in hac re fuerit necne, huius loci non videtur amplius quaerere.

Θητεύειν illud quomodo explicandum sit, num scribae munus tenuerit Tzetzes, non satis habeo compertum, neque quomodo Ioannes Tzetzes Isaaci eparchi insidiis ad tantam protrahi potuerit inopiam, ut ipsos libros vendere cogeretur.[6]) Conicere tantum licet, cum ab Isaaco eparcho potentissimo Berrhoea depulsus Byzantium rediret, adulteri insuper hominis scelesti maledictorum notis inustus, eum alterum magistratum nancisci aegerrime potuisse.

Caput III.

Quo anno Isaacus Tzetzes mortuus sit.

Ioannes Tzetzes fratris mortem ipso nomine Isaaci prolato saepius commemorat in libello, qui inscribitur περὶ τῶν ἐν τοῖς στίχοις μέτρων ἁπάντων[7]) quem 'νέρτερα δῶρα' fratri mortuo dedicat. Cf. quae leguntur pag. 302, 10 sqq:

τὴν (scil. βίβλον) θέτο νέρτερα δῶρα Ἰωάννης Ἰσαακίῳ
οἶτον ἀμειψαμένῳ παρὰ μοῖραν ἐξ ὀδυνάων,
ἃς ἔτλη Συρίῃ τε, Ῥόδῳ δ' (an τ'?) ἐνὶ κάππεσε τύμβῳ· κτλ.

et p. 303, 9 sqq.:

πλεῖστ' ἀεκαζόμενος κυανανθρώπῳ Ἀραβίῃ
οὐλομένῃ στρατείῃ, ἣ πολλοὺς ἔμβαλε γαίῃ,

et p. 306, 19 sqq.:

ἐν ἐκστρατείᾳ μιαρᾷ λυγρὸν ἰδὼν τὸν μόρον
ὁ φίλος Ἰσαάκιος ἐμὸς τερπνὸς συναίμων,
ὁ χρόνῳ πάντῃ νεαρός, κατὰ δὲ φρένας γέρων.

Cf. praeterea epistulam decimam vel ea, quae epistulae loco exhibentur: Τῷ γλυκυτάτῳ ἀδελφῷ κυρίῳ Ἰσαακίῳ, θανόντι ἐν Ῥόδῳ ἐν τῷ ὑποστρέφειν ἐκ τῆς μιαρᾶς ἐκστρατείας τοῦ Χάλεπ· ἣν (scil. epistulam) διὰ τὸ ὑπερπαθῆσαί με καὶ διὰ τὸ καταχρήσεις πολλὰς αὐτὴν ἔχειν τῶν διχρόνων, διὰ στίχων γὰρ ἦν ἰάμβων, χιάσας συνεπάτησα.[8]) Apparet ad eandem rem per-

[6]) Cf. locos quos supra ex Exegesi Iliadis exscripsi et quae leguntur in Exeg. Il. p. 15, 9 sqq. H. (p. 753, 27 sqq. B.). — [7]) In Crameri Anecd. gr. Oxon. vol. III. p. 302 sqq. — [8]) Omnia haec Pressel in edit. Tzetzae epistularum Tubing. 1851 imprimenda curavit maiusculis litteris, quibus titulos tantum epistularum exarare solet. At satis apparet verba

tinere ea quae inveniuntur in epist. 13 p. 14 inf.: ἀφ' οὗ γὰρ ὁ ἐμὸς τριπόθητος ἀδελφὸς Αἰγύπτου ἰὼν δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε (cf. Hom. δ, 393) ἐλεεινῶς τὸν βίον κατέστρεψεν, ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσεν (cf. Hom. α, 238), ἐπεὶ Ῥόδον ἦκεν ἀλώμενος ἄλγεα πάσχων (cf. Hom. Β, 667) οὐδ' αὖθις ἀφίκετο πατρίδα γαῖαν (cf. Hom. Ν, 645), et Exeg. Il. p. 111, 17 sqq. Herm. (p. 815, 13 sqq. Bachm.) ubi etiam consobrini alicuius mentionem facit, qui eodem bello mortem obierit: ὥσπερ δὴ καὶ ἐπὶ ἐμῷ ἀνεψιῷ συμβέβηκε (egit antea de σημειοσκοψίᾳ) καὶ ἐπὶ τῷ ἐμῷ φιλτάτῳ ἀδελφῷ, δακρύοντι πολλὰ περὶ τὴν ἐξέλευσιν τὴν ἐν τῇ μιαρᾷ ἐκστρατείᾳ καὶ οὐκέτι ὑποστραφέντι.

Elucet Isaacum Tzetzam belli ipsius, ut videtur, laboribus exantlatis, cum domum navi rediret, morbo oppressum in insula Rhodo mortuum esse. Atque quamquam Ioannes Tzetzes modo in Syriam modo in Arabiam modo in Aegyptum expeditionem refert esse susceptam, dubium non videtur, quin expeditio intellegenda sit ab Ioanne Comneno imperatore initio anni 1138 contra Syriam superiorem suscepta, quippe qua in expeditione teste Niceta Choniata Ioann. 7, p. 37, 5 sqq. ed. Bonn. Χάλεπ, urbs in Syria sita (quondam Berrhoea, nunc Haleb appellata) obsideretur.[9]) Accedit quod

---

tantum, quae ab initio leguntur: Τῷ γλυκυτάτῳ ἀδελφῷ κυρίῳ Ἰσαακίῳ pro titulo esse habenda, cetera vero a Tzetza nulla alia de causa esse addita nisi ad explicandum, cur epistula ipsa non exhiberetur. (De διχρόνων usu vide caput VIII.) — [9]) Tzetzam ne Aegyptum quidem a Syria discernere potuisse minus mirum videbitur, si conferentur, quae alibi peccat. Chil. III, 431 Nilum cum Euphrate se commutasse ipse in scholio concedit, quod legitur in codd. Parisinis; cf. apparat. crit. ad Chil. ap. Presselium p. 107. In epist. 60 Thessalonicen in Thessalia sitam esse censet, quem errorem in Chil. IX, 695 sqq. excusat per iocum se hoc dixisse affirmans: quamquam addit saepius se revera errasse, cum libros hominum recentiorum et indoctorum non antiquos scriptores secutus sit, v. 695 sqq.:

Τὴν Θετταλίαν γίνωσκε, μὴ τὴν Θεσσαλονίκην,
ὥσπερ τινὲς νομίζουσι, κἀγὼ νῦν παίζων εἶπον,
πολλάκις καὶ μὴ παίζων δὲ διὰ ἀμαθεστέρους.

et v. 710 sqq.:

καὶ γὰρ ἐβαρβαρώθησαν οἱ πλείους σχεδουργίαις,
βίβλους ἀναγινώσκοντες τῶν παλαιῶν οὐδόλως,
ὡς τόπους, χώρας, πράγματα γινώσκειν σαφεστάτως,
καὶ θησαυροὺς ἀρύεσθαι, λόγους σοφῶν παντοίων,
τῶν ἀμαθῶν καπήλων δὲ πλοκῇ λαβυρινθώδει
μόνῃ τὸν νοῦν προσέχοντες καὶ κεκαπηλευμένῃ.

In epist. 37 p. 41 nihil sua profitetur interesse, qui sit reipublicae status: ὁ Σεβαστὸς ὁ Βατάτζης ὁποίου θέματος δουλείαν ἐνήργησεν οὐκ ἐπίσταμαι· τοσοῦτο γὰρ ἔμοιγε δημοσίων πραγμάτων καθέστηκε μέλησις ὁπόσον κολοιοῖς βασιλείας ἢ ἀετοῖς τῶν νόμων τοῦ Πλάτωνος κτλ. — Haud inutile videtur hic adiungere locum ex libro a Fallmerayero composito, qui inscribitur: Geschichte des Kaiserthums von Trapezunt (Monaci 1827), ubi falso indicat plerosque viros doctos, qui tum Byzantii versarentur, nihil curasse, quomodo resp blica se haberet, atque ea de causa etiam invidiam vulgi subiisse. Vir doctissimus enim, postquam in narrationis contextu de

Nicetas de eadem expeditione, quam non solum Isaaco Tzetzae sed etiam aliis multis exitio fuisse ex Ioannis Tzetzae verbis efficitur οὐλομένη, μιαρὰ στρατεία, ἣ πολλοὺς ἔμβαλε γαίῃ, haec habet p. 38, 6 sqq.: καὶ διὰ τὴν ὀχυρότητα μὲν ταυτησὶ τῆς πόλεως (i. e. Χάλεπ) καὶ τὴν ἔνδον εὔοπλον καὶ εὔιππον στρατιάν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τὸ ἐπιλιπεῖν τὰ ἐφόδια καὶ τὴν πυρὸς ὁμοῦ καὶ ὕδατος ὑποσπάνιειν, ἐκεῖθεν μεθίσταται.[10]) Cum vero constet Ioannem imperatorem eodem anno Byzantium exercitum reduxisse[11]), Isaacum Tzetzam exeunte anno 1138 in Rhodo insula mortuum esse verisimile est. Restat ut ex loco quem iam supra exscripsi περὶ μέτρων p. 306, 21:

ὁ χρόνῳ πάντη νεαρός, κατὰ δὲ φρένας γέρων

statuamus Isaacum Tzetzam admodum iuvenem mortem obiisse.

Ad alium fratrem, non ad Isaacum sunt referenda quae leguntur in epist. 94: Κατὰ τὸν οὔπω πέρισυ (ita scribendum iudicat Ioannes Tzetzes in schol. ad epist. 15 p. 17, adnot. 4.) χρόνον βάσκανοί τινες Ἐρινύες καὶ ἀλαστόρων Τελχίνων χορὸς ..... ὅλας αὐτῶν ἀθρόως ἐκένωσαν ἐφ' ἡμᾶς τὰς φαρέτρας καὶ τὰ τοξεύματα καὶ εἴ τις ἡμᾶς περιεῖπεν, ἀθρόως ἀνήρπασται ὡς ἐς τετρακτὺν καὶ πλέον ἠριθμημένοι. Ἔπειτα πολλοῖς καὶ φίλοις καὶ τοῖς καθ' αἷμα προσήκουσιν, ὡραίοις οὖσι παστάδος, οὐχὶ παστάδος ἀλλ' ἐκφορᾶς λαμπάδας ἀνήψαμεν. Οὐκ ἔχω τὸν ἀδελφόν, ἡ νόσος ἡ φορτιώδης ἔτι πιέζει με κτλ. Nam in fine eiusdem epistulae Ioannem Colpotum Ephesi metropolitam mortuum esse queritur, quem anno 1146 vixisse inde efficitur, quod ad eum data est epistula 50: hanc autem anno 1146 post mensem Aprilem scriptam esse

---

seditione contra Andronicum imperatorem a. 1185 orta verba fecit, haec adnotat p. 36: *Ein besonderer Gegenstand ihres Grimmes (scil. incolarum Byzantii) waren die Gelehrten der Hauptstadt, die sie spottweise das verfaulte Glied (μέλος σεσηπός) am Staatskörper nannten, um dessen Wohl und Wehe es sich gleich wenig kümmere. Nicetas in Andron.* Neque enim dubito, quin Nicetae locum intellegat, qui in eius libro legitur de Andron. Comn. II, 11, p. 449, 8 sqq., ubi Nicetas postquam eos, quibus reipublicae salus curae non erat, ἀργοὺς καὶ θεωμένους τὰ παρ' ἄλλων γινόμενα appellavit, his pergit verbis: οἱ δὲ λογικῶν μαθημάτων ἐν μεθέξει καὶ μέλος ἀνεκάλουν αὐτοὺς σεσηπὸς (scil. eos, qui antea ἀργοί nominantur) μὴ συμπάσχον τῷ λοιπῷ τῆς πολιτείας σώματι καὶ πληρώματι. Satis apparet viros doctos non modo rempublicam flocci non fecisse sed etiam eos, qui de republica minus essent solliciti, vehementer castigasse: nisi quod, cum essent litteris eruditi, in castigando etiam ceteris elegantiore utebantur sermone. — [10]) Cf. etiam Cinnami hist. I 8, p. 19, 19 ed. Bonn.; Wilken, Rerum ab Alexio I, Ioanne, Manuele et Alexio II, Comnenis gestarum libri IV, Heidelberg. 1811 p. 510; G. Finlay, 'History of the byzantine and greek empires from 1057—1453', Lond. 1854, p. 174; E. de Muraltii 'Essai de chronographie byzantine 1057—1453' tom. I (Petropoli 1871), p. 138, 6. (Ceterum Muraltii liber utilissimus, cum paginas vel capita eorum, quos laudat, scriptorum saepissime falso exhibeat, studia est ubi magis impediat quam provehat.) — [11]) Cf. Nicet. Chon. Ioann. p. 42, 3 sqq. ed. Bonn.; Muralt, Essai p. 138, 8.

infra, ubi de epistularum collectione exponemus, accuratius demonstrandum erit.[12]) Ioanni Tzetzae autem plures uno Isaaco fuisse fratres colligitur ex fine epist. 13, ubi, postquam Isaaci mortem deploravit, haec leguntur: Ἀσπάζονταί σε διὰ τῆς παρούσης γραφῆς μου οἱ περιλειφθέντες μοι ἀδελφοὶ καὶ ὁ τοῦ πρωτοβεστιαρίου κύριος Ἀλέξιος καὶ ὁ μαχητάριος κύριος Βασίλειος καὶ ὁ λοιπὸς χορὸς τῶν φιλούντων ἡμᾶς.

Caput IV.

Quibus temporibus Isaacus et Ioannes Tzetzes nati sint.

Ex iis quae Ioannes Tzetzes Chil. V, 583 sqq. de origine sua docet, de quibus infra, ubi de Tzetzarum vitis exponemus, accuratius erit tractandum, ea tantum ad certum quoddam tempus revocari possunt, quae de proavia sua profert. Natam in Iberia (sub Caucasi radicibus sita) Constantinopolim eam venisse narrat una cum Maria Alanissa, quam comitaretur, postea eam ex Constantino magno drungario, cuius uxor mortua esset, peperisse filiam, Tzetzae aviam. Cum vero Mariam Alanissam circa annum 1071 Constantinopoli Michaeli imperatori nupsisse constet[13]), Tzetzae aviam eodem fere anno probabile est natam esse quo Constantinum Mariae Alanissae filium i. e. 1073.[14]) Etsi certi quicquam ad tempus constituendum, quo Tzetzae nati sint, ex his concludi non potest, tamen ea non prohibent, quominus Ioannem Tzetzam intra annos 1111—1115 natum esse statuamus, id quod ex aliis argumentis eruisse mihi videor. Certe cum avia Tzetzarum parere potuerit matrem eorum anno 1090 vel 1091, fieri potuit ut Tzetzae ipsi intra annos 1111—1115 nascerentur.

Atque ut quamobrem ipsi ii anni sint statuendi explicemus, proficiscendum est ab Ioannis Tzetzae Exegesi Iliadis, quam post annum 1138 compositam esse inde efficitur, quod p. 111, 17 sqq. Herm. (p. 815, 13 sqq. Bachm.)[15]) mortis Isaaci fratris mentionem facit. Quod si tenemus, rursus ante certum quendam annum Exegesin Iliadis scriptam esse demonstrant qui sequuntur loci.

In Allegoriis Iliadis enim ab Ioanne Tzetza compositis Δ, 66 sqq. haec leguntur:

> τέως δὲ τότε γέγονε καί τις ἀστὴρ κομήτης,
> ὅστις σημεῖον πέφυκε γίνεσθαι καὶ πολέμων κτλ.

et in schol. ad h. v. καλῶς εἶπον καὶ πολέμων· οὐ μόνον γὰρ πολέ-

---

[12]) Ioannes Colpotus videtur interfuisse synodo Constantinopoli anno 1144 habitae; cf. Le Quien, Oriens Christianus, vol. I, p. 687. — [13]) Cf. Niceph. Bryenn. II, 1. p. 56. ed. Bonn. et quae Du Cange de Ioannis Tzetzae loco laudato adnotavit in comment. ad Niceph. Bryenn. p. 218 ed. Bonn.; cf. praeterea Muralt, Essai pp. 9, 5. 25, 9. 27, 5. — [14]) Cf. Muralt, Essai p. 27, 5. — [15]) Locus supra p. 9 exscriptus est.

μων σημεῖόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ αὐχμῶν, καὶ ναυαγίας, καὶ κτηνῶν ἀπωλείας, καὶ πνευμάτων, καὶ γάμων δηλωτικόν· ὥσπερ ὁ Τζέτζης, προειπὼν περὶ τοῦ βασιλέως γάμου ὅτι μετὰ ἑπτὰ μῆνας γενήσεται, ἰανουαρίου μηνὸς, οὐκ ἀδόκιμος ἐφάνη περὶ τὴν πρόρρησιν· καὶ ἑτέρων πλειόνων ὁ κομήτης ἐστὶ δηλωτικός, καθὼς ὁ μαθηματικὸς ἀνώνυμος περὶ κομητῶν ἀκριβέστατα διέλαβε. Apparet Ioannem Tzetzam ex cometa, qui Byzantii mense iunio anni 1143 adspiciebatur, praedixisse tempus nuptiarum Manuelis et Irenae, quas mense ianuario anni 1144 celebratas esse exploratum habemus (cf. Muralt. Essai p. 145, 2).[16])

Etiam in Exegesi Iliadis saepius verba facit de cometis. Cf. quae leguntur in textu p. 111, 7 sqq. H. (p. 815, 5 sqq. B.): Τῆς δὲ ἀεροσκοπίας ἦν τὸ ὁρᾶν τὸν ἀέρα σκοτεινὸν ἢ λαμπρὸν ἢ ἐρυθρὸν ἢ ὠχρόν· καὶ πρὸς ταῦτα περὶ τῶν μελλόντων προλέγειν καὶ ποῦ ἀποβήσεται, ὅτι πάντως, ὅπου τὸ χρῶμα ἐφαίνετο· καὶ ἔτι ἐκλείψεις ἡλίου καὶ σελήνης καὶ παρηλίους καὶ ἴριδας καὶ κομήτας καὶ τὰ ὅμοια. Sequuntur quae supra p. 9 exscripsi, quibus de 'σημειοσκοπία' exponit fratremque in bellum egressurum multas lacrimas profudisse neque umquam rediisse narrat. Amplius tractans cometas in scholiis ad Exeg. Il. p. 128, 23 sqq. H. (p. 827, 19 sqq. B.) fuse lateque explicat, quae apud Homerum et apud Dorotheum de cometis, quae apud clarissimum 'ἀνώνυμον μαθηματικόν' inveniantur, quem in scholio quoque ad Allegorias Iliadis laudat, quod modo exscripsi; deinde quae sit natura cometarum, quid sit colligendum ex eorum forma, quid ex horis, quibus apparere soleant; quamquam nusquam mentionem facit cometae mense iunio a. 1143 adspecti, ex quo tempus nuptiarum Manuelis imperatoris et Irenae se divinasse in scholio narrat ad Alleg. Il. Δ, 67 supra exscripto.

Num verisimile est Tzetzam in Exegesi Iliadis, qua eadem fere quae scholio ad Allegorias dicit, eiusdem scriptoris auctoritate nixus, ubi praeterea exemplum σημειοσκοπίας ex sua ipsius familia profert, vaticinationem suam de nuptiis imperatoris prorsus silentio praeteriturum fuisse, si illo tempore iam apparuisset cometes? Contra ipsis illis studiis astronomicis, quae in Exegesi commemorat, videtur impulsus esse, ut ex cometa illo aliquid divinare studeret. Nec dubium videtur quin Exegesis Iliadis cum scholiis ab Ioanne Tzetza composita sit ante mensem iunium anni 1143.

Constat igitur Exegesin Iliadis scriptam esse tempore quod interest inter initium anni 1139 et mensem iunium anni 1143.

Venio nunc ad alios locos eiusdem Exegeseos.

Leguntur p. 15, 9 sqq. H. (p. 753, 27 sqq. B.) οὐδὲ γὰρ κατὰ

---

[16]) De hoc cometa nihil certius erui potest ex iis, quae afferuntur apud Pingré, 'Cométographie' (Paris 1783) I p. 393.

τοὺς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρας τρίτον ἔτος ἐστί μοι, τάχα δ' εἶσι τέταρτον (Hom. β, 89), ἀλλ' ἕβδομόν μοι ἔτος ἐστί, τάχα δ'εἶσιν ὄγδοον, ἐξ' οὗ ἀπράκτως ἐγγωνιάζων τὰς ἁπάσας ἐμοῦ βίβλους ἄλλοτε ἄλλην ἀποδιδοὺς ὀλίγου τιμήματος κατὰ τὸν Πυθαγόραν τὴς βιβλιογράφος γενόμενος καταβέβρωκα (praeter libros nonnullos, quos nominat): deinde pergit v. 20 H. (v. 36 B.): ἀλλὰ τὸν τούτων μὲν ἐμοὶ αἴτιον, τὸν δυστράπελον, ὅστις ἂν εἴη, ὃς τοῖς μὲν γράμμασιν οὔ, βαρβαρίζει δὲ καὶ κολοικίζει τοῖς πράγμασιν· βαρβάροις γὰρ καὶ χειρώναξι καὶ κιναίδοις καὶ λάγνοις οὐκ ὢν τοιοῦτος χαρίζεται· ἡ ποίνιμος καὶ κατ' Αἰσχύλον (Sept. 791) καμψίπους Ἐρινὺς μετελεύσοιτο κτλ. Apparet Ioannem Tzetzam septimum iam annum se ad tantam paupertatem redactum esse dicere, ut ipsos libros minimo vendere coactus sit: quod effectum esse ab homine quodam, qui cinaedis et hominibus salacibus faveret. Facile est conicere Isaacum Berrhoeae eparchum hic intellegendum esse. Quibuscum sunt conferenda quae leguntur in scholiis ad Exegesin Il. p. 128, 8 sqq. H. (p. 827, 6 sqq. B.): ⟨κο⟩μητῶν δὲ εἰ μαθεῖν θέλεις ἀ⟨ποτελ⟩έσματα καὶ σημεῖα, τὸ βάρος ⟨τε⟩ τῶν λόγων τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὴν εὖ⟨λογον⟩ καὶ φιλόσοφον αὐτοῦ ⟨δεῖξιν⟩ ἐμοὶ πρόσχες οὐ φιλοσόφῳ ⟨.....⟩ κίῳ καὶ περιβλέπτῳ καὶ ⟨φυσικ⟩ῷ ἀλλὰ γραμματικῷ ⟨ἀπὸ γέ⟩νους μὲν τῶν λίαν εὐγενεστάτων ⟨σπάς⟩αντι τὴν σποράν, πένητι ⟨δ' ὅμ⟩ως καὶ δυστυχεῖ καὶ ἐγγωνι⟨οβόμβυκι⟩ καὶ μηδὲ τρύφος ἡμερή⟨σιον ἔ⟩χοντι ἄρτου, γυναικὸς δεσπότιδος κακοτρόποις ἐπιβουλαῖς. μαθήσῃ δὲ ὅσον ἐθέλεις περὶ τούτων, καίτοι γε μηδὲν παρὰ (cod. περὶ) μηδενὸς ⟨πεπαιδ⟩ευμένῳ ἀλλὰ (cod. habet ἢ) θυμοσόφως καὶ αὐτομαθῶς ἐξ ἀναγνώσεως βιβλίων πάντων μαθόντι μοι, ὅσα δὴ καὶ ἀνέγνων καὶ τότε καὶ εἰκοστὸν πρῶτον ⟨ἄγον⟩τι τῆς ἡλικίας ἐνιαυτόν. μετὰ γὰρ ἐκδρομὴν χρόνου ταύτης[17]) τῆς ἡλικίας οὐδὲν τῶν σπουδαιοτάτων μαθημάτων ἀνέγνων δι' ὑπερβάλλουσαν ἔνδειαν ἧς γυναικὸς τρόποις ἐδήλωσα: ubi verbis 'γυνὴ δεσπότις', cuius dolis atque fallaciis sibi, cum alterum et vicesimum annum ageret, maximam paratam esse queritur inopiam, significari Isaaci eparchi uxorem iam supra p. 7 coniecimus. Itaque cum iis, quae priore loco exscripsimus, septimum iam annum maximam se pati egestatem dicat, in quam altero loco aetatis anno vicesimo secundo detrusum se esse queritur, nemo erit quin Exegesin Iliadis ab Ioanne Tzetza compositam intellegat duodetrigesimo aetatis anno. Iam cum Ex-

[17]) Hermanni editio praebet: μετὰ γὰρ ἔκδρομον χρόνον τὴν τῆς ἡλικίας, Bachmanni: μετὰ γὰρ ἐκδρομὴν χρόνου τὴν τῆς ἡλικίας. Codex Lipsiensis saeculo XV exeunte exaratus, quem insigni benevolentia in meum usum inspexerunt et Iosephus Foerstemann et Georgius Steffen Lipsienses, haec exhibet: μετὰ γὰρ ἔκδρομον χρόνον (vel χρόνου, nam ν et υ in hoc codice saepius internosci non possunt) ταύτης τῆς ἡλικίας. ἐκδρομή eodem sensu (decursus) invenitur in Chil. VIII, 55: μετ' ἐκδρομὴν ἐτῶν τετρακοσίων. Schol. in Hermog. p. 139, 25: μετὰ τοσαύτην ἐκδρομὴν καὶ παρελεύσεις χρόνου. (παραδρομή in epist. p. 47: μετὰ γὰρ παραδρομὴν τοσούτου καιροῦ.)

egesin inter initium anni 1139 et mensem iunium 1143 scriptam esse supra mihi videar demonstrasse, efficitur Ioannem Tzetzam natum esse inter initium anni 1111 et mensem iunium anni 1115. Atque Isaacum Tzetzam maiorem natu fuisse Ioanne eo probabile videtur, quod Ioannes in opusculo de metris p. 306, 20 sqq. a fratre pedes metricos doctum se esse dicit.[18]) Sequitur porro inimicitias inter Ioannem Tzetzam et Isaacum Berrhoeae eparchum exstitisse, cum Ioannes Tzetzes unum et viginti annos natus esset i. e. inter a. 1132—1136, Antehomerica autem, Homerica, Posthomerica, quippe in quibus harum inimicitiarum mentio fiat, scripta esse post a. 1132—1136, sed cum in Exegesi Iliadis citentur[19]), ante annos 1139—1143.

Ceterum addenda sunt nonnulla, quibus etiam magis comprobetur, Exegesin Iliadis ab Ioanne Tzetza admodum iuvene esse compositam.

In Exegesi Il. p. 4, 24 sq. H. (p. 747, 9 sq. B.) Pselli his verbis mentionem facit: ὥcπερ καὶ ὁ coφώτατος πρὸ μικροῦ πεποίηκε Ψελλός, in Chiliadum autem pinace tertio quem post annum 1158 scriptum esse constat, his verbis (Chil. XI, 719 sq.)

Ὁ Μιχαὴλ μὲν ὁ Ψελλὸς ψύλλας ἐγκωμιάζει,
ἡμῶν πρὸ χρόνων (i. e. annorum) ἑκατὸν ἀκμάζων ἐν τῷ βίῳ.

Adde quod Tzetzes in Exegesi Il. p. 6, 26 sqq. H. (p. 748, 19 sqq. B.) et schol. ad h. l. p. 130, 15 sqq. H. (p. 828, 23 sqq. B.) queritur homines, si quem 'νέον' in litteris aliquid profecisse videant, nihil antiquius habere quam ut laudibus eius quam maxime obtrectent: quae ad ipsum potissimum pertinere ex iis intellegitur, quae in contextu verborum l. l. leguntur.[20])

Postremo ad Exegesin Il. p. 45, 27 sqq. H. (p. 773, 3 sqq. B.: cf. etiam schol. p. 125, 15 sqq. H. [p. 825, 1 sqq. B.]) ea pertinent quae leguntur in Prolegomenis ad scholia in Aristophanem ab Ioanne Tzetza composita: p. 241, 17 sqq. Nauck.: ὡc ἄρτι ποτὲ τὴν ἐφήβων ἡλικίαν πατῶν[21]) καὶ τὸν αἰθέριον ἐξηγούμενος Ὅμηρον, πειcθεὶc Ἡλιοδώρῳ τῷ βδελυρῷ εἶπον cυνθεῖναι τὸν Ὅμηρον

---

[18]) In suum usum, ut nomina pedum longiorum memoria tenere posset, ab Isaaco nova nomina narrat esse inventa velut τροχαιοπυρρίχιος pro paeone primo, πυρριχοτρόχαιος pro paeone tertio. [19]) Ad Posthomerica spectant quae leguntur in Exeg. p. 44, 28 sqq. H. (p. 772, 19 sqq. B.): οἷc (ᾧ scrib.) δὲ φίλον τὰ περὶ τὸν πόλεμον (scil. troianum) μέχρι καὶ τῆc ἁλώcεωc κατὰ λεπτομέρειαν ἐκδιδάκκεcθαι, τῷ ἡμετέρῳ ἐντυγχανέτω ἐμμέτρῳ ποιήματι, κἀκ τούτου κατὰ ἀκρίβειαν ὃc ἐθέλει περὶ τούτων διείcεται. — [20]) Cf. p. 25, 8 sqq. H. (p. 759, 38 sqq. B.): πείθεcθε .... ἐμοὶ τῷ νέῳ. — [21]) Codex Ambrosianus, qui a Studemundo praeceptore meo nuper denuo inspectus est, habet ἔφηβον ἡλι᾽ πacῶν; quae supra scripsi, coniecit Nauck. Addit Nauck haec: 'imitatur Tzetzes Pind. Ol. 1, 115'. ubi haec exstant: τοῦτον ὑψοῦ χρόνον πατεῖν: quod tamen non probo, cum Tzetzes nimium a poetae verbis discrepuisset: alterum potius nescio quem poetam videtur imitatus esse.

ἐπὶ Πεισιστράτου ἑβδομήκοντα δύο σοφούς· deinde p. 244, 6 sqq. Nauck.: κἂν ὁ πεφυρμένος καὶ βδελυρὸς Ἡλιόδωρος .... ἐπὶ Πεισιστράτου τὸν Ὅμηρον συντεθῆναι καὶ ὀρθωθῆναι λημῶν παρὰ τῶν ἑβδομήκοντα δύο, ἐπεκκριθῆναι (ἐπικριθῆναι codex) δὲ πάντων (sic codex; aut ὑπὸ vel παρὰ addendum est aut πασῶν scribendum) τὴν Ζηνοδότου καὶ Ἀριστάρχου σύνθεσίν τε καὶ διόρθωσιν, καὶ ἡμᾶς ἔτι νεάζοντας καὶ πρώτους ὑπηνήτας τελοῦντας ἔπεισεν οὕτως εἰπεῖν[22]) ἐξηγουμένους τὸν Ὅμηρον, ubi 'πρώτους ὑπηνήτας' (videtur scribendum πρῶτον) sumpta sunt ex Iliad. XXIV, 348 cf. Odyss. X, 279. Perspicuum autem est Ioannem Tzetzam cum Exegesin Iliadis componeret, revera neque 'ἄρτι τὴν ἐφήβων ἡλικίαν πατοῦντα' fuisse, neque 'πρῶτον ὑπηνήτην': ut statuendum sit eum aut ad suam doctrinam ostentandam his verbis usum esse, quod ea re potissimum probatur, quod altero loco primum usitato sermone usus ἔτι νεάζοντας dicit, deinde addit πρῶτον ὑπηνήτας τελοῦντας, aut, quo facilius error suus excusaretur, aetatem, quam tunc agebat, deminuisse.

Caput V.

De origine et vitis Tzetzarum.

Quae fuerit origo Tzetzarum[23]), ab Ioanne ipso discimus Chil. V, 583 sqq. Ac primum quidem, unde mater orta sit, explicat, quo ex loco nonnulla iam ineunte capite quarto tetigimus.

Matris igitur aviam, ipsius Tzetzae proaviam, natam in Iberia (quae sub Caucasi radicibus sita erat) postea Constantinopolim venisse, adultam iam, ut videtur, virginem, cum Mariam comitaretur, Alanorum principis filiam. Ac Tzetzes summo opere affirmare studet proaviam suam Mariae fuisse affinem, non, id quod inimici contenderint, famulam. Eandem postea ex Constantino drungario[24]), cuius uxor mortua esset, peperisse filiam, Tzetzae aviam. Sive Constantini uxor sive paelex fuit proavia, filiam eius educatam esse narrat una cum filia ex priore Constantini uxore genita eandemque ab Eudocia 'κλεινῇ βασιλίσσῃ' in filiae locum adoptatam, deinde a Georgio[25]) exactore

[22]) Sic codex teste Studemundo, quod etiam Miller vidit, cf. Journal des Savants a. 1870, p. 173 in adnot. — [23]) Non humili loco se esse natum saepius praedicat, e. gr. in Homericorum v. 157 sq. verba ἀριπρεπέας περὶ πάντας καὶ γενεῇ καὶ εἴδεϊ ad Ioannem Tzetzam spectant nec non in scholiis ad Exeges. Iliad. p. 128, 12 sq. Herm. (p. 827, 9 sq. Bachm.): ⟨ἀπὸ γέ⟩νους μὲν τῶν λίαν εὐγενεστάτων ⟨σπάς⟩αντι τὴν σποράν κτλ. cf. epist. 5 p. 7. — [24]) Cf. de Constantino drungario Niceph. Bryenn. III, 2, p. 101, 15 ed. Bonn. — [25]) Cf. de lectione codd. ea quae scripsit Duebner: 'Ueber eine wichtige Handschrift der Historien des Tzetzes' in Mus. Rhen. vol. IV (1836) p. 9 et Presselii adnot. ad Chil. V, 607 in apparatu critico ad Chiliadas quem adiunxit editioni Ioannis Tzetzae epistularum Tubing. 1851. p. 115.

(vectigalium ut videtur) in matrimonium ductam peperisse filiam; ex hac filia se ipsum Ioannem Tzetzam natum esse.

Itaque cum a matre originem habeat ibericam, tamen hominem vere graecum se ortum praedicat a patre Michaele, qui filius Ioannis, hominis ineruditi sed divitis et adversus viros doctos benefici, iam ex avo originem duxerit byzantinam i. e. graecam.[26])

Eudocia illa 'βαcίλιccα' quin Eudocia imperatrix fuerit, Constantini Ducae, deinde Romani Diogenis uxor, cuius sub nomine Violetum illud circumfertur, propterea non dubium videtur, quod βαcιλέως et βαcιλίccης tituli id temporis adiungi non solent nisi nominibus imperatorum imperiique heredum uxorumque eorum.[27]) Cum vero Eudocia anno 1071 a Michaele filio in monasterium relegata, anno demum 1078 a Nicephoro Botaniata liberaretur, post hunc annum Tzetzae aviam ab imperatrice adoptatam esse coniciemus.[28]) Atque ex ipsa imperatrice Tzetzae mater videtur Eudociae nomen accepisse.

Iam transeamus ad tractandas ipsorum Tzetzarum vitas. Atque de Isaaci vita nihil habemus compertum nisi eum exeunte anno 1138 admodum invenem in insula Rhodo mortuum esse (cf. cap. III p. 10), natum vero circa annum 1110 (cf. cap. IV p. 14). Quid autem causae fuerit, cur Isaacus bello illi interesset, utrum mutata vitae condicione ad arma se contulerit an, quod verisimilius est, aliquem e ducibus vel ex eorum, qui ab aula erant, numero ita secutus sit, ut ei ab epistulis esset, diiudicari nequit. Antea enim Isaacum non tam bellica quam litterarum laude floruisse non solum ea ostendunt, quae de nominibus pedum metricorum compositorum ab Isaaco inventis ab Ioanne commemorari supra adnot. 18 dixi, sed etiam quae leguntur in Ioannis Tzetzae epistula 21, ubi in Isaaci fratris nomine scholiis ad Lycophronem praefigendo Phidiae ait exemplum se esse secutum, qui statuae ab ipso confectae Agoracriti, amici statuarii, nomen inscripsisset: sed cum Agoracritus δυcπάλαμος περὶ τὴν τέχνην fuerit, Isaacum fratrem εὐπαλάμων ὕμνων τέκτονα κατὰ Πίνδαρον appellari posse. Quae etsi non ita explicanda esse censeo, ut aut hymni intellegantur aut scripta ad ipsum Pindarum spectantia, sed potius ita ut Ioannes Tzetzes Pindari, ut sibi videtur[29]), verbis usus Isaaci opera, quaecumque erant, εὐπαλάμους ὕμνους vocet, tamen cum ex voce 'ὕμνος' ipsa videtur effici, ut opera illa ad litterarum

---

[26]) Obiter revoco memoriam eorum quae Tzetzes de cadavere proavi sui in monasterio byzantino etiam tum integro conservato Chil. V, 620 sqq. profert. — [27]) Cf. J. H. Krause, 'Die Byzantiner des Mittelalters' p. 208 sq. — [28]) Cf. de Eudocia Muralt l. l. p. 21, 4, p. 38, 37. Du Cange Familiae augustae byzantinae ed. Venet. p. 135. Flach 'Eudocia und Suidas' p. 184 sq. — [29]) Dicendum erat κατὰ Κρατῖνον (ap. Aristoph. Eq. 530). Quem errorem quod postea cum pudore intellexit, id ipsum videtur Ioannem Tzetzam movisse, ut in Chiliadibus nihil de iis verbis exponeret. κατά autem praepositio sescenties apud Tzetzam nomen eius comitatur, ex quo sua sumpsit.

studium pertinuerint, tum inde, quod Ioannes Tzetzes cum Phidia Agoracritoque, quorum uterque erat statuarius, fratrem seseque ipsum confert, quem maxime in libris scribendis versatum esse constat: facile sane conicias Isaacum eidem rei operam navasse. De scriptis autem, quae in codicibus Isaaco Tzetzae attribuuntur, capite sexto erit disserendum.

Liceat hic adiungere quae de Isaaci Tzetzae morte in scriptis Ioannis referuntur, qui praeter ceteros fratres maximo Isaacum amore videtur complexus esse. Itaque iam antea commemoravimus Ioannem manibus Isaaci libellum περὶ μέτρων dedicasse νέρτερα δῶρα, quem tamen libellum se non composuisse dicit nisi ad metra explicanda, quibus in altero carmine, quod nunc non exstat, de Isaaci fratris morte componendo usurus esset (cf. π. μέτρ. p. 302, 14 sq. 37. 304, 1 sqq. 331, 14 sqq.): etiam χρονικὰς βίβλους de eius obitu se scripturum esse pollicetur (p. 303, 28). Atque χρονικὴ βίβλος a Tzetza ipso saepius commemoratur, in quo tamen libro num de Isaaco fratre verba fecerit, ea de causa non constat, quod fragmenta tantum a Tzetza ipso exscripta supersunt (cf. quae infra cp. VII, 9 de hoc libro exponentur). Certe Ioannes fratris, a quo, cum puer esset, nonnullis rebus velut re metrica institutus erat, amantissimus fuit[30]) neque veri est dissimile eum scholia ad Lycophronem haud ita multo post fratris mortem sub eius nomine evulgasse, ut Isaaci nomen cum hoc quoque opere conexum omnes aetates perferret, quod sane suis scriptis fore ut contingat in libello περὶ μέτρων nuntiat p. 303, 25: αὐτὰρ, ὦ Ἰσαάκιε, τεὸν κλέος ἄμβροτον ἔσται.

Sequitur ut de Ioannis Tzetzae vita exponamus; adiungenda erunt nonnulla de eius fautoribus.

Capite quarto Ioannem Tzetzam inter initium anni 1111 et mensem iunium anni 1115 natum docuimus: quo tamen anno mortuus sit, non habemus unde demonstrari possit. Nihil enim certius de posteriore vitae tempore constat nisi post annum 1158, quo Irene e vita discessit, eum Allegorias ad Odysseam et Chiliadum pinacem alterum et tertium (inde a Chil. IV 781 usque ad finem Chiliadum) composuisse, cum in Prooemio Allegoriarum ad Odyss. v. 16 Irenae mortis mentionem faciat, in Chil. VI 732 autem has Allegorias commemoret. Ex iambis 'κλιμακωτοῖς' in mortem imperatoris Manuelis conditis, qui Tzetzae tribuuntur (editis a Matranga Anecd. vol. II p. 619 sqq.) nihil efficitur, quippe quos iambos Ioanni Tzetzae abiudicandos esse in capite octavo coarguam. Nec satis habeo compertum, quid de illa

[30]) Cf. epist. 13 ubi mortem eius his deplorat verbis: ἀφ' οὗ γὰρ ὁ ἐμὸς τριπόθητος ἀδελφὸς . . . . . τὸν βίον κατέστρεψεν . . . . . οὐκ οἶδα ὅτι ἄρα καὶ γράφω ἢ φθέγγομαι, οὐδέ τί μοι τῷ βίῳ δοκεῖ βλεπτὸν ἢ στερκτὸν ἢ προσήγορον· οὕτω μοι πάντα καὶ ἡ μνήμων δὲ φρὴν ἐκείνη, δι' ἣν μακαριστὸς ἀγαστὸς ἐδόκουν πολλοῖς, συντεθνήκει τῷ ἀδελφῷ καὶ οὐδ' ἀπολοφύρασθαι τοῦτον ἔξόν μοι μετροσυνθέτοις γραφαῖς κτλ.

'monodia de imperatore occiso' typis nondum expressa statuendum sit, quae exstat in codice Parisino 2644, quam ad Andronicum Comnenum a. 1185 occisum pertinere Chaussepié suspicatur.[31]) Certe iambi erunt accuratius inspiciendi, priusquam Tzetzae eos confidenter adscribamus.

Iam quomodo Ioannes Tzetzes a patre educatus sit, qui corporis fuerit habitus, qua ostentatione se cum Palamede et Catone comparet, longum est enarrare: quae si cui legere libebit, is adeat Chil. IV 565 sqq. III 156 sqq. Prolegg. ad Alleg. Il. 724—739 B. (727—742 M.). Pluribus inquirendum est quomodo Tzetzes victum comparaverit. Quamquam enim ex Exegesi Iliadis[32]) elucet Ioannem Tzetzam scholas aperuisse Constantinopoli iam prius quam Exegesin conficeret, tamen epist. 18 etiam scribae, ut videtur, muneris quo tum fungebatur, mentio fit.[33]) Haud scio an ad idem munus sint referenda quae leguntur in epist. 83 p. 76 sq.: καὶ ἡ . . . . . τοῦ σεβαστοῦ Ταρωνίτου τοῦ πολιάρχου (Pressel habet πολυάρχου) ὑπόσχεσις, ἣ τρεῖς μυροπώλας (sic) μοι ἐργαστηριακὰς οἰκήσεις καὶ πρὸς διάρκειαν πόρου ζωῆς ὀφφίκιον ἐχαρίζετο, cum eadem epistula 18 a Nicephoro Serblia mystico petat, ut domum, quam incolat, resarciendam curet: itaque eo tempore non tam in domo privata quam publico sumptu aedificata Tzetzam habitasse subnascitur suspicio.[34])

Non dubium videtur, quin scholas semel apertas continuas habuerit, nec magis dubium quin ea, quae de scribae munere profert, ad tempus sint revocanda, quo nondum magistri munere fungebatur i. e. ad tempus, quo tanta ignominia affectus Berrhoea Constantinopolim redierat et certo magnam dabat operam, ne ad maiorem egestatem redigeretur. Atque epistulam 18 paulo post annum 1138 datam esse inde elucet, quod in priore epistularum collectione (i. e. ep. 1—69) ordinanda Ioannes Tzetzes temporis ordinem servavit, in epistula autem 13, ut supra p. 9 vidimus, Isaaci Tzetzae mortis mentio fit: de tempore epistulae 83 nihil constat, quippe quae sit alterius collectionis, cuius ordinem nulla lege adstrictum esse Tzetzes ipse

---

[31]) Cf. Fabric. Bibl. gr. ed. ab Harlesio vol. XI p. 228 adn. r., Pressel in praefat. edit. Ioannis Tzetzae epistularum p. V. — [32]) Cf. Exeg. Il. p. 6, 20 sqq. H. (p. 748, 13 sqq. B.): τὸν δὲ κολοιὸν κολοιὸν ἀποδείξομεν, τὸν ἡμετέροις πτεροῖς ἐγγαυρούμενον, quae fusius hoc explicat scholio (p. 129, 28 sqq. H. = p. 828, 9 sqq. B.): τίς οὗτος ⟨ὁ⟩ κολοιός; τῶν ἐμῶν ὁμιλητῶν εἷς, ὃς ἐμοῦ ἀκροώμενος παρενέγραφε χάρταις, ἅπερ ἀπεστομάτιζον, καὶ ὡς ἴδια ἔμελλε ταῦτα ἐξενεγκεῖν. καὶ δὴ καὶ κρυφῇ πρός τινας τοιαῦτα ἐτερατ . . . . (sic Herm., Bachmann ἐπευν⟨ήσατο⟩ (sic), legendum est ἐτερατεύσατο cf. Io. Tz. Alleg. Il. C, 653 Boiss. [649 Matr.]) ὡς δῆθεν αὐτὸς ταῦτα συγγεγραφώς· ὅπερ μαθὼν ἔγωγε, πρὸς τὴν παροῦσαν ἐξήγησιν τοῦ βιβλίου ἐτράπην, τὰ τούτου ⟨συγχέων⟩ καὶ περιτρέπων ὁρμήματα. Cf. Alleg. Iliad. C, 652 sqq. Boiss. (648 sqq. Matr.). — [33]) Pg. 20 haec leguntur: ὡς ὁ Σερβιλίων Καισάρων ἀπόγονος αἰτησαμένῳ ποτέ τινι γραμματεῖ τοὺς χόρτους εἰς ἀνθρώπους μετέβαλε. Cf. quae de θητεύειν voce, quae legitur Homer. v. 143, disputavi cp. II, p. 8. — [34]) Quod fuerit officium mystici, non satis est exploratum. Cf. quae Gretser et Goar adnotaverunt ad Codinum Curopalatam p. 193 ed. Bonn.

profitetur p. 69. (Cf. quae infra in cap. VII de epistularum collectione exponentur.)

Ἑρμηνέα et Ioannes Tzetzes ipse se appellat, ubi de scholis suis verba facit, et discipulos interpretandis potissimum scriptoribus operam navasse ex epistula 22 elucet, qua a Theodorito Cotertza petit, ut Constantinum filium ex scholis suis removeat atque ad alium magistrum mittat (εἰς ἑρμηνέα τινὰ τῶν ἑτέρων): neque enim priore semestri tempore, cum ceteri discipuli quinque magnos libros interpretati essent, Constantinum quidquam in litteris profecisse neque maiore fuisse diligentia scholis denuo inceptis, quam ob rem mercedem pro scholis solutam se remissurum esse (cταλήcονται δὲ τῇ cῇ αὐθεντίᾳ καὶ τὰ νομίcματα). Simili in argumento versatur epistula 79, (quae data est: Τῷ καθηγουμένῳ τῆς τοῦ Παντοκράτορος μονῆς κυρίῳ Ἰωσήφ), qua de neglegentia chartularii cuiusdam, qui monachorum ordini monasterii τοῦ Παντοκράτορος videtur adscriptus fuisse, vehementer queritur: prioris diligentiae chartularium illum prorsus oblitum esse περί τε τὰς ἑρμηνείας αὐτοῦ καὶ τὸ γράφειν ῥητορικῶς.

Quae tamen ratio Ioanni Tzetzae cum monasterio τοῦ Παντοκράτορος intercesserit, num cum monasterio schola aliqua coniuncta fuerit, ubi Tzetzes praeceptoris munere fungeretur, compertum non habemus: alios quoque viros doctos eadem condicione usos esse colligitur ex epist. 78 ad Pelagonitam[35]) quendam data, quem furti nescio cuius accusans haec addit: Οὐ γὰρ καὶ νῦν ὡς τὸ πρότερον εὐμαρὴς καὶ βαcίμη coι γένηται ἡ πρὸς τὴν μονὴν τοῦ Παντοκράτορος ἄγουca μήτοι γε νῦν ἑρμηνευομένῳ αὐτὰ (scil. Aphthonii progymnasmata), ... ἐφωράθης γὰρ ἀκριβῶς καὶ ὁ ὁcιώτατος καθηγούμενος οὐκ εὐεξαπάτητος. Deinde epistula proxima Iosephum kathegumenon rogat, ut chartularium illum ad Pelagonitam mittat, cui tamen his verbis maculam inurit: Ὁ Πελαγονίτης cοφός ἐcτιν ἄνθρωπος κτλ., κἂν ὁ cεβαcτὸς Βουλγαρίας ἀρχιερεὺς οὐκ οἶδ' ὅτι γνοὺς τοῦτον ὥcπερ ἔκτρωμα ἐξεφαύλιcεν. Facile est ad intellegendum Tzetzam his verbis id egisse, ut gratiam, qua aemulus suus fruebatur apud kathegumenon, exstingueret. Prope illud monasterium Pantocratoris ac fortasse in aedificio, quod monasterii erat, Ioannes Tzetzes videtur habitasse, cum ep. 54 ad Iosephum hegumenon data viam ad suam domum deterrimam esse queritur ἐκ τῶν ὀρυγμάτων τῶν μοναχῶν. Maxima videtur ei gratia fuisse cum Iosepho ceterisque monachis, cum non solum ille visitaret Tzetzam (ep. 53) et aromatis donaret (ep. 51), sed etiam monachi, postquam Iosephus mortem obiit, Tzetzae victui providerent farinam aliaque mittendo (epp. 98. 99). Ad hunc Iosephum et monachos haud scio an referenda sint quae leguntur in Chil. XI 31 sq.:

---

[35]) Pressel habet in titulo epist. 78 ΠΕΛΑΓΟΝΙΤΙ: legendum est Πελαγονίτῃ, cum in epist. 79 ipse Pressel exhibeat: Ὁ Πελαγονίτης.

Αὐτὸς (i. e. Io. Tz.) δ' οὐδ' ἑρμηνεύμασιν (i. e. interpretationibus)
ἐλάμβανε χρυσίον,
μόλις δὲ βρώματα, ποτούς, ὀπώρας καὶ τοιαῦτα.[36])

Quomodo in scholis scriptores a Tzetza tractati sint, locupletissimi quibus Homerum, Lycophronem, Hesiodum instruxit commentarii luculenter demonstrant, ex quibus Exegesin Iliadis Tzetzes ipse ideo publici iuris factam esse refert, quia unus de discipulis ea, quae in scholis Tzetzae adnotavisset, postea pro suis venditarit (cf. supra adnot. 32). Atque saepius commentarios in usum adulescentium se edidisse dicit.[37])

Sed quantumvis quaestum fecerit scholis habendis, magno lucro videntur fuisse scripta, οἵσπερ, inquit, καρποῦμαι τὰ πρὸς ζωήν, οἵσπερ καὶ μόνοις ἐγὼ διατρέφομαι (ep. 74, p. 68). Cf. deinde quae leguntur Chil. XI 33 sqq. (versus qui praecedunt paulo supra exscripsi):

αὐτοῦ δὲ τὰ συγγράμματα θέλουσι μεταγράφειν
καὶ μόλις καὶ ὀλίγοις δὲ καὶ δεδοκιμασμένοις
διὰ χρυσίου ἱκανοῦ ἐδίδου μεταγράφειν
ὡς καὶ ὁ Πλάτων πρότερον αὐτοῦ τοὺς διαλόγους.

et Chil. V. 947.:

ἐξ ὧν (sc. συγγραφῶν) ἡμεῖς τρεφόμεθα, πολλῶν μεταγραφόντων[38])

et vers. 950 sq.: αἷς τρέφομαι καὶ μόναις
ἄλλοθεν οὐ δεχόμενος, οὐδ' ἀφ' ἑρμηνευμάτων
(i. e. ex interpretationibus scil. scriptorum).

Idem fusius explicat de mercede, quam ab Irene imperatrice pro singulis Allegoriarum Iliadis quaternionibus acceperit, in Chil. IX hist. 264.

Restat ut de Ioannis Tzetzae eiusque studiorum fautoribus adiutoribusque agamus: initium autem faciendum est ab ipsa familia Comnenorum.

Quo tempore Ioannes Tzetzes in gratiam et favorem aulae byzantinae venerit, cum certo indagari non possit, tamen iam eodem fere tempore, quo Antehomerica, Homerica, Posthomerica aut quo Exegesis in Iliadem composita est, i. e. ann. 1139—1143 aut paucis annis ante eum finxisse Theogoniam in usum Irenes sebastocratorissae, uxoris Andronici, Ioannis Comneni imperatoris filii, inde concluseris, quod in Theogonia isdem fere verbis quibus in illis scriptis inopiae facit mentionem, ad quam mulieris (scil. Isaaci, Berrhoeae eparchi,

---

[36]) Ceterum cf. de illo monasterio Du Cangii Constantinopolim Christianam lib. IV pg. 54. edit. Venet. — [37]) Cf. Exeg. Il. p. 3, 8. H. (p. 746, 7 B.), p. 4, 20. H. (p. 747, 6. B.). De scholiis ad Lycophronem cf. Chil. IX 968.: ἃ ὠφελείας ἕνεκεν ἐγράφησαν τῶν νέων, de scholiis ad Hesiodi Op. et D., quae de διδασκαλικῷ τρόπῳ profert pp. 10. 207 ed. Oxon. — [38]) Sic codices Parisini pro μεταγραφέντων.

uxoris) fallaciis sit redactus.[39]) Ceterum confer, quae de Irene sebastocratorissa in capite VII, 5 exponam, ubi de Theogonia verba faciam.

Ad Isaacum Comnenum (Τῷ εὐσεβάστῳ κυρίῳ Ἰσαακίῳ τῷ Κομνηνῷ) datam esse epistulam 6 iam priusquam Isaacus Tzetzes anno 1138 mortem obiret, ex disputatione de epistulis in capite VII, 7 instituta elucebit. Ioannes Tzetzes postquam ab eo petiit, ut scribam suum loco moveret, epistula exit in haec verba: ἀλλ' ἄγε δὴ ἀφ' ἡμῶν .... ἀκούσειας .... βασιλέως ὀργὴν δικαιοτάτου ἐκδέχεσθαι, εἰ μή γε τὴν σὴν αἰσχύνην τὸν λέπρεον τοῦτον δημεύσας τῆς σῆς χειρὸς ἀπελάσειας. Haud scio an Isaacus Comnenus ille fuerit frater Ioannis imperatoris, qui primum cum fratre summa necessitudine coniunctus postea ad sultanum Iconii transierat; mox etsi ad Ioannem imperatorem reversus in maximam gratiam cum eo redierat, tamen propter coniurationem factam ab ipso fratre in vincula coniectus est.[40]) Certe Tzetzes tam impudenti licentia loquendi usus non esset, nisi Isaacum imperatoris gratiam iam effudisse compertum habuisset.

Ex iis epistulis, quae ad Manuelem imperatorem datae sunt, ea quae locum obtinet 46, patriarcham quendam a calumniis inimicorum defendere audet, qui in virum venerabilem odium imperatoris concitare studebant. Qui sit intellegendus patriarcha, postea erit exponendum. Epistula 58 suadet, ut imperator exercitui suo equites Scytharum adiungat. Epistula 97 docet Manuelem μεθόδῳ δεινότητος, ut in scholio addit, quomodo more Romanorum triumphus sit agendus. Ex quibus litteris quamquam, num magna Ioanni Tzetzae gratia fuerit cum Manuele imperatore, non elucet, tamen cum epistula 46 non parva libertate causam patriarchae agat, imperatoris favore tutus videtur fuisse ab insidiis eorum, qui a partibus patriarchae inimicis stabant.

Irenes autem, uxoris Manuelis, quae ex Germania originem duxit, maximam eum gratiam sibi conciliavisse eo demonstratur quod Allegoriis ad Iliadem huius imperatricis iussu compositis (a. 1147: cf. cp. VII, 7 de epistulis)[41]) inscripsit: Τῇ κραταιοτάτῃ βασιλίσσῃ

---

[39]) Cf. praecipue Theog. v. 35 sqq. B. (36 sqq. M.) cum Posthom. v. 753 sqq., Theog. v. 258 cum Homer. v. 152., Theog. v. 417 sqq. — [40]) Cf. Nicet. Chon. de Ioanne 9 p. 42, 17 sqq. ed. Bonn., Cinnam. II 2 p. 32, 8 sqq. ed. Bonn. — [41]) Cf. init. prooem. All. Il. et prooem. All. Odyss. v. 10:

τῆς Ἰλιάδος μάχας τε καὶ πόλεμον Ἑλλήνων (scil. ἠλληγόρησα) κτλ.

v. 15: λαμπρῶς φημι πρὸς λόγους
τῆς βασιλίδος τῆς ἐμῆς ἣ γυναικῶν ἦν κόσμος,
κελεύσει ταύτης σεβαστῇ καὶ δωρεαῖς ἀξίαις
καὶ δὴ προλιπαρήσει καὶ δώροις ἄλλων φίλων.

Henrichsen: 'Ueber die sogenannten politischen Verse' Lips. 1839, p. 112 iudicat Chil. IX versus 280 sqq.:

ἐγὼ δ' εἰρήκειν τοῦτο
ἀνθ' οὗ γράφων ἐξήγησιν Ὁμήρου τῇ Αὐγούστῃ
ἔχουσαν καὶ μετάφρασιν ἡμαξευμένοις στίχοις

καὶ ὁμηρικωτάτῃ κυρᾷ Εἰρήνῃ τῇ ἐξ Ἀλαμανῶν, atque in iis, quos libro praefixit, versibus, magnificis quae Byzantinis, futtilibus atque ineptis, quae nobis videntur, verbis imperatricis etiam atque etiam celebrat sapientiam. Sed sive Irenam ipsam pro opere vilissimo mercedem non nimis modeste pactam (cf. Chil. IX, hist. 264) solvere pigebat, sive secretarii pecuniam, quae danda erat Tzetzae, intercipiebant, Tzetzes in epist. 57 quo maior fuisset quaternionum forma, eo minorem se accepisse queritur mercedem. Atque in versibus, qui Allegoriarum librum Π praecedunt, non amplius ab Irena se adiuvari aperte confitetur:

> Μέχρι τῆς ΟΥ τὸ σύνταγμα ἐγράφη τῇ Ἀνάσσῃ·
> ἐντεῦθεν ἦν δὲ κίνδυνος λοιπὸν παρεαθῆναι
> ἐν δυστροπίᾳ περισσῇ τῶν χρηματοδοτούντων.
> ὁ δ' εὐγενὴς Πεισίστρατος Κοτέρτζης Κωνσταντῖνος
> χρήμασι σφοῖς ἐπέσπευσεν εἰς τέλος προαχθῆναι,
> ὅθεν ἐντεῦθεν ἅπασα τούτῳ προκείσθω χάρις.
> καὶ δὴ καὶ καταρκτέον μοι τοῦ ΠΙ τῆς ῥαψῳδίας.

De Cotertza infra erit agendum.

Ad Annam Comnenam Caesarissam denique, uxorem Nicephori Bryennii, quae tum (a. 1147, cf. ep. VII, 7) iam provecta erat aetate, quippe quae anno 1083 nata esset, epistula 55 data est, qua auxilium ab ea petit adversus Tzurichum quendam.

Praeter Comnenos Camaterorum potissimum familiae nobilissimae gratiam Tzetzes sectatus et per aliquod tempus consecutus est, quae familia affinitate cum Comnenis coniuncta erat. Datae sunt epistulae 86 et 87: Τῷ σεβαστῷ κυρίῳ Θεοδώρῳ τῷ Καματηρῷ, ep. 89: Τοῖς σεβαστοῖς τοῖς υἱοῖς τοῦ Καματηροῦ, ep. 90 ad alterum e filiis: Τῷ σεβαστῷ κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ τῷ υἱῷ τοῦ Καματηροῦ: petit epp. 89 et 90 a filiis, ut ab inimicis, qui iambos suos contemnant, ipsum defendant atque iis praesentibus iambos legant[42]); epistula 103 data est: Τῷ πανσεβάστῳ σεβαστῷ καὶ ἐπάρχῳ κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ τῷ Καματηρῷ, epist. 101: Τῷ κυρίῳ Δημητρίῳ τῷ ἐκ προσώπου τοῦ σεβαστοῦ καὶ ἐπάρχου κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Δοῦκα καὶ Καματηροῦ. Qui Andronicus eparchus utrum pater fuerit Camaterorum filiorum, ad quos data est epist. 89, an An-

---

non solum ad Allegorias sed simul etiam ad Iliadis Exegesin soluta oratione scriptam pertinere. Quod quam falsum esset, vir doctissimus non potuit non cognoscere ex iis, qui Exegesi Iliadis praefixi sunt, versibus, utpote quibus amicorum dicat adhortationibus ad commentarium concinnandum se esse commotum. — [42]) Commemorat epist. 89 coetum quendam hominum (συμμορίαν), cui ipse videtur invisus fuisse. Eadem vox redit in scholio ad Hesiod. Op. et D. v. 274.: Καὶ νῦν γὰρ οἱ ἀγοραῖοι καὶ σύρφακες πολλοὺς ποιητὰς μηδ' ἀκριβῶς τὰ μέτρα εἰδότας ὡς τῆς αὐτῶν συμμορίας ἀνακηρύττουσι ποιητικῆς ἀκροθίνια. In Chiliade XII v. 543 sq. in epistula συμμορίας vocem pro συναγώγιον adhibitam esse addit.

dronicus filius, qui antea sebastus, tempore autem, quo conscriptae sunt epist. 101 et 103, eparchi dignitate fuerit adornatus, discerni non potest.[43])

Illud constat, eo tempore, quo illae epistulae scriptae sunt, Andronici eparchi gratiam Tzetzae non defuisse, cum ea aetate, qua tertia Chiliadum pars composita est, non solum amicitia exstincta sed etiam gravissimae cum Camateris contractae videantur inimicitiae: cf. cap. VII, 8: De appendicibus Chiliadum.[44])

His fautoribus Ioannis Tzetzae adiungendus est Constantinus Cotertzes, qui non solum maxima liberalitate effecit, ut Ioannes Tzetzes imperatricis auxilio destitutus Allegorias ad Iliadem perficeret (cf. versus quos pg. 22 exscripsi) sed etiam, ut Chiliadum textum, qui cum Tzetzae ipsius erroribus abundabat tum librariorum incuria corruptus erat, iterum perlustraret atque recognosceret (cf. ep. VII, 8 de Chiliadibus). Quis fuerit hic Cotertzes quamquam certo dici non potest, conicere licet eum fuisse eundem Constantinum, cuius de inertia Tzetzes epist. 22 ad Theodoritum Cotertzam patrem data vehementer queritur, qui licet quam diu scholis Tzetzae intererat, parum studii ad litteras videatur adhibuisse, postea tamen magnam ei gratiam persolvebat. Utrum idem sit is Cotertzes, ad quem data est epistula 102: Τῷ θεοφιλεστάτῳ διδασκάλῳ κυρίῳ τῷ Κοτέρτζῃ, quem munere ecclesiastico functum esse apparet, an is Cotertzes, qui expeditioni intererat anno 1146 a Manuele contra Turcos susceptae[45]), diiudicari non potest: constat autem Cotertzam ex nobili familia oriundum fuisse, cum in loco priore, quem ex Cinnamo adnot. 45 laudavimus, haec legantur: τῶν ἐπὶ δόξης τινὰ ἐπίκλησιν Κοτέρτζην.

Praeterea ex ipsis Tzetzae epistulis apparet non solum multos alios, quorum gratia Tzetzes floreret, in summis collocatos fuisse

---

[43]) Certo hic Andronicus eparchus idem est, qui interfuit synodo anno 1155 de Soterichο, Antiochiae archiepiscopo designato, Constantinopolim convocatae: cf. Tafel 'Annae Comnenae supplementa historiam ecclesiasticam Graecorum saeculi XI et XII spectantia. Accedunt Acta synodi Constantinopolitanae in Soterichi Panteugoni dogmata de Christi crucifixi sacrificio habitae'. Tubing. 1832, p. 18. Eundem Andronicum sacris potissimum litteris operam dedisse scriptis eius docemur, de quibus velim adeas Fabric. bibl. graec. ed. Harles vol. XI p. 278 sq. Idem anno 1161 cum aliis legatus missus est Antiochiam ad Mariam Antiochenam, sponsam Manuelis, Constantinopolim comitandam: cf. Cinnam. V, 4. pg. 210, 18 sqq. ed. Bonn. Andronici filio videtur dedicatus esse Eustathii commentarius ad Dionysii οἰκουμένης περιήγησιν, confer epistulam, quam Eustathius commentario praemisit: Πρὸς τὸν πανσέβαστον Δοῦκα κύριον Ἰωάννην, τὸν υἱὸν τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ καὶ μεγάλου δρουγγαρίου κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Καματηροῦ, Εὐσταθίου, διακόνου ἐπὶ τῶν δεήσεων καὶ μαΐστορος τῶν ῥητόρων, ἐπιστολὴ ἐπὶ ταῖς Διονυσίου τοῦ περιηγητοῦ παρεκβολαῖς in Geograph. gr. min. ed. C. Mueller vol. II, Paris. 1861, p. 201. cf. adnot. — [44]) Ea quae leguntur epist. 69: αὐτὸς γὰρ ἐγὼ διά τινα περιπέτειαν τούτῳ (i. e. Camatero sebasto) τανῦν οὐ προσομιλῶ, non ad eandem discordiam pertinere videntur. — [45]) Cf. Cinnam. II 7. pg. 49, 23 sqq. pg. 53, 4 sqq. ed. Bonn.

locis et civitatis et ecclesiae, sed etiam omnes, quorum amicitia uteretur, singulari amore eum fovisse atque etiam saepius, cum in terris versarentur a Byzantio longe distantibus, munera ei misisse, quibus et ipsos vivam Tzetzae memoriam tenere demonstraretur et eius animus ad ipsorum memoriam revocaretur (cf. e. gr. epp. 80 et 93).

Caput VI.

De scriptis quae in codicibus Isaaco Tzetzae tribuuntur.

Tria sunt scripta, quae in codicibus Isaaco Tzetzae assignantur: primum scholia ad Lycophronis Cassandram, deinde iambi astronomici, qui leguntur in codice Monacensi 287, postremo opusculum de metris Pindaricis editum a Cramero in Anecdot. Paris. vol. I pg. 59 sqq. Ac primum sunt tractanda scholia ad Lycophronem.

1. De scholiis ad Lycophronem.

In omnibus libris manu scriptis ad Tzetzas pertinentibus, in quibus aut Prolegomenis de poetis, quae ipsis scholiis ad Lycophronis Cassandram antecedunt, aut scholiis ipsis nomen auctoris (σχόλια Ἰσαακίου γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου vel simile aliquid) praefixum legitur, Isaaci Tzetzae nomen invenitur. Accedit, quod scholiis ipsis hi quattuor hexametri dactylici inscribuntur, a Muellero in editione scholiorum (Lipsiae 1811) nescio quam ob rem ad finem scholiorum reiecti (p. 1049):

Βίβλος μὲν τελέθουσα Λυκόφρονος ἀσματοκάμπτου
ἣν ἀλαὸς προπάροιθεν, ἀδερκέα δέργματ' ἔχουσα·
νῦν δέ με δορκαλέην Ἑρμείῃ θήκατο τέχνῃ
Τζέτζης Ἰσαάκιος, ἐΰστροφα πείσματα λύσας.

Atque iterum quattuor hexametri, quibus auctor ipse suum praedicat nomen, post scholia leguntur:

Τήνδε Λυκοφρονέην τὴν βαρβαρόφωνον ἰυγὴν
Κλειοῦς τ' ἀλλοπροσάλλοιο βάκχην Καλλιόπειαν (fort. καλλιέπειαν)
Τζέτζης Ἰσαάκιος ἐπεὶ φύγον ἐξερεείνας,
παγκρατέϊ μεδέοντι πανέξοχον ὕμνον ὀφείλω.

In scholiis ipsis ab auctore saepius verba 'ὁ Τζέτζης' sententiis, quae cum veteribus scholiastis discrepant, praenomine nusquam apposito praemittuntur.

Deinde Ioannes Tzetzes Isaacum fratrem scholia in Lycophronem composuisse ait loco scholiorum Hesiodeorum (p. 11 ed. Oxon.): περὶ μὲν τῆς τῶν ποιητῶν διαιρέσεως καὶ πρώην μοι ἐπεξείργασται μικρὸν συγγραμμάτιον αὐτοσχεδίοις συντιθέμενον ἰάμβοις, καὶ τῷ ἐμῷ δὲ ἀδελφῷ ἐκπεπόνηται λίαν κάλλιστα καὶ φιλοτιμότατα περὶ τούτου ἐν τῇ τοῦ Λυκόφρονος ἐξηγήσει.

Aliis autem locis Ioannes Tzetzes non ab Isaaco fratre sed a semet ipso commentarium in Lycophronem confectum esse contendit i. e. in epistula 42 p. 37, ubi postquam, quod amici epitaphium in suum convertisset usum, aliquem, cuius nomen non pronuntiatur, vehementer accusavit, ita pergit: ὡς δέ γε νῦν καὶ πρὸς τὰς ἐμὰς ἐξηγήσεις ἀγωρήσας (sic editio) καὶ τυραννικώτερον αὐτοπρέμνους αὐτὰς κατασύρας ἐτόλμησας ἐφετερίζεσθαι, μᾶλλον δὲ τὴν εἰς τὸν Χαλκιδέα Λυκόφρονα, καὶ τῷ Μεσαρίτῃ βαρέως ἐπέθου τε καὶ ὀργίλως κατὰ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ὄρνιν τὴν γλαῦκά σε τὸν κολοιὸν ἐξελέγξαντι (sic est scribendum pro ἐξελέγξαντα) καὶ τὸν κηφῆνα τρυγῶντα μέλι ἀλλότριον, οὐδὲν δὲ ἄλλο νὴ τὴν ἀλήθειαν ἐπεπόνθειν οὐδὲ ἐδυσχέρανα κτλ. cf. Chil. VIII, hist. 204, qua historia ipsa verba, quae modo exscripsi, explicantur, et praeterea quae leguntur in historia 208 v. 554 sqq. (in epistula erant dicta: σύγγνωθι τῷ μειρακίῳ τὸ μέλι πόνον μελίττης κηρύττοντι):

μεθόδῳ δὲ δεινότητος οὕτως αὐτὸς εἰρήκειν·
σύγγνωθι τούτῳ λέγοντι, τῶν μελισσῶν τὸ μέλι,
ἤτοι τοὺς πόνους τοὺς ἐμοὺς (scil. scholia in Lyc.) ⟨ἐμοὺς⟩[46])
εἶναι φαμένῳ.

Inspicias praeterea epist. 64, cui inscribitur: Τινὶ μωμοσκόπῳ: deinde secuntur haec: Σὺ μὲν τὰς ἐμὰς φαλλαίνας ἐμέμψω, σοὺς δὲ σοφοὺς Τηλέφους νενόμικας, quae pertinent ad interpretationem vocis φάλλαινα, quae invenitur in scholio ad Lycophronis Cass. v. 83, cf. Chil. IX 960 sq., qui versus ad eandem rem pertinent:

ἐν δὲ τοῖς εἰς Λυκόφρονα ἐμοὶ ἐξηγηθεῖσι
καὶ περὶ τούτου ἔγραψα τότε τοῦ Ζωυλλίου.[47])

His denique subiungenda est epistula 21 Ioannis Tzetzae, qua ipse difficultatem, qua moti iam aequales eius de hac re dubii haerebant, tollere studet:

Πρωτονοταρίῳ τῷ πατριαρχικῷ κυρίῳ Βασιλείῳ τῷ Ἀχριδηνῷ ἐν τῇ εἰς τὸν Λυκόφρονα ἐξηγήσει Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου ἐπιγραφὴν εὑρόντι Ἰσαακίου τοῦ Τζέτζου καὶ ἀπορουμένῳ.

Φειδίας ἐκεῖνος ὁ πλάστης Ἀγορακρίτῳ ποτὲ χαριζόμενος φιλίας θεσμῷ ἀνθρώπῳ γραφικῷ μὲν τὴν τέχνην, ἀλλ' οὐκ εὐχείρως γράφειν εἰδότι αὐτὸς εὖ μάλα πρὸς πλαστικὴν εὐτεχνίαν ἀγαλμα-

---

[46]) Alterum ἐμοὺς recte additum est ab anonymo censore editionis Kiessling. in 'Leipzig. Litteraturzeit.' 1826 p. 2195. — [47]) In scholio ad Exeges. Iliad. p. 141, 20 sqq. Herm. (p. 835, 28 sqq. Bachm.) haec leguntur: Περὶ Ῥωμύλου καὶ Ῥέμου Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἱστορεῖ, Δίων τε καὶ Διόδωρος καὶ ὁ Χαιρωνεὺς Πλούταρχος· ἐπιμέμνηται δὲ καὶ Λυκόφρων καὶ ἕτεροι· secuntur apud Hermannum κα . . . δεῖ με λέγειν Αἰνείου φυγὴν ἐκ τῆς Τροίας, apud Bachmannum κἀ⟨κεῖ⟩ δεῖ με λέγειν κτλ. (i. e. in scholiis ad Lycophronem; sed non est Tzetzae ita loqui, corrigendum est καίτοι τί δεῖ με λέγειν, ut nulla commentarii in Lycophronem mentio fiat. Quae deinde eduntur a Bachmanno p. 835, 35 ἐῶ ταῦτα ὡς π⟨άρεργα⟩, mutanda sunt in ἐῶ ταῦτα ὡς π⟨εριττά⟩.

τώcαc τὸ ἐν Ῥαμνοῦντι Διὸc καὶ Νεμέcεωc ἄγαλμα τούτῳ ἀνέθηκεν ἐπιγεγραφὼc τῷ ἀγάλματι· Ἀγορακρίτου Παρίου· καὶ τὸ τῆc τέχνης ἐνδεὲc δι' ἐπιγράμματοc ἐκείνῳ χαρίζεται. Εἶτα Φειδίαc μὲν ξενίαc θεcμῷ ἀνδρὶ δυcπαλάμῳ περὶ τὴν τέχνην χαρίcαcθαι περὶ τὰ μέγιcτα οὐ κατώκνηcεν· ἡμεῖc δὲ περὶ τὸν ἀδελφὸν Φειδίου φανούμεθα δεύτεροι, καὶ οὐκ ἐπ' αὐτῷ ταὐτὸ τούτῳ (leg. τοῦτο) Φειδίᾳ ποιήcαιμεν εὐπαλάμων τε ὕμνων τελοῦντι κατὰ Πίνδαρον τέκτονι (errat, est Cratini cf. Aristoph. Eq. 530 et schol.) καὶ ἡμῖν cτεργομένῳ ἀcύγκριτα, ἥπερ Φειδίᾳ ὁ Ἀγοράκριτοc, καθ' ὅcον (Pressel: Ἀγοράκριτοc; καθ' ὅcον) ἄρα καὶ ἀδελφότηc πρὸc θέλγητρα ξενίαc ἐφελκτικώτερον; οὕτω κἀγὼ καὶ Φειδίαc ἐκεῖνοc τὰc ἐπιγραφὰc ἐπεγράψαμεν, ἀλλ' οὔτε ὁ Φειδίαc ποτὲ οὔτε ὁ Τζέτζηc νενόcηκε παραπληξίαν ἢ λήθαργον, ὡc ἐc τοcοῦτον ἐλάcαι τῶν μανιῶν, ὡc καὶ τοῦ οἰκείου λελῆcθαι ὀνόματοc καθά τινεc ὑπετόπαcαν.

Iam controversia movenda est, utrum Ioannes Tzetzes ipse scholia in Lycophronem composuerit atque sub Isaaci fratris nomine vulgaverit, an Ioannes impudentissime mentitus, quae ab Isaaco fratre elaborata essent, sibi vindicaverit.

Potter, qui primus de hac quaestione iudicavit in edit. Lycophronis et scholiorum Tzetzae (Oxon. 1697 repet. 1702), cum Ioanni fidem haberet, ab isdem quos supra laudavi locis profectus scholia ab Ioanne composita esse arbitratus est (apud Muell. vol. III, p. 1357 sqq.). Idem recte iudicat nullius momenti hoc esse, quod inter libros, qui ab Ioanne Tzetza compositi sint, et commentarium in Lycophronem maxima intercedat similitudo, qua de re infra, ubi de Bachmanni iudicio exponemus, iterum agendum est.

Potterum secutus est Sebastian in edit. Lyc. (Rom. 1803) novo argumento nullo prolato nisi quod propter eos locos, quibus Isaacum fratrem maxime a se amari Ioannes affirmat, veri esse censet dissimillimum Ioannem fratris opus sibi arrogasse (ap. Muell. vol. I pag. XLVI sqq.).

Multum discrepat a Pottero et Sebastiano Mueller in praef. editionis p. XXXII sqq., qui genuinam quidem formam commentarii esse compositam ab Isaaco Tzetza censet, postea vero retractatam atque iis praesertim locis, quibus auctor suam iactitet doctrinam, auctam ab Ioanne, epstulam vero illam datam ad Basilium Achridenum 'orta inter fratries discordia vel Isaacio iam mortuo ab Ioanne fictam esse et ita subornatam, ut opus fratris a se emendatum multisque partibus auctum sibi soli vindicaret'. (Cf. supra pg. 6.)

Sed quantum nunc perspicere possumus, nullam unquam inter fratres intercessisse discordiam supra cap. II satis superque expositum est: neque maioris est momenti ea res, qua potissimum Muelleri nititur opinio: quod in codicibus Cizensi et Vitebergensi I, quos Mueller ipse inspexit, scholiorum recensio exstat multo brevior ea, quae editionibus vulgo exhibetur, quarum recensionum breviorem suo periculo Mueller affirmat esse Isaaci, ampliorem Ioannis. Immo hoc satis

exploratum mihi est et ampliorem et breviorem recensionem deberi Ioanni Tzetzae, cum utraque colorem orationis Ioannis adeo prae se ferat, ut, si Muellerum secuti breviorem Isaaco attribuendam putaremus, Ioannem fratris dicendi usum totum ita amplexum esse sequeretur, ut nulla inter utriusque scripta intercederet dissimilitudo. Nec desunt in breviore recensione ipsi iambi, quibus Ioannes scholia a se composita intertexere solet cf. schol. ad vv. 156—157 p. 421, ad v. 481 p. 635 sq., ad vv. 1170. 1181. Ceterum utrum brevior illa recensio prius perfecta sit et posteriore tempore ab Ioanne Tzetza amplificata, an longior sit ante breviorem composita, brevior vero grammatico alicui debeatur, qui ad suum arbitrium scholia Ioannis Tzetzae in breviorem formam redegerit, quamquam nondum satis mihi constat, multae sunt causae, quibus prior opinio probabilior videatur: quam tamen priusquam sine ulla dubitatione comprobem, inspiciendi erunt codices Cizensis et Vitebergensis I, cum in his codicibus complura contineantur scholia, quae, quantum nunc ex Muelleri adnotationibus criticis cognoscere possumus, non tam prioris videntur recensionis esse quam ab excerptore tamquam in breviorem formam contracta. Cf. e. gr. schol. ad v. 980 p. 895, schol. ad v. 1312 p. 999, schol. ad v. 1329 p. 1007. — Etiam Bachmann, qui in libello scholastico Rostochiensi a. 1848 edito, quo scholia vetusta in Lycophronem e codice Vaticano descripta publici iuris facit, hanc quaestionem solvere studet, Ioanni Tzetzae tribuit scholia. Valde autem videtur mirum, quod nullo ad suam sententiam probandam loco laudato p. VIII contendit 'scholia Vaticana (i. e. vetusta) prorsus eadem esse cum illa commentarii parte, quam Godofredus Muellerus a reliquis separandam et Isaacio Tzetzae tribuendam censuerit'.[48])

Cum vero quominus Muellero adsentiar obstare videatur elocutionis in duabus recensionibus consensus, contra ut pro certo habeam Ioannem Tzetzam neque eum, quem nunc habemus, commentarium in Lycophronem neque ullum alium fratri furatum esse, moveor iudicio aequalium Ioannis Tzetzae, quorum cum nemo umquam videatur dubitasse, quin Ioannes ea scholia conscripsisset, id unum mirantur,

---

[48]) Ne eam quidem opinionem Bachmanni probare possum, quod in praefatione, quam opusculo Ioannis Tzetzae περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαφορᾶς (Rostochii 1851) praemisit, suum iudicium de scriptore scholiorum ea maxime re confirmari arbitratur, quod iambi de differentiis poetarum ad verbum saepe consentiant cum iis, quae in Prolegomenis ad scholia in Lycophronem disputentur. Qua re si certo probaretur scholia ab Ioanne Tzetza composita esse, etiam plures locos ex aliis Ioannis libris afferre poteram, qui cum scholiis in Lycophronem consentiunt, sed neque si Ioannes ipse scholia composuit, hunc nonnulla ex scholiis sumpsisse mirum videtur neque si Isaaci opus sibi vindicavit. Prolegomena ad scholia in Lycophronem potius ideo in iamborum rhythmum ab Ioanne Tzetza redacta videntur, quo facilius ea, quae de poetis his prolegomenis praecipiuntur, a discipulis tenerentur.

quod Ioannes opus a se confectum sub Isaaci nomine vulgaverit. Nam facile est ex Ioannis Tzetzae epistula 21, quam supra exscripsi, ipsam epistulam Protonotarii Basilii Achrideni, cui Tzetzes respondet, restituere. Nempe Protonotarius ille Ioannem non interrogaverat, cur opus Isaaci, quem scholia in Lycophronem composuisse certo sciret, sibi vindicasset, sed, quid esset causae, cur suis scholiis Isaaci nomen inscripsisset. Neque aliter ceteros viros doctos, qui tum Byzantii vivebant, iudicasse elucet ex iis, quae Ioannes Tzetzes in extrema epistula 21 ait: οὕτω κἀγὼ καὶ Φειδίας ἐκεῖνος τὰς ἐπιγραφὰς ἐπεγράψαμεν, ἀλλ' οὔτε ὁ Φειδίας ποτὲ οὔτε ὁ Τζέτζης νενόςηκε παραπληξίαν ἢ λήθαργον, ὡς ἐς τοσοῦτον ἐλάσαι τῶν μανιῶν, ὡς καὶ τοῦ οἰκείου λελῆςθαι ὀνόματος, καθά τινες ὑπετόπασαν. Per iocum igitur Byzantini Ioannem Tzetzam videntur irrisisse, quod suo libro non suum inscripsisset nomen, nemini vero umquam Ioannes Tzetzes in suspicionem furti videtur venisse. Cf. etiam Ioannis Tzetzae epist. 42 et Chil. VIII hist. 204, ubi furem quendam, qui Tzetzae commentarium in Lycophronem in suum usum converterat, per ironiam orat, ne adulescenti cuidam suscenseat, qui ausus sit dicere interpretationem, quam ille in scholiis protulisset, non ab ipso sed ab Ioanne Tzetza compositam esse. Cf. praeterea epist. 64 et Chil. IX hist. 298 et 299, ubi Tzetzes μωμοσκόπον quendam suam explicationem vocis φαλλαίνης (cf. Tz. ad Lyc. 84) derisisse narrat. Nescio igitur, quoniam viri docti, qui Tzetzae aequales erant, de Ioannis Tzetzae fide non dubitaverunt, cur nos negemus fieri potuisse, ut Ioannes Tzetzes re vera nomen Isaaci fratris, quem maxime dilexisse videtur, suo operi inscriberet.

Postremo ne quis abripiatur mirando, quod Ioannes Tzetzes in scholiis Hesiodeis (p. 11: conf. supra p. 24) fratrem scholiorum in Lycophronem auctorem esse dicat, ceteris autem locis omnibus semet ipsum, hos postquam frater mortem obiit, illum (schol. Hes. p. 11) ante eius mortem videtur scripsisse. Nam sua esse scholia ait in epistulis 21, 42, 64 et in Chiliad. VIII et IX, quas omnes post mortem Isaaci compositas esse infra demonstrabo, quoniam cum temporis ordo in epistulis collocandis a Tzetza servatus sit, omnes illae epistulae post epistulam 13 datae sunt, in qua Isaaci mortis mentio fit, Chiliadum vero illa pars post totum epistularum corpus composita est. Sed quando scholia Hesiodea concinnata ab Ioanne sint, certius enucleari nequit, nisi ante Isaaci mortem id factum esse inde colligas, quod iambis inartificialibus in iis utitur, quos priorum librorum proprios esse infra docebo. Fieri tamen potuit, ut ad fratris memoriam retinendam et aequalibus commendandam post eius mortem per nonnullos annos scholia pro fratris venditaret, postea demum se ipsum auctorem esse aperte praedicaret. Cf. etiam quae conieci cp. V p. 17.

2. De iambis astronomicis codicis Monacensis 287.

Quae proferam de codice Monacensi 287 debentur cum Hardtio, cuius opera compositus est catalogus codicum Monacensium graecorum, ubi ea, quae habet de codice 287, reperiuntur in tom. III p. 201, tum Nicolao Weckleinio, qui eximia benignitate codicem in meum usum inspexit.

Iidem iambi, qui in aliis codicibus leguntur inserti scholiis ab Ioanne Tzetza ad Hesiodi Opera et Dies compositis ad v. 564 et v. 596, coniuncti in unius carminis corpus exstant in illo de quo dixi codice Monacensi praefixis his verbis: Ἰcαακίου Τζέτζου cτίχοι περὶ ἀνατολῆc καὶ δύcεωc τῶν ἄcτρων ἰαμβικοί. Desunt in Monacensi qui leguntur in priore scholio versus tertius:

παρεὶc τὰ πολλὰ τῶν ὑποψύχρων λόγων

et extremus: παρεὶc τὰ πολλὰ τῶν λόγων ληρήματα, praeterea v. 8 et v. 12, et qui exstant in scholio ad v. 596:

οὕτωc ἔφημεν καὶ caφῶc καὶ cυντόμωc.
εἰ δ' αὖ θελήcει τιc παρεκτείνω πλέον,

praeterea textus libri Monacensis nonnullis locis discrepat cum textu qualis circumfertur in scholiis Hesiodeis. Sequitur deinde haec figura:



et brevis explicatio vocum ἀναγκαῖον, ἐνδεχόμενον, ὑπάρχον, quae his finitur verbis: καὶ ἑcτὼc καὶ δεχόμενον. Apparet haec non cohaerere cum illis iambis sed nescio quo casu aliunde in codicem irrepsisse. Corrigenda igitur sunt quae apud Hardtium l. l. traduntur de iambis: Ἀρχή· τὰc ἀκρονύχουc εἰ μαθεῖν φαύcειc θέλειc. Τέλοc· καὶ ἑcτὼc καὶ δεχόμενον.

Quodsi iambi, de quibus agitur, revera essent Isaaci Tzetzae, quin Ioannes Tzetzes suos ex carmine fratris hausisset, nulla remaneret dubitatio eaque re non leviter adiuvari videretur opinatio illorum, qui Ioannem scholia in Lycophronem ab Isaaco fratre composita in suum usum vertisse putant. Tantum autem abest, ut iambi illi Isaaco Tzetzae sint adscribendi, ut particulae ex Ioannis Tzetzae scholiis ad Hesiodum ab aliquo viro docto desumptae in unius carminis speciem comprehensae sint; quod si intentius inspexeris, duas ex quibus carmen quod videtur constat, partes neque argumento neque ipsis verbis artius inter se cohaerere perspicies, cum prior pars cadat in versum:

ταυτὶ μὲν ἔγνωc καὶ μαθὼν οὕτω νόει,

cui aptior sedes ad finem, ubi revera in scholio Hesiodeo legitur,

quam medio in carmine adsignari videtur, altera vero pars nullius coniunctionis ope cum priore conexa incipiat ab his verbis: δέκα παριππεύουσιν ἡμερῶν δρόμοι. Praeterea exspectes etiam iambos de luna, qui in scholio ad Hesiodi Op. et D. v. 780 leguntur, eodem illo, quod videtur, carmine contineri.

Maioris momenti sunt ea, quae eruere mihi contigit de opusculo astronomico, quod in codice Monacensi iambis illis antecedit; de quo apud Hardtium l. l. (fol. 57) haec leguntur:

Σχόλιον Πρόκλου περὶ ἀστρολογικῆς μεθόδου.
Ἀρχή· περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων ἄστρων εἰπεῖν
Τέλος· τῷ ψυχρῷ Κρόνῳ καὶ ἕως τέλους.

Paullo plura Fabricius habet in biblioth. gr. (ed. Harles.) vol. IX p. 412: 'Occurit etiam sub Procli nomine in bibliothecis quibusdam (ut Vindobonae et Oxonii inter codices Baroccianos) libellus, qui inscribitur Vranodromus sive σχόλιον Πρόκλου οὐρανοδρόμον et incipit: περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων εἰπεῖν ἀστρολογικῶς ὁρμωμένῳ μοι κτλ.'. Neque enim dubium videtur, quin haec sumpta sint ex iis, quae in scholiis ad Hesiodi Op. et D. sub Tzetzae nomine circumferuntur ad v. 381, p. 208: περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων ἀστρικῶν εἰπεῖν ὡρμημένῳ δέον μοι πρῶτον κεφαλαιωδέστερον καὶ συντόμως ἐκθεῖναι πᾶσαν ἀστροθεσίαν τὴν ἐν τῷ ζωδιακῷ λοξοκινήτῳ κύκλῳ, δς ἀπὸ βορρᾶ πρὸς νότον κινεῖται, quae verba excipiuntur longiore disputatione astronomica. Neque aliunde hausta esse, quae in codice Monacensi ad finem opusculi leguntur τῷ ψυχρῷ Κρόνῳ, ea demonstrant, quae in fine scholii Ioannis Tzetzae in Hes. Op. et D. v. 439, p. 234 reperiuntur, ubi, postquam de vita humana expositum est ab astronomis in septem divisa partes, quarum una quaeque cum astro aliquo compararetur, postremo haec leguntur: ἀπὸ τῶν νγ΄ μέχρι τῶν ξδ΄ πρεσβύτης, ἀναλογεῖ Διί.

γέρων ἐπ' αὐτοῖς μέχρι ζωῆς ἐσχάτης
ἀναλογεῖ δὲ τῷ ψυχρῷ τότε Κρόνῳ (unus codex τῷ ψυχροτάτῳ Κρόνῳ).

Probabile iam est, cum haec astronomica quae Proclo in codice Monacensi adscribuntur, ex Ioannis Tzetzae scholiis in Hesiodum hausta sint, etiam iambos astronomicos, qui in codice Monacensi Procli scholion excipiunt, ex Ioannis Tzetzae scholiis in Hesiodum, ubi iidem exhibentur versus, depromptos esse, praesertim cum alia praeterea accedant argumenta, de quibus supra dixi. Id igitur unum superest explicandum, quomodo factum sit, ut utrumque opusculum non ei adscriberetur, qui revera auctor est, i. e. Ioanni Tzetzae, sed alterum Proclo alterum Isaaco Tzetzae.[49])

[49]) Nam scholion in Hesiodum, unde prima pars scholii Procliani sumpta est, revera Ioanni Tzetzae non Proclo attribuendum esse eo evincitur, quod Ioannes Tzetzes ad v. 382, p. 207 ed. Oxon. haec de iis, quae postea tractaturus sit, promittit: μικρὸν δέ τι φάμενοι περὶ τοῦ πόθεν

Vir autem doctus, qui varia opuscula astronomica in illo codice Monacensi in unum coegit corpus, haud scio an ea re in errorem ductus sit, quod in iis quae apud Tzetzam (ad v. 381. p. 208) proxime praecedunt haec invenisset verba: οἱ περὶ τὸν Πρόκλον γελοῖόν φασι κτλ., aut ea re quod, cum Tzetzae scholiis quae excerpebat etiam nonnulla ex Proclianis inseruisset, postea non satis accurate memoria teneret, unde singula essent deprompta. Deinde quod iambi Ioannis Tzetzae in codice Monacensi Isaaco Tzetzae tribuuntur, id non dubito quin ita sit explicandum, ut aut nasutulus librarius pro Ioanne Tzetza sibi ignoto substituerit Isaacum[50]) aut in illo, ex quo excerptor sua hauriebat, codice scholiis in Hesiodum non Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου inscriptum fuerit, sed praenomine omisso sola verba τοῦ Τζέτζου, quae excerptor ad similitudinem scholiorum in Lycophronem ‘Ἰσαακίου τοῦ Τζέτζου’ vulgo inscriptorum ex suo ingenio suppleverit.

3. De tractatu qui inscribitur περὶ τῶν Πινδαρικῶν μέτρων.

Prodiit in Anecd. Paris. vol. I pg. 59—162 cura Crameri editus sub Isaaci Tzetzae nomine tractatus de metris Pindaricis, quem ad constituendum Cramer usus est duobus codicibus, Parisino 1881 saeculi XV et Bodleiano t. IV. 9 olim Saibantiano (cf. p. 59). Ex his Parisinus primo loco habet: Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου διδασκαλία σαφεστάτη περὶ τῶν ἐν στίχοις μέτρων ἁπάντων i. e. opusculum a Cramero antea a. 1836 editum in Anecd. Oxoniens. vol. III p. 302 sqq., quo tamen tempore hic codex Parisinus ei praesto non erat. Sequuntur deinde varia opuscula maximam partem metrica auctorum nominibus non ubique praefixis. Nonum locum obtinet id opusculum, de quo agitur, praefixis his verbis: περὶ τῶν Πινδαρικῶν μέτρων διὰ στίχων πολιτικῶν ἄναρχον: quibus Cramer haec addit: ‘Huius autem auctor est Isaacus Tzetzes, ut doceor cod. Bodl. t. IV. 9. ol. Saibant.’.

Invenit eundem tractatum in codice Ambrosiano Q. 5 ordinis superioris Guilelmus Studemund, qui liber videtur descriptus esse ex codice archetypo et in initio et in fine mutilo: sane liber ille Ambrosianus, quem Studemund excussit, nihil continet operis Tzetziani nisi versus inde a pg. 72, 13 (Ἔχεις κτλ.) usque ad pg. 146, 3 (ταῦτα). Primo horum versuum minio praescriptus est hic titulus:

καλεῖται Πλειάς, καὶ περί τινων ἑτέρων βραχυτάτων χωρήσομεν πρὸς τὴν διδασκαλίαν τῶν ἀστρικῶν ἐπιτολῶν καὶ δύσεων. Scholion vero, unde extrema illorum quae in codice Monacensi leguntur hausta sunt, Ioannis Tzetzae esse inde consentaneum est, quod ipsius Ioannis Tzetzae non Procli est hic illic nonnullos inserere versus: cf. quae a Bachmanno in praefatione editionis scholiorum vetustorum in Lyc. (Rostoch. 1848) p. IX adnot. 7 afferuntur exempla. — [50]) Cf. de codice Matritensi regio VIII, in quo scholia Isaaco adscribuntur, ea quae Harles adnotat ad Fabricii bibliothecam graecam vol. XI (ed. Harles) p. 219 adnot. gg.

Περὶ σημείων: στίχοι πολιτικαί (sic). Tzetzae autem nomen neque in initio neque in fine operis commemoratur.

Itaque quamquam Isaaco Tzetzae opus tribuitur in uno codice solo, in praesens non habeo cur tractatum ei abiudicem, quem rei metricae haud ignarum fuisse ea re probabile fiat, quod in Ioannis fratris usum nomina pedum compositorum Isaacum excogitasse compertum habemus, cf. Tzetz. de metr. p. 306, 20 sqq. Quae tamen nomina cum magis pueruli quam aliorum in usum inventa essent, quod in tractatu de metris Pindaricis non leguntur mirum non est.[51])

Quae praeterea de hoc opere erunt disputanda, aliquando exponam, ubi de doctrina Tzetzarum verba faciendi occasio mihi data erit. Illud tamen persuasum habeo ab Ioanne Tzetza tractatum illum compositum non esse.

Caput VII.

VII. De libris qui Ioanni Tzetzae in codicibus attribuuntur.

Ne nimium cresceret haec commentatio, in hoc capite omnia praetereunda censui et aliis locis reservanda, quae cum ceteris non tam arte viderentur cohaerere, ut separari non possent: omittenda igitur erant omnia, quae exponere in animo erat de scholiis ab Ioanne Tzetza in usum discipulorum ad Homerum, Hesiodum, Oppianum Hermogenem, Aristophanem, alios scriptores compositis atque de quaestionibus, quae aptissime cum commentariis erant coniungendae (velut de quaestione, quae condicio intercederet inter Prolegomena scholiorum Ioannis Tzetzae ad Aristophanem et ceteros tractatus de comoedia): neque locum relinqui intellexi disputationi de fontibus commentariorum ceterorumque scriptorum instituendae, quam cum quaestione de doctrina Tzetzarum apte conectat quispiam. Ac ne de iis quidem Ioannis Tzetzae operibus et opusculis quae nondum typis descripta sunt nec magis de iis quae Tzetzis ab aliis tribuuntur hic agere licet. De ceteris Ioannis Tzetzae scriptis ita agam, ut fontium unde singula hausta sint ratione non habita modo uberius modo angustius ostendam, quae unoquoque contineantur, quae editionibus earumque censuris, quo tempore composita sint, similia, atque breviter simul repetam, quae in capitibus quae praecedunt de eadem re a nobis disputata sunt. Eum autem tenebimus ordinem, ut primum disseramus de iis scriptis, quae in usum discipulorum et virorum doctorum composita sunt (carmina Iliaca, opuscula de differentia poetarum, de comoedia, de tragoedia, de metris, περὶ ῥημάτων αὐθυποτάκτων), deinde de duobus scriptis, quae in usum mulierum doctarum confecta sunt (Theogonia, Allegoriae ad Homerum), postremo de epistulis et Chiliadibus quae vocantur, quarum

[51]) Ea quae leguntur de metr. Pind. p. 87, 15: ἰαμβοβακχεῖος et ibid. in v. 19 ἰαμβοτροχαίων, huc non pertinent.

etsi prima pars in usum imperatricis composita est, editae videntur in usum omnium hominum eruditorum. Quibus sunt adiungenda ea scripta, quorum in ceteris mentio fit, quae tamen neque edita neque in libris manu scriptis adhuc deprehensa sunt, denique ea, quae cum sub Tzetzae nomine typis descripta sint, tamen Ioanni Tzetzae abiudicanda videntur.

1. De carminibus Iliacis.

Refert Villoisonus in epistula, ex qua nonnulla descripta leguntur in Harlesii Supplementis ad Introduct. in hist. ling. gr. tom. II (Ienae 1806) p. 355 sqq. fragmentum Antehomericorum (inde ab versu 147 usque ad v. 295) ex codice bibliothecae Casauboni a Morello editum esse in libello, cui inscribitur: 'Iliacum carmen epici poetae graeci, cuius nomen ignoratur, ingenium proditur hoc eleganti fragmento, nunc primum prodit cum scholiis ex veteribus Mss. membranis bibliothecae V. C. Casauboni. Paris. ap. Feder. Morellum', anno nullo addito.

Deinde Dodwellus fragmentum Posthomericorum (v. 761 usque ad finem) typis describendum curavit in libro de veteribus Graecorum Romanorumque cyclis p. 799 sqq.

Etiam Schirach fragmenta totius operis ex codice Augustano edidit (τοῦ Τζέτζου τὰ πρὸ Ὁμήρου, τὰ Ὁμήρου καὶ τὰ μεθ' Ὅμηρον ἐν συντόμῳ ἐκδοθέντα. Halae 1770). Desiderantur Antehomericorum versus 30—202, Homericorum versus 226 et qui sequuntur usque ad finem, Posthomericorum, quae in codice Augustano omnino desunt, illi versus soli additi sunt, qui iam Dodwelli opera in lucem prodierant. Hac Schirachii editione, quamvis contextu valde depravato deformata sit, ne nunc quidem carere possumus, quoniam multa, quae continet, scholia ab ipso Tzetza carminibus adiecta non repetita sunt a posterioribus editoribus.

Lacuna, quae hiabat in Antehomericis, expleta est iis versibus, qui e codice Vindobonensi a Tychsenio in 'Bibliothek der alten Litter. und Kunst' fascic. 4. (Gotting. 1788) p. 3 sqq. primum publici iuris facti sunt.

Integra carmina a Friederico Iacobsio demum vulgata sunt eodem codice Vindobonensi aliisque codicibus collatis, textu multis locis emendato, adnotationibus additis (Ioannis Tzetzae Antehomerica, Homerica et Posthomerica e codicibus edid. et commentario instr. Fr. Iacobs Lips. 1793).

Tum Imm. Bekker codicum Parisini et Vaticani ope textum multifariam sanavit in editione nova Berolini 1816 parata.

Textum Bekkerianum ('correctis levibus paucis sive editoris sive typothetae erroribus' praef. p. XIV) repetit editio a F. S. Lehrsio et F. Duebnero curata: addita est versio latina (Hesiodus, Apollon. Rhod., Tryphiodorus, Coluthus, Quintus Smyrnaeus, Tzetzes etc. Paris. 1868).

Iacobsianam autem textus recensionem ad verbum repetitam

exhibet editio Tauchnitiana (Quinti Smyrnaei, Tryphiodori, Ioannis Tzetzae et Coluthi carmina. Lips. 1829).

Ex censuris editionis Iacobsianae eae, quae insertae sunt libris 'Bibliothek d. alten Litt. u. Kunst' 1794 fasc. 10 p. 97—102 et 'Neue allgem. deutsche Biblioth.' vol. XX p. 452 sqq. nullius pretii sunt; ea quae legitur in 'Göttingische Anzeigen v. gel. Sachen' in vol. II. a. 1793 p. 1041—1045 nonnulli loci emendantur et explicantur: ea quae praeter eas legitur in 'Leipz. Lit.-Zeit.' a. 1793 vol. 2, p. 387 sqq. doleo quod mihi praesto non fuit.

In aliis codicibus alia carminibus inscribuntur, in codice Augustano apud Schirachium haec: Ἰωάννου γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου τὰ πρὸ Ὁμήρου καὶ τὰ Ὁμήρου καὶ τὰ μεθ' Ὅμηρον ἐν συντόμῳ καλῶς ἐκδοθέντα, in cod. Vindobonensi ap. Iacobs. p. XXXI (cf. Tychsen in 'Bibl. der alten Litt. u. Kunst' 1788. fasc. 4, p. 7): Ἰ. γρ. τ. Τζ. τὰ πρὸ Ὁμήρου καὶ ὅσα παρέχει Ὅμηρος μέχρι καὶ τῆς ἁλώσεως ἡ μικραμεγάλη (sic; Tychsen corr. μικρομεγάλη) Ἰλιάς. Similiter in codice Matritensi (ap. Iacobs. p. XXIX) Antehomericis et Homericis uno carmine comprehensis inscribitur: Ἰλιὰς μικρά, Posthomericis titulo separatim praescripto. Codex autem bibliothecae Musei Britannici apud Iacobs. p. XXIX sq. hunc titulum praebet: Τὰ πρὸ Ὁμήρου καὶ τὰ Ὁμήρου καὶ τὰ μεθ' Ὅμηρον. Utrum in codicibus Parisino et Vaticano, ex quibus Imm. Bekker carmina edidit, toti operi unus titulus an singulis carminibus ii, quos Bekkeri editio habet, tituli praescripti sint (Τὰ πρὸ Ὁμήρου, τὰ Ὁμήρου, τὰ μεθ' Ὅμηρον), ex Bekkeri praefatione non intellegitur.

Quae differentiae ita videntur explicari posse, ut Tzetzes tribus carminibus hunc unum titulum, qui ex codicibus Augustano et Vindobonensi depromendus est, praescripserit: Ἰω. γρ. τ. Τζ. τὰ πρὸ Ὁμήρου καὶ ὅσα παρέχει Ὅμηρος μέχρι καὶ τῆς ἁλώσεως ἐν συντόμῳ καλῶς ἐκδοθέντα, ἡ μικρομεγάλη (fortasse μικρὰ καὶ μεγάλη) Ἰλιάς: qui titulus commendatur scholio, quod Tzetzes Antehomericis praemisit ap. Schirach. p. 1: ὁ παρὼν ποιητὴς φυσιοσύντομος (videtur legendum φιλοσύντομος) ὢν καὶ τῆς ὠφελείας τῶν νέων φροντίζων, συντόμως τὴν πᾶσαν Ἰλιάδα ἐν τῇ παρούσῃ βίβλῳ ἐξέθετο. Singulis vero carminibus suum cuique titulum Tzetzes videtur inscripsisse i. e. τὰ πρὸ Ὁμήρου, τὰ Ὁμήρου, τὰ μεθ' Ὅμηρον.

Ut breviter exponam, quae singulis carminibus contineantur, τὰ Ὁμήρου eadem continent quae Homeri Ilias; τὰ πρὸ Ὁμήρου prooemio brevi praemisso ea Troica, quae antea facta sunt: Helenae raptum, Graecorum apparatus et iter, Protesilai mortem, bellum contra Telephum gestum, Palamedis mortem; τὰ μεθ' Ὅμηρον Penthesileae, Memnonis, Achillis interfectiones, Ulixis et Aiacis certamen, Polyxenes mortem, quomodo Palladium surreptum sit, quae ab Eurypylo, Neoptolemo, Philocteta gesta sint, quomodo equus constructus sit, Troiae excidium. Reditus Graecorum in hoc opere non enarratur.

Insertae sunt suis locis descriptiones heroum et Graecorum et Troianorum.

Carmina Iliaca, ut hoc nomine tria illa carmina complectar, ante Exegesin Iliadis composita esse supra demonstratum est p. 14.

In usum autem discipulorum ea esse composita satis apparet ex scholio ad Antehomer. ap. Schirach. p. 1, quod modo exscripsi.

2. De opusculis περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαφορᾶς, περὶ κωμῳδίας, περὶ τραγῳδίας.

Iambos illos quibus Ioannes Tzetzes varia poetarum genera tractat, a ceteris duobus opusculis separatos edidit Bachmannus e codice Parisino 2403 olim 2794 in libello scholastico: cf. Bachmanni praefat. ad Lycophr. edit. p. IX (Ioannis Tzetzae opusculum περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαφορᾶς. Rostochii 1851).

Iam antea a. 1836 a Duebnero e codice Parisino 2644 iidem iambi vulgati erant in Mus. rhen. vol. IV, p. 393 sqq. (cf. corrigenda quae codice iterum a Duebnero perlustrato adduntur ibid. vol. V [1837] p. 154 sqq.) adiectis iambis de comoedia et de tragoedia (τοῦ αὐτοῦ ἴαμβοι τεχνικοὶ περὶ κωμῳδίας et περὶ τραγικῆς ποιήσεως).

E codicibus Barocciano 194 et Meermanniano, qui in bibliotheca Bodleiana adservantur, eadem tria opuscula edidit Cramer in Anecd. gr. Oxon. vol. III, p. 334 sqq. (cf. praef. p. III sq.).

Iambi de var. poet. generibus et de comoedia iterum editi sunt a Duebnero in edit. scholiorum ad Aristophanem (Paris. 1855) p. XXIII sqq. et a Meinekio in frgmtt. com. gr. vol. II, p. 1245 sqq.

Adnotationes ad haec opuscula conscripsit C. O. Mueller in Mus. rhen. vol. V (1837), p. 333—380.

Opusculo περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαφορᾶς Tzetzes agit de variis poeseos generibus, quae sint eorum γνωρίσματα, quomodo et a quibus sint inventa, qui in quoque excelluerint poetae: iambis autem de comoedia disseritur, quot sint genera comoediae et quomodo inter se differant, quae sint partes parabaseos: adduntur nonnulla de scambis (sic): iambis denique de tragoedia exponitur amplius, quae sint tragoediarum partes, deinde brevius, quae metra in iis adhibeantur.

Inde quod iambi de comoedia et tragoedia τεχνικοί a Tzetza appellantur, titulo autem iamborum de poetis in codice Parisino 2644 et Bodleianis haec subscribuntur verba: λογιζέσθωσαν δὲ μὴ ὡς στίχοι ἀλλ' ὥσπερ συντάγματα καταλογάδην γραφόμενα et inde quod iidem in primo versuum de comoedia nuncupantur ἄτεχνοι στίχοι, efficitur opusculum de poetis non eodem tempore compositum esse quo duo cetera.[52]) Accedit quod in codicibus Parisino 2644 et Bodleianis scholion ad iambos de poetis invenitur, quo Tzetzes, quae in textu

[52]) De quaestione, quae differentia intercedat inter iambos artificiales et inartificiales, confer ea, quae disputabuntur in capite octavo.

de dramatis satyrici natura protulerat, ipse corrigit.[53]) Eodem vero tempore quo opusculum de metris i. e. circa annum 1138 iambos de poetis compositos esse inde verisimile fit, quod in scholio ad opusculum de metris (p. 309, 19) eandem fere de dramate satyrico proponit sententiam quam in textu iamborum, altero vero scholio prioris scholii errorem corrigit isdem fere verbis atque illic usus (cf. Prolegg. ad Aristoph. p. 116, 15 sqq. ed. Keil. p. 242, 4 sqq. Nauck.). Quam ad rationem optime quadrat, quod iamborum de poetis iam in prolegomenis ad scholia Hesiodea p. 11 mentio fit his verbis: περὶ μὲν τῆς τῶν ποιητῶν διαιρέσεως καὶ πρώην μοι ἐπεξείργασται μικρὸν συγγραμμάτιον αὐτοσχεδίοις συντιθέμενον ἰάμβοις· scholia enim ad Hesiodi Op. et D. prioribus Tzetzae scriptis adnumeranda esse cap. VIII ostendemus.

Neque vero dubium videtur, quin prior illa iamborum de poetis editio codice Parisino altero 2403 (olim 2794), ex quo Bachmann opusculum separatum edidit, contineatur: quippe in quo illud non modo solum legatur ceteris iambis non additis sed etiam omittantur et ea titulo subscripta, quibus iambi ἄτεχνοι significantur, et scholion illud, quo falsam opinionem de dramatis satyrici natura ipse Tzetzes corrigit.

Iam Bachmann iambos de poetis animadvertit saepissime ad verbum consentire cum Prolegomenis scholiorum ad Lycophronem, eademque ratio saepius intercedit inter iambos de comoedia et tragoedia conscriptos et Prolegomena ad Aristophanem. Videntur igitur eo consilio scripta opuscula si non tria omnia at certe iambi de poetis, quo facilius a discipulis, quorum in usum se sua composuisse ait[54]), ea quae praefationibus commentariorum explicat, memoria tenerentur.

3. De tractatu qui inscribitur περὶ τῶν ἐν τοῖς στίχοις μέτρων ἁπάντων.

Opusculum quod Ioannes Tzetzes de metris composuit, in codicibus, ex quibus a Cramero editum est in Anecd. gr. Oxon. vol. III, p. 302 sqq., ita inscribitur: Ἰωάννου γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου διδασκαλία σαφεστάτη περὶ τῶν ἐν τοῖς στίχοις μέτρων ἁπάντων· διὰ στίχων πολιτικῶν· τὰ δὲ προοίμια μόνα συντέθεινται διὰ στίχων ἡρωϊκῶν, ὁμοίως καὶ ὁ ἐπίλογος. Prooemio Ioannes Tzetzes mortem Isaaci fratris deplorat, qui paulo ante vita excesserat. Deinde disserit

---

[53]) Falso adscribitur scholion in codd. Bodleianis ad v. 92, in cod. Parisino 2644 ad v. 98, cum revera a Tzetza additum sit ad v. 112, ubi haec leguntur:

τῶν σατύρων γέλων δὲ καὶ θρηνῳδίαν (scil. ἔφην εἶναι),

atque ex scholio ipso, quo ab Euripidis et Sophoclis scholiastis queritur se esse deceptum, verba, quae ad finem leguntur, satis habeo exscribere: ἡ δὲ σατυρικὴ ποίησις ἄκρατον καὶ ἀμιγῆ λοιδορίας ἔχει τὸν γέλωτα πάνυ ἡδύτατον οἷον τὸν ἐν θυμέλαις. — [54]) Cf. iamb. de poet. vv. 3. 92. 168.

de pedibus, de metris, quid significet κῶλον, κόμμα, de catalexi etc. Addita sunt a Tzetza ipso scholia nonnulla prosa oratione conscripta. Quo consilio hoc opus inceptum sit, ostenditur primo eorum hexametrorum, quibus tractatus finitur (p. 333, 4): γραμματικοῖς ποθέουσι τὰ μέτρεα πάντα δαῆναι.

4. De versibus περὶ ῥημάτων αὐθυποτάκτων.

Opusculi grammatici specimen (17 primos et duos versus ultimos) Imm. Bekker in Anecd. gr. vol. III, p. 1089 sq. edidit ex codicibus Parisino 2594 (fol. 120—123) et Vaticano 1357 (fol. 44): inscribitur opusculum: Τοῦ φιλοσοφωτάτου κυρίου Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου περὶ ῥημάτων αὐθυποτάκτων στίχοι πολιτικοί (circiter 120). Quod etsi in codice Dresdensi (cf. Henrichsen: 'Ueber die sogenannten polit. Verse' p. 103) Nicetae, episcopo Serrarum, attribuitur, tamen nihil habeo causae, cur Tzetzae abiudicem. Ea enim quae in initio leguntur:

Φέρε μικρόν τι παίξωμεν πολιτικοῖς ἐν στίχοις
τῆς νόσου παρηγόρημα καὶ τῆς μικροψυχίας

revocanda videntur ad morbum, quo Tzetzes cruciari solebat, ad ὀρθόπνοιαν vel δύσπνοιαν (cf. epist. 91. 92. 93. 95. Chil. VI, 69. XIII, 27 ep. 49, p. 42: ἵνα μὴ πάλιν κατασχεθεὶς τῷ συνήθει νοσήματι et quae de perdice dicit ipsi ab amico misso epist. 93, p. 82 sq., ὃν καὶ παραψυχὴν ἔχω τοῦ χαλεποῦ μοι νοσήματος). Attamen certius iudicari de hac quaestione tum demum poterit, ubi codices ipsi erunt inspecti.

5. De theogonia.

Duae quae adhuc paratae sunt editiones Theogoniae altera ab Immanuele Bekkero (in comment. academiae Berolinensis a. 1840 p. 147—169) ex codice Casanatensi, altera a Matranga (in Anecd. gr. vol. II, p. 577—598. Romae 1850, ex codd., ut videtur, Vaticanis curata cum in textu tum in versuum numero mirum quantum discrepant. Nam Imm. Bekkeri editione 777 versus continentur, aliis et multis praeterea ab amanuensi codicis Casanatensis, ut ipse addit, sub finem omissis[55]), Matrangae vero editione soli 618 versus priores. Tamen ex Matrangae codicibus textus saepius corrigitur, suppletur, augetur: cf. e. gr. v. 9—10 B. cum 9—11 M., v. 443—444 B. cum 443—445 M., v. 478 B. cum 479—480 M., v. 38 B. et 39 M., v. 269, v. 301.

Quae Theogonia Tzetzae contineantur, haec inscriptio docet libro praefixa: Ἰω. γρ. τ. Τζ. ποίημα αὐθωρὸν πάντῃ καὶ (sic. cod. Casan.; Matr. habet: καὶ πάνυ) ἀμελέτητον διὰ στίχων πολιτικῶν

---

[55]) Amanuensis haec addidit: καὶ ἄλλοι πολλοὶ στίχοι ἦσαν διαλέκτων διαφόρων. ἀλλ' ἐγὼ παρέλειψα ταῦτα ὡς ἀνωφελῆ. Iis quae praecedunt Tzetzes specimina dedit linguae scythicae, persicae, latinae: eiusmodi igitur specimina videntur omissa esse.

περιέχον πᾶσαν θεογονίαν ἐν βραχεῖ μετὰ προσθήκης καὶ καταλόγου (hoc verbum deest ap. Matr.) τῶν ἐπὶ τὴν Ἴλιον ἀρίστων Ἑλλήνων τε καὶ Τρώων. Studiis igitur Ioannis Tzetzae Hesiodeis et Homericis sebastocratorissa[56]), cuius in usum haec altera γυναικεία βίβλος, ut Tzetzae verbis utar[57]), scripta est, videtur adducta ut Tzetzam hoc opusculum componere iuberet. Irenam vero uxorem Andronici, Ioannis imperatoris filii, eam fuisse sebastocratorissam, cui carmen dedicatum est, videtur constare.

Quamquam enim neque in iis, quae opusculo praemissa sunt, neque in versibus ipsis usquam nomen proprium sebastocratorissae occurrit, tamen ex vers. 35 sqq. B. (36 sqq. M.), 721 sqq. B. id saltem videtur elucere Tzetzae prius quam Theogoniam componeret, consuetudinem cum illa sebastocratorissa fuisse, paupertatem, qua tum premebatur, donis saepissime ab eadem levatam esse, hoc denique opusculo fautrici studiorum benevolentissimae meritam solvere gratiam eum voluisse. Ex Chil. autem XI, 42 sqq. maiorem etiam cum sebastocratorissa quadam eum habuisse apparet familiaritatem quam cum Irena imperatrice:

> ὁ Τζέτζης καὶ Αὐγούστης δὲ τούτῳ στειλάσης δῶρα
> καὶ ἄκων μὲν ἐδέξατο. ἔδοξε δὲ φορτίον.
> πονῶν καὶ γράφων δ' ἔχαιρεν, ἅνπερ μισθοὺς λαμβάνοι,
> τῆς σεβαστοκρατούσης δὲ μόνης καὶ ἀμισθίως
> δόσεις λαμβάνων δ' ἔχαιρεν ἐκ πάντων τῶν ἀνθρώπων

(punctum delevi, quod in ed. Kiessl. post μόνης exstat: nam μόνης cum verbis ἐκ πάντων coniungendum est).[58]) Inde vero quod Tzetzes sebastocratorissae nomen proprium omnibus quos laudavi locis silentio praeteriit, nonne concludi licet ex omnibus, quae tum Byzantii versabantur, sebastocratorissis[59]) unius tantum gratiam eum tenuisse,

---

[56]) Cf. quae apud Matrangam post inscriptionem leguntur: Πρόλογος πρὸς τὴν σεβαστοκρατόρισσαν. — [57]) Cf. scholion, quod ad prolegg. Alleg. Il. v. 532 B. addidit (p. 605, 23 sqq. Matr. p. 378, 17 sqq. Cram.): ἕτεροι δὲ Ἀρκεσιλάου Προθοήνορα καὶ Κλόνιον μόνους φασὶν εἶναι ἀδελφούς, υἱοὺς Ἀστερόπης καὶ Ἀρηϊλύκου, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν ἑτέρᾳ γυναικείᾳ βίβλῳ ἐγράψαμεν·

> καὶ Προθοήνωρ, Κλόνιος σὺν τῷ Ἀρκεσιλάῳ
> τῆς Ἀστερόπης οἱ υἱοὶ καὶ τοῦ Ἀρηϊλύκου,

quos versus legi in Theogonia (v. 668 sq. B.) Boissonade non perspexit. Theog. autem v. 719 sqq. Tzetzes, si quis ipsum reprehendat, quod omnia fusius tractaverit, id propterea factum esse dicit, quod liber in usum feminae, non virorum doctorum compositus sit. — [58]) Non eandem sane quam sebastocratorissa benevolentiam Tzetzae videntur praestitisse illius secretarii, quippe qui in epist. 43 (Τοῖς δυσὶ τῆς σεβαστοκρατορίσσης γραμματικοῖς) haud leviter ab eo castigentur. — [59]) Sebastocratoris titulo illo tempore erant ornati Andronicus et Isaacus, filii Alexii imperatoris (Cinnam. II, 2, p. 32, 5 sqq. 18), praeterea Andronicus, Isaacus, Manuel, Ioannis imperatoris filii (cf. Nicet. Chon. de Ioanne Comn. 5, p. 23, 21 sqq. ed. Bonn., Muralt. Essai p. 125, 4, qui neglegenter ut solet Andronici nomen omisit). Quos etsi non omnes ad illud usque tempus vixisse haud ignoro, de uxorum tamen morte nihil constat,

itaque si semel, quod fit in epist. 56, titulo etiam nomen addatur, eandem sebastocratorissam ubique esse intellegendam atque eidem Theogoniam esse dedicatam? Irena vero sebastocratorissa, ad quam epistula 56 data est, non dubito quin fuerit uxor Andronici, Ioannis Comneni imperatoris filii, quippe quam litteras praeter ceteras sebastocratorissas fovisse aliis insuper exemplis comprobetur. Ac primum quidem Constantinus Manasses chronicum, quod scripsit, compendium eidem dedicavit eiusque liberalitatem magnis effert laudibus.[60]) Deinde eidem videtur missum Theodori Prodromi, quod nondum editum est, carmen astronomicum[61]) nec non ab eodem Theodoro in eiusdem feminae gratiam compositi sunt versus qui inscribuntur: Στίχοι ἰαμβοι μονῳδικοὶ ἐκ προσώπου τῆς σεβαστοκρατορίσσης ἐπὶ τῷ ταύτης ὁμόζυγι editi a Boissonadio Anecd. nov. Paris. 1844 p. 371 sqq. (cf. praecipue p. 371 adn. 1 et v. 10 sqq. 110 sqq.).

Tumida vero verba, quibus omnes in carminum ingressu laudem sebastocratorissae celebrant, tanta insignia sunt similitudine, ut suas quisque laudes non tam maxima, quam dominae habebant, gratia impulsus videatur effudisse quam certa quadam salutandi consuetudine tamquam alligatus. Testes sunt loci hi: Constant. Man. v. 3:

σὺ δέ, ψυχὴ βασίλισσα καὶ φιλολογωτάτη,

Theodor. Prodr. cf. Lambec. l. l. et Kollar l. l.:

Ἄγε, ψυχὴ βασίλισσα, μεγαλοπρεπεστάτη,
λαμπρόψυχε, φιλόκαλε, φιλόστοργε, φιλολόγε

---

ut quinque sebastocratorissas tum Byzantii versatas esse si quis putet, non habeam quod obloquar. — [60]) Cf. quae apud Constant. Manass. post titulum leguntur: ἐξεφωνήθη δὲ πρὸς τὴν σεβαστοκρατόρισσαν Εἰρήνην τὴν νύμφην (i. e. fratriam) τοῦ βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ σὺν τῷ αὐταδέλφῳ αὐτοῦ κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ (cf. Kollar. Supplem. ad Lambec. Comm. de bibl. Caes. Vindob. lib. I. cod. CXXII pag. 694 sqq.). Cum ex his verbis tum ex iis, qui p. 33 E ed. Ven. leguntur, versibus:

ἡ δ' ἡμετέρα τέθηλεν, αὔξει, κρατεῖ, νεάζει
καὶ μέχρι τέλους αὔξοιτο, καὶ βασιλεῦ παντάναξ
τοιοῦτον σχοῦσα τηλαυγῆ φωσφόρον βασιλέα
μέγιστον αὐτοάνακτα τὸν μυριονικηφόρον
Κομνηνιάδην Μανουὴλ πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον

videtur effici compendium a Constantino Manasse iis temporibus esse scriptum, quibus Manuel reipublicae gubernacula tenebat id est post annum 1143, post mortem igitur Andronici, coniugis Irenae, qui anno 1142 de vita decessit. — [61]) Cf. Lambec. Comm. de biblioth. Caes. Vindob. ed. Kollar. lib. VII cod. XLII et Kollarii Supplem. ad Lambec. lib. I cod. CXIII, p. 666 sqq. Nescio quid causae fuerit Du Cangio, cur in glossar. med. et inf. graecit. p. 179 (in voce Βασιλεία) carmen illud contenderet esse compositum in alterius Irenae usum, Isaaci Comneni sebastocratoris uxoris; idque eo mirabilius est, cum Du Cange in hist. famil. aug. byz. p. 152 ed. Ven. ne nomen quidem Isaaci illius uxoris habeat cognitum. (Nec magis in stemmate Comnenorum in Smithii dictionary of greek and roman biography and mythology. London 1870. vol. I, p. 821 nomen uxoris Isaaci commemoratur.)

(sic codd.; scribe φιλίστωρ pro φιλόστοργε), Ioann. Tz. Theog.:

Φέρε, ψυχὴ βασίλισσα, ψυχὴ φιλοστοργοῦσα

(sic Matr.; melius Casan. φιλιστοροῦσα),

ψυχὴ λαμπρά, φιλόκαλε καὶ φιλολογωτάτη

(sic B. φιλοσοφωτάτη M.).

Eodem autem fere tempore compositam esse Theogoniam quo Exegesin Iliadis inde concluseris, quod isdem fere verbis quibus in Exegesi Iliadis et in carminibus Iliacis inopiae facit mentionem, ad quam mulieris (scil. Isaaci Berrhoeae eparchi uxoris) fallaciis sit redactus. Cf. imprimis Theog. v. 35 sqq. B. (36 sqq. M.) cum Posthom. v. 753 sqq., Theog. v. 257 sqq. (v. 417 sqq.) cum Homer. v. 152.

6. De Allegoriis Iliadis et Odysseae.

Allegoriae ad totam Iliadem pertinentes cum scholiis ad Allegorias a Tzetza ipso additis integrae postquam primum publicatae sunt a Matranga in Anecdotis graecis Romae 1850 (textus Allegoriarum in vol. I, scholia insunt in vol. II, p. 599 sqq.), iterum a Boissonadio editae sunt una cum Pselli Allegoriis Lutet. Paris. 1851 (scholia leguntur in adnotationibus et in addendis).[62]) Utraque editio ad textum rectius constituendum adhibenda est, cum Matranga codicibus Vaticanis, Boissonade Parisinis usi sint neque in textu neque in versuum scholiorumque numero inter se consentientibus.[63])

Allegoriae ad XIII priores libros Odysseae apud Matrangam solum exstant in Anecd. gr. vol. I, p. 224 sqq. (accedunt scholia perpauca in vol. II, p. 618), cum desint in codicibus Parisinis.[64])

Multi loci Allegoriarum ceterorumque scriptorum, quae a Matranga sub Tzetzae nomine publici iuris facta sunt, emendati et fragmenta, quae a Tzetza servantur, accuratius tractata sunt a Mehlero in censura Matrangae Anecdotorum, quae inserta est Mnemosynae vol. I (1852) p. 126 sqq.

Allegoriae quae a Creuzero Meletematum part. I (Lips. 1817) p. 42 sqq. ex codice Palatino 40 sine auctoris nomine editae et adnotationibus instructae sunt (Ἀλληγορίαι ὀνομάτων θεῶν), cum ad verbum consentiant cum scholio Tzetzae ad prooem. Alleg. Il., dubium

---

[62]) De particularum quarundam editionibus cf. Matranga vol. I praef. p. 8. — [63]) Contra ea scholiorum perpaucorum editione, quam Cramer anno 1836 in Anecd. gr. Oxon. vol. III, p. 376 sqq. paravit, si Boissonadii editio praesto erit, prorsus carere poteris, cum quidquid boni inerat, Boissonade in suum usum converterit. — [64]) Boissonadio enim l. l. praef. p. V fidem habendam esse censeo, non Presselio, qui in epist. edit. praef. p. V contendit in uno ex codicibus, quibus Boissonade usus est, i. e. in cod. Paris. 2644 'in fol. 251 usque ad finem codicis in fol. 326 Tzetzae argumenta Iliadis et Odysseae Homeri' legi: nam ne ea quidem, quae Pressel de altero codice, qui Chiliadas continet, in uno eodemque libro profert, inter se consentiunt: cf. l. l. p. 3 adnot. 4 et p. 111.

non est quin ex hoc scholio sint exscriptae (cf. schol. ap. Matrang. p. 600 sq., ap. Boisson. post editionem Tz. Alleg. Il. p. 375 sqq.).

De Allegoriis a Morello Paris. 1616 editis, quae iambis compositae sunt, in huius capitis part. 9 disserendum erit, ubi de Tzetzae historia mundi disputabimus.

Allegorias Iliadis in usum Irenae imperatricis, Manuelis uxoris scribi coeptas ad finem perductas esse auctore Cotertza supra p. 22 sq. ostendimus: infra vero p. 46 sq. et p. 56 sq. docebimus verisimile esse, Allegorias Iliadis scriptas esse anno 1147, certum autem Allegorias Odysseae compositas post annum 1158.

Ceterum non deerunt qui coniciant Irenam, quae ex Germania Byzantium in matrimonium collocata plane rudis fuerit litterarum graecarum, id temporis quo facilius iis initiaretur, librum illum a Tzetza petiisse.

7. De Ioannis Tzetzae epistularum collectione.

Ioannis Tzetzae epistularum, quas saepius commemoravi, collectionem, qua 107 epistulae continentur, ex duabus constare partibus ex iis elucet verbis, quae a Tzetza epistulae 70 praefixa sunt: Δευτέρα cυναγωγή τινων τοῦ Τζέτζου ἐπιcτολῶν. Τὴν γὰρ προτέραν τήν τε cχεδίαν καὶ ἀνακάθαρcιν χρηcτός τις ἀφελόμενος ἄνθρωποc τὴν μὲν ἠφάνιcε παντελῶc τὴν δὲ παρέφθειρέ τε καὶ ἀλληνάλλωc cυνέθετο. Patet priorem epistularum collectionem ab homine aliquo mutilatam (παρέφθειρε) eiusque ordinem turbatum esse (ἀλληνάλλωc cυνέθετο): ex quibus cum Ioannes Tzetzes eas, quae ab homine illo maligno relictae erant, iterum uno corpore coniunxisset neque vero eorum numerus sufficere videretur, alteram collectionem instituit, quae incipit inde ab epistula 70. Cum vero ordinem epistularum turbatum esse Tzetzes narret, epistulas perspicitur olim certo quodam ordine dispositas fuisse. Tzetzes autem quamvis epistulas deperditas restituere non posset, tamen nihil habebat causae, cur epistulas quae supererant in eum, quem antea habuissent, ordinem non redigeret. Atque revera prioris illius collectionis reliquias i. e. epistulas 1—69 certa quadam lege ordinatas esse etiam ea demonstrant, quae ante ep. 76 de altera epistularum collectione leguntur: Κἂν αἱ ἐπιcτολαὶ ἀλληνάλλωc cυνετέθηcαν, ὡc τὰ cχεδάρια τούτων ἐτύχομεν ἐφευρεῖν καὶ ὡc ταύτην (scr. ταῦτα vel ταύτας) ἠδυνήθημεν ἀναγνῶναι i. e. alterius collectionis epistulae ordinis quadam lege adstrictae non sunt ('sicut priores epistulae', supplendum est). Quominus autem epistulas alterius collectionis priori insereret, id obstitisse facile conicias quod epistulae 1—69 fortasse iam in alterum codicem transscriptae atque etiam historiae, quae ad eas pertinent (i. e. hist. 1—321), iam compositae essent, priusquam Tzetzes alteram collectionem priori adiungere animum induceret. Cum vero epistulae 1—69 neque ita ordinatae sint, ut quae ad eundem hominem datae sunt, altera alteram deinceps excipiant,

neque ita, ut quae ad nobilissimas datae sunt familias, velut ad Comnenos, priora obtineant loca, id quod exspectares, si dignitatis Tzetzes habuisset rationem, neque ita ut certus litterarum ordo observetur, proclive est ad coniciendum temporis a Tzetza servatum esse ordinem. Quod ut comprobetur, proficiscendum erit ab iis epistulis, quae ad easdem res pertinent: quibus luculenter demonstrabitur, quamcumque epistulam ante alteram scriptam esse ipso argumento doceatur, eandem etiam in epistularum collectione alteri praecedere: deinde erit disserendum de iis epistulis, quae ad certum quoddam tempus revocari possunt.

Ac primum quidem postquam epistula 22 a Theodorita Cotertza petivit, ut filium, qui neglegentiorem in auctoribus interpretandis se praebuisset, ex scholis ipsius amoveret, epistula 23 patrem, quem maxima sollicitudine ob filii inertiam affectum videbat, eo consolari studet Tzetzes, quod filium patris adhortatione commotum plus operae litterarum studio dedisse addit.

Deinde epistula 36 scripta est post epistulas 26 et 29, cum his Alexium, qui tum temporis Byzantii erat, ut mulus sibi mittatur, roget et quod missus sit, gratias agat, in illa Alexium, qui Byzantio exierat, de mulis illis, quibus per eius benevolentiam antea usus sit, admoneat.

Ad eundem data est epistula 31, qua orat, ut Alexius studio prosequatur hominem quendam, qui sibi litteras tradat, ἱερεὺς δὲ ὁ ἀνήρ, Λέων τὴν κλῆσιν, ἔτι δὲ τὸν στίχον αὐτοῦ ἀγνοῶ, πῶς ἄρα καὶ ὀνομάζεται: epistula deinde 34, qua eundem Alexio commendat, his tantum eum significat verbis: τὸν ἱερέα τουτονὶ Λέοντα.

Idem demonstrant epistulae 38 et 39: illa data Τῷ διακόνῳ κυρίῳ Λέοντι τῷ Χαρσιανίτῃ, haec Τῷ αὐτῷ γεγονότι μητροπολίτῃ Δρίστρας (ad eundem data est epist. 66 Τῷ ἁγιωτάτῳ μητροπολίτῃ Δρίστρας, Leonis nomine non addito).

Conferendae praeterea sunt epistulae 45 et 46, ex quibus illa data Τῷ Πρωτοψάλτῃ (Pressel habet Πρωτοψάλτῳ) ὀστέων efficere vult, ut epistula 46, qua contineatur ἱκετηρία pro patriarcha, imperatori recitetur.

Postremo in epistula 55 Tzurichi cuiusdam haeretici iniurias queritur: epistulam vero 57 eodem fere tempore scriptam esse demonstrant ea quae leguntur p. 48: παρὰ τῶν παρ' ὑμῶν χειροτονηθέντων ἁγίων, ἢ κατ' ἐμὲ πλέον εἰπεῖν Τζουριχοαγίων, cf. p. 50: Οἱ δὲ ῥηθέντες οὗτοι Τζούριχοι καὶ Τζουριχοχειροτόνητοι.

Transeamus ad eas epistulas, de quarum tempore certius aliquid statui potest.

Epistulam 10 ante mortem Isaaci Tzetzae i. e. ante

finem anni 1138 scriptam esse ex iis efficitur, quae supra pag. 8 exscripsimus.

Paulo post Isaaci mortem i. e. aut exeunte anno 1138 aut ineunte 1139 scriptam esse epistulam 13 colligitur ex iis quae leguntur in epistula pag. 14: Ἀφ' οὗ γὰρ ὁ ἐμὸς τριπόθητος ἀδελφὸς ... ἐλεεινῶς τὸν βίον κατέστρεψεν ..., οὐκ οἶδα ὅτι ἄρα καὶ γράφω ἢ φθέγγομαι οὐδέ τί μοι τῷ βίῳ δοκεῖ βλεπτὸν ἢ στερκτὸν ἢ προσήγορον· οὕτω μοι πάντα καὶ ἡ μνήμων δὲ φρὴν ἐκείνη ..... συνετεθνήκει τῷ ἀδελφῷ καὶ οὐδ' ἀπολοφύρασθαι τοῦτον ἐξόν μοι μετροσυνθέτοις γραφαῖς· πωροῦμαι γὰρ ὑπὸ τοῦ πάθους εὐθέως τούτου μνησθεὶς καὶ γράφειν οὐ δύναμαι ὁ παρὰ τοὺς ἄλλους γράφων αὐθήμερον τὰ μετρικὰ μακρὰ ἐπιτάφια. Nonne recentissimo luctu videtur obrutus esse? Accedit quod ex verbis quae diductioribus litteris impressa sunt, epistulam conceptam esse elucet, priusquam opusculum, quod inscribitur περὶ μέτρων, componeretur, quod cum νέρτερον δῶρον Isaaco Tzetzae a fratre dedicatum sit, haud ita multo post Isaaci mortem confectum esse consentaneum est.

Epistula 21 inscribitur: Πρωτονοταρίῳ τῷ πατριαρχικῷ κυρίῳ Βασιλείῳ τῷ Ἀχριδηνῷ, qui non videtur diversus ab eo, ad quem epistula 95 data est: Τῷ ἁγιωτάτῳ μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης κυρίῳ Βασιλείῳ τῷ Ἀχριδιώτῃ (Achride urbs erat Bulgariae), attamen eo quo epist. 95 scribebatur tempore, alio fungebatur munere ecclesiastico (cf. Fabric. bibl. gr. ed. Harles vol. XI, p. 586 sq.). Epistulam vero 21 scriptam esse ante annum 1155 inde efficitur, quod hoc anno Thessalonicae metropolitam eum fuisse ex litteris apertum est ab Hadriano IV ad eum missis (cf. Muralt, p. 169, 20: 'Le pape Adrien IV écrit à Basile d'Achride, archevêque de Thessalonique, pour lui recommander Baudouin et Balditzion, ses légats auprès de Manuel'; Weber in dissert. IV de latine scriptis, quae vet. Graeci transtulerunt Cassellis 1852 p. 7 et adnot. 63; praeterea Le Quien 'Oriens Christianus', vol. II, pg. 47 sq. Synodum, cui Basilium Thessalonicae metropolitam interfuisse constat, non anno 1156 sed anno 1155 habitam esse ostendit Tafel 'Annae Comnenae supplementa ad historiam ecclesiasticam etc.' [Tubing. 1832.] p. XVII).

Epistula 30: Τῷ πατριάρχῃ κυρίῳ Μιχαὴλ ὡς ἀπό τινος[65]) data est ad Michaelem Oxytam, qui patriarcha Byzantii fuit inde a mense Augusto 1143 usque ad mensem Aprilem 1146: cf. seriem chronologicam imperatorum et patriarcharum Constantinopolitanorum p. LI in libro qui inscribitur Imperium orientale sive Antiquitates Constantinopolitanae studio Anselmi Bandurii Venet. 1729 (corp.

[65]) Epistulae, quarum titulis verba addita sunt ὡς ἀπό τινος, aliorum in usum ab Ioanne Tzetza compositae sunt velut ep. 7, 9, 15, 30, 52. Pleraeque ἱκετηρίας continent, cf. ep. 35, quae ad amicum data est Tzetzae, qui ab eo ἱκετηρίαν κομψὴν ἀττικίζουσαν petiverat.

scriptt. hist. Byz. tom. XIV) et Muralt. Essai p. 144, 10. p. 148, 7. Itaque epistula 30 inter ann. 1143—1146 scripta est.

Epistulam 38: Τῷ διακόνῳ κυρίῳ Λέοντι τῷ Χαρσιανίτῃ sriptam esse ante annum 1147 inde colligitur, quod Leo metropolita Dristrae (cf. ep. 39) intererat synodo, a qua Cosmae Attico patriarchatus abrogatus est.

Epistula 42, cum quae inscribuntur: Τῷ βασιλικὸν λόγον βασιλικὸν (sic codd.; alterum βασιλικὸν videtur delendum) ἐπιτάφιόν τινος τῶν Τζέτζου φίλων ἀποσυλήσαντι κτλ., ad mortem imperatoris alicuius referenda sint, composita videtur post mensem Aprilem a. 1143, quo tempore Ioannes Comnenus imperator mortem obiit.

Epistula 46 ad Manuelem imperatorem a Tzetza eo data est consilio, ut patriarcha de criminationibus purgaretur, quibus adversarii eum a patriarchatu removere studebant. Calumniatoribus graviter reprehensis ita pergit: Τοιαῦτα σκαιωροῦσιν οὗτοι κατὰ τοῦ θειοτάτου ἀνδρός, ᾧ μόνον ἐστὶ κακὸν μέγιστον ἕν, ἡ ἀνυπέρβλητος ἀγαθότης καὶ τὸ μὴ δραστηρίως κατέχειν τὴν πατριαρχικὴν βακτηρίαν καὶ ἐπισφίγγειν τὴν ζώνην αὐτοῦ . . . Εἰς μαρτυρίαν δὲ τῆς τούτων πεπλασμένης διαβολῆς τοῖς ἄρχουσιν ἐπιφέρουσι διεφθαρμένον τὸν βίον, μουσικοπαικτοῦντά τινα θυμελικὰ παπαδύλλια (sic codd.; Pressel suspicatur legendum esse παπαδούλια, quod a Ducangio vertitur: presbyteruli, clericuli) καὶ ταῦτα τούτοις συνεδριάζουσιν, ἐξαπατῶντες αὐτοὺς (scil. τοὺς ἄρχοντας) λογοποιΐαις ἐπαίνων συμπλαττομένων εἰς τὰ καθάρματα (i. e. laudibus fingendis, quibus monstra a patriarcha ornari dicunt). Non dubito quin haec ad Cosmam Atticum spectent, cuius etsi ἐλεημοσύνη καὶ ἀγαθότης a scriptoribus byzantinis eodem modo quo a Tzetza multis verbis praedicantur, idem tamen ab inimicis accusatus est, quod maxima ei intercederet necessitudo cum Nephone quodam haeretico, quem Nicetas narrat a Michaele patriarcha in vincula coniectum, a Cosma Attico saepius ad cenam vocatum, in familiarissimorum numero habitum esse: Cinnamus etiam in synodo Nephonem maximis laudibus a patriarcha elatum esse dicit. Ceteri autem patriarchae praeter Cosmam sub Manuele a patriarchatu remoti omnes in aliis fuerunt criminibus.

Cum vero compertum habeamus Cosmam Atticum inde a mense Aprili a. 1146 usque ad ante diem IV Kal. Februar. a. 1147 patriarchatu functum esse, epistulam 46 et epistulam 45, quae ad eandem rem pertinet, compositas esse sequitur inter mensem Aprilem 1146 et exeuntem mensem Februarium a. 1147.[66])

---

[66]) Cf. Bandurii Antiquit. Constant. p. 41. Nicet. Chon. de Man. II, 3, p. 105, 20 sqq. ed. Bonn. Cinnam. II, 10, p. 63, 21 sqq. Ephraemius de patriarchis CP. v. 10144 sqq. ed. Bonn. Muralt. Essai p. 150, 5. Wilken de Comnenis p. 531. Finlay, History of the Byzantine and Greek empires from 1057—1453, Lond. 1854, p. 182 adnot. 2. Omnes quos laudavi scriptores byzantini eodem modo quo Tzetzes ἐλεημοσύνην καὶ ἀγαθότητα patriarchae multis verbis praedicant.

Epistula 55 quo tempore data sit intellegitur ex his verbis: τούτου τοῦ Τζουρίχου (de cuius superbia ea epistula queritur) Ἀδριανοπολίτου τοῦ κατὰ τὸν πέρισυ (sic Tzetzes) καιρὸν ἐν τῇ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἑορτῇ παρὰ τοῦ πατριάρχου κυρίου Μιχαὴλ διαγνωσθέντος τελέως αἱρετικοῦ καὶ καυθῆναι ἀπειλουμένου. Michael Oxytas cum Augusto a. 1143 patriarcha factus patriarchatu se abdicaret Aprili 1146, cum praeterea ἑορτὴ τῶς ἁγίων ἀποστόλων Idibus Iuliis celebraretur, epistulam 55 scriptam esse conieceris intra temporis spatium inde ab ineunte anno 1145 usque ad exeuntem annum 1146. Attamen anno 1146 post mensem Aprilem eam esse compositam eam ob rem est probabile, quod ipsum nomen patriarchae affert atque in iis, quae sequuntur, his praeterea verbis eius mentionem facit: ὁ ῥηθεὶς πατριάρχης, quod sine dubio non fecisset, si idem patriarcha ecclesiae etiam tum praefuisset.

Postremo epistulam 59 (Τῇ συζύγῳ τοῦ μεγάλου Ἑταιρειάρχου ὅτε οἱ Ἀλαμανοὶ ἦλθον κατὰ τῆς πόλεως) manifestum est conceptam esse anno 1147, cum Germani (Ἀλαμανοί) Conrado imperatore duce in Palaestinam ituri ad Byzantium iter dirigerent, eamque post mensem Iunium fere a. 1147 cum exercitus die per Christi discessum ad Deum sacrata demum ex Germania proficisceretur (cf. Lebeau, Histoire du Bas-Empire, ed. St. Martin et Brosset. tom. XVI. p. 99).

Itaque ut quae modo disputavi, paucis complectar: scriptae sunt

epist. 22 ante epist. 23,
epistulae 26 et 29 ante epist. 36,
epist. 31 ante epist. 34,
epist. 38 ante epist. 39,
epist. 39 ante epist. 66.

Deinde

epist. 10 composita est ante finem 1138,
epist. 13 aut exeunte anno 1138 aut ineunte 1139,
epist. 21 ante a. 1155,
epist. 30 annis 1143—46 (mens. April.),
epist. 38 ante a. 1147,
epist. 42 post a. 1143,
epistt. 45 et 46 inter mensem Aprilem 1146 et finem mensis Februarii 1147,
epist. 55 anno 1146 post mensem Aprilem,
epist. 59 anno 1147 post mensem Iunium.

Non dubito quin paucis his exemplis confirmari concedas Ioannem Tzetzam in epistulis 1—69 disponendis temporis, quo singulae essent scriptae, habuisse rationem.

Atque quaestio ut plane cumulateque perficiatur, nunc breviter

tractandae sunt eae epistulae, in quibus cum rerum quarundam mentio fiat, quae saepius in historia illorum temporum occurrant, certum tempus statui non potuit, priusquam illa quaestio absoluta esset.

Ea enim quae leguntur in epistula 15, p. 17: ἀλλὰ κατὰ μὲν τὸν χρόνον τὸν πέρικυ (sic Tz.: vide scholion apud Presselium) ἐκωλυόμην δὴ καὶ αὐτὸς γινώσκεις τὴν ἐκστρατείαν τοῦ κραταιοῦ ἡμῶν αὐτοκράτορος τὴν πρὸς Κιλικίαν καὶ Ἀντιόχειαν. Ἐστάλησαν μὲν γὰρ παρ' ἡμῶν περὶ τὴν Ἀντιόχειαν τότε οἱ πρόσγραφοι κτλ. pertinere nunc conicere licet ad expeditionem ab Ioanne Comneno imperatore susceptam contra Leonem, Armeniae regem, qui in Ciliciam invaserat, et contra Antiochiam, ad quam urbem diutius cum exercitu morabatur. Sequitur ut epistula 15 scripta sit anno 1138. Quae si conferantur cum iis, quae supra p. 43 de tempore epist. 13 explicavimus, deinceps concludendum est epistt. 13 et 15 anno 1138 exeunte compositas esse. (De expeditione illa cf. Lebeau, Histoire du Bas-Empire, ed. St. Martin et Brosset tom. XVI, pg. 26 sqq.)

Epistula deinde 58 Ioannes Tzetzes somnio quodam commotus petit a Manuele qui bellum parabat, ut equitatum scythicum cum exercitu suo coniungat. Non dubium est, quin intellegendus sit maximus ille belli apparatus, quem Manuel faciebat anno 1147 ad Germanos repellendos, quorum expeditio Byzantinis maximae erat suspicioni maximaeque sollicitudini (cf. Nicet. De Manuel. I 4, p. 82 ed. Bonn.).

Restat ut ex iis, quae modo eruimus, colligamus epistulam 21, qua, cur scholiis in Lycophronem fratris non suum ipsius nomen inscripserit, Basilio Achrideno explicat, scriptam esse inter annum 1138 et annos 1143—1146 (cf. pg. 43 sq.).

Epistulam 50 datam ad Ioannem Colpotum apparet anno 1146 post mensem Aprilem (cf. pg. 44 sq.).

Deinde Annam Caesarissam, vulgo Annam Comnenam appellatam, cui debemus Alexiadem, anno 1146 nondum mortem obiisse consequens est, cum ad eam data sit epistula 55.

Postremo epistulam 57, qua Allegoriarum Iliadis mercedem ab Irenae secretario petit, et Allegorias ipsas si non omnes, tamen priorem earum partem (usque ad finem O), quam Irenae iussu scribebat, compositas esse anno 1147 colligendum est, quod confirmatur iis quae leguntur Alleg. Iliad. O, v. 20 sq., ubi postquam in versibus, qui praecedunt, de incommodis exposuit, quae Graeci ex Troiae obsidione acceperint, haec leguntur:

> Εἴμαρται καὶ κεκύρωται (καὶ γὰρ δικαίως οὕτω)
> τοῖς μὲν ἐγχώροις εὐπραγεῖν, κακοπραγεῖν τοὺς ξένους.

Nonne haec spectant ad tempestatem illam, quae cum Germani (ξένοι) prope Byzantium castra posuissent, satis magno numero

Germanorum mortem intulit? (Cf. Nicet. De Manuel. I 5, p. 85 sqq.)

8. De Chiliadibus.*

Epistulae illae, quae, ut moris erat Byzantinorum, cum variorum auctorum sententiis tum exemplis vel ex mythologia vel ex historia desumptis molesta abundantia refertae sunt, a Tzetza non solum idcirco in unum corpus videntur redactae esse ut, id quod facile conicias, discipulis imitanda daret exempla, sed etiam, ut ampliorem doctrinae iactandae haberet occasionem. Nam Ioannis Tzetzae Chiliades, quae vulgo dicuntur, nihil aliud esse velim intellegas nisi scholia metro inclusa ad epistulas eiusdem Tzetzae. Id quod viri docti vel ex ea cognoscere debebant epistula ἐμμέτρως composita, quae in Chiliadum editionibus textui scholiorum inserta exstat (Chil. IV, 468—780 Τῷ κυρίῳ Ἰωάννῃ τῷ Λαχάνᾳ γραμματικῷ τοῦ Ζαβαρείου ὑπάρχοντι). Nomen vero inde invenerunt Chiliades, quod Gerbelius, qui primus hoc opus edendum curavit[67]), ne nimia locorum citandorum esset difficultas, in millenorum librum distribuit versuum partes (χιλιάδες), cf. Gerbelii praefationem repetitam a Kiesslingio p. XXII. Tzetzes ipse opus in tres, qui ab eo vocantur, πίνακας divisit, πίνακας in historias, quibus singuli, qui ad interpretandum invitabant, epistularum loci uberrime explicantur.[68])

Atque πίναξ α′ (Chil. I—IV, 466), qui 141 historias complectitur, ad epistulam pertinet modo laudatam, quae versibus scripta neque in epistularum corpore posita est. Attamen hunc pinacem mutilatum esse cognoscimus cum ex epistula tum ex his adnotationibus, quae a Tzetza ad histt. 40 et 63 pinacis tertii additae sunt (ap. Kiessl. p. 204 et p. 220): ἔκειτο δὲ ἡ ἱστορία (scil. de Dionysio tyranno) ἐν τῇ πολυΐστορι πρώτῃ ἐπιστολῇ (cf. Chil. IV, 734). Στρατιῶται δὲ ἐν τῷ παλατίῳ βιβλίδια πολλὰ τῶν ἐμῶν πονημάτων εὑρόντες ἐν κέλλῃ τινὸς τῶν ἐμῶν ὁμιλητῶν, τεθνηκότος ἐκείνου, ἀπημπολήκασιν, ὁ μὲν τεσσάρων χαλκῶν, ὁ δὲ ἕξ, καὶ τἆλλα πάντα ὁμοίως, ὡς ἀναζητῶν ταῦτα παρά τινος ἔμαθον τῶν περὶ τὴν βασιλέως αὐλήν; deinde altero loco: κεῖται δὲ ἡ ἱστορία (scil. de Niobe) ἐν τῷ τῶν προτέρων ἱστοριῶν πίνακι ρμα′, ἀτελὴς οὖσα καὶ αὐτὴ βραχεῖ τινι λόγῳ (cf. Chil. IV, 416 sqq.)· αἱ δὲ λοιπαὶ μετ᾽ αὐτὴν ἠφανίσθησαν τοῖς στρατιώταις, καὶ ζητείτω

---

[67]) Basileae 1546 cum latina versione Pauli Lacisii Veronensis. Liber sic inscribitur: Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου βιβλίον ἱστορικόν, τὸ διὰ στίχων πολιτικῶν, Ἄλφα καλούμενον κτλ. — Gerbelius saepius, quae prosa oratione scripta sunt, in versuum numero habuit: cf. quae praemissa sunt epistulae ad Lachanam Chil. IV, 468—471, praeterea cf. Chil. VI, 224—232. — [68]) Cf. Chil. V, 186 sqq. (Versus hexametri, qui hoc loco leguntur (193—201), inserti tum demum sunt, postquam totum opus perfectum est.) Πίναξ vocabulum etsi non hic, tamen alibi saepius a Tzetza usurpatur, ubi historiam citat iam prius pertractatam e. gr. X, 263 πίνακι τῷ δευτέρῳ, XII, 321, XIII, 147 sqq.

(codd. ἐζήτει) τῶν φιλοπόνων τις ταύτας ἐκ τῶν ὠνηςαμένων εὑρεῖν καὶ μεταγράψαι καὶ cυνθεῖναι ταῖς λειπούcαις.

Πίναξ β′, qui omnium brevissimus 23 complectitur historias, ad primam spectat epistularum prosa oratione scriptarum.

Qua epistula absoluta cum quae sequitur epistula non tot indigere videretur scholiis, quibus liber peculiaris posset expleri, ceterarum epistularum omnium (epist. 2—107) historias, numero 496, in unum pinacem tertium redegit, ita ut Chiliades universae 660 historias contineant.[69])

Sed ad Chiliadum editiones redeamus.

Ex Gerbelii igitur editione, quae vulgo Basileensis nominatur, Chiliades repetitae sunt in Iac. Lectii corpore poet. graecorum (Colon. Allobrog. 1614) II, p. 274 sqq. servatis ipsis vitiis typothetarum atque etiam novis adiectis.

Novam curavit editionem duobus codicibus Monacensibus usus Theophilus Kiessling (Lips. 1826) atque libro ea inscripsit, quae in altero codice Monacensi (338) leguntur: Βιβλίον ἱcτορικῆc Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου τῆc διὰ cτίχων πολιτικῶν Ἄλφα δὲ καλουμένης.[70]) Haec editio etsi aliquanto correctior Basileensi tamen non est amplior. Neque a disputatione nostra videtur alienum hoc loco proferre, quae editionibus contineantur quaeque sit in iis series historiarum et epistularum.

Primum in Chiliadum editionibus locum obtinet πίναξ α′ usque ad Chil. IV, 466,

2) sequitur epistula data ad Ioannem Lachanam usque ad Chil. IV, 780, quam excipit

3) πίναξ β′ usque ad V, 192:

4) legitur deinde πίναξ γ′ usque ad finem Chiliadum:

5) adduntur τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου cτίχοι ἰαμβικοὶ περὶ παίδων ἀγωγῆc.

---

[69]) G. Bernhardy ne in tertia quidem editione libri, qui inscribitur: Grundriss der griechischen Litteratur (Halae 1872), corrigere studuit, quae in Tzetzae libris diiudicandis peccaverat. Pag. 781 enim haec profert: 'Βίβλοc ἱcτορική oder 496 ἱcτορίαι in 13 Χιλιάδεc (deren 12661 politische Verse drei Massen in 660 Capiteln begreifen. Hierzu kommt ein Anhang in Jamben und 107 prosaischen Episteln)'. — [70]) Quae quantopere ab indole sermonis graeci aliena essent, sine dubio intellexit Kiessling. Debentur Hardtio, cuius opera catalogus manuscriptorum bibl. reg. bavaricae compositus est; cf. quae in catal. tom. III (Monach. 1806) cod. 338, p. 337 leguntur: 'Iste liber caret quidem titulo suo, relicto spatio vacuo. Qui autem positus est, ex fine sumpsi'. In fine autem Chiliadum post γένοc Ὁμήρου Chiliadibus additum haec leguntur: Τέλοc βιβλίου (lege βίβλου) ἱcτορικῆc Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου, τῆc διὰ cτίχων πολιτικῶν, Ἄλφα δὲ καλουμένης, ὧν cτίχων πολιτικῶν τὸ ποcὸν μυριὰc μία καὶ διcχίλιοι ἑπτακόcιοι πεντήκοντα ἐννέα. Haec videntur a librario ficta ex iambis, qui in codice 338 Chiliades excipiunt (p. 509 ed. Kiessl.):

Ἡ βίβλοc Ἄλφα Τζετζικῶν πονημάτων
μούcης μέτρα φέρουca τῆc ἀγυρτίδοc κτλ.

6) et τοῦ αὐτοῦ στίχοι ἡρωϊκοὶ et στίχοι ἰαμβικοὶ τοῦ αὐτοῦ ἀμαθοῦς καὶ ἀρρητορεύτου.

7) In fine quattuor adiectae sunt epistulae, quae in universa epistularum collectione locos obtinent 15, 16, 17, 18 (extrema mutilata est).

De Kiesslingii editione, quae fere incredibili parata est neglegentia, complures viri docti severissimum nec tamen iniustum fecerunt iudicium.

Veluti K. L. Struve legibus versus politici accurate inquisitis multifariam textum sanare sibi visus est: quamquam viro doctissimo cavendum fuit, ne nimia textus emendandi cupiditate deceptus ac legibus metricis magis probabilibus quam certis nimis fretus iis quoque, qui minime erant corrupti, locis medelam adhibendam iudicaret. Haec censura exstat in Seebodii 'Kritische Bibliothek für Schul- und Unterrichtswesen' a. 1827 nr. 3 et 4, ac repetita est Hildeshemii 1828 libello peculiari, qui inscribitur: 'Ueber den politischen Vers der Mittelgriechen'.

Id quod Struve in fine censurae optaverat, ut aliquis editionis Basileensis, qua ipse uti non potuisset, lectiones virorum doctorum notitiae traderet, K(iessling) ipse, nisi fallor, perfecit in 'Allgemeine Litteratur-Zeitung' a. 1830, nr. 92 et 93, p. 89—103. Accedunt lectiones codicum Monacensium in editione praetermissae, sed tantum abest, ut editio Kiesslingiana his supplementis plane sit perfecta, ut ne ita quidem ubique diiudicari possit, cui ii editionis Kiesslingianae debeantur loci, qui a Basileensi editione discrepent, utrum coniecturae editoris an typothetarum vitiis an lectionibus codicum Monacensium (cf. I, 620. 684. 689. 691. 823 etc.).

Altera eaque diligentissima censura est Hamakeri in Bibliotheca crit. nov. vol. IV (1828), p. 372—403, quem, priusquam linguis orientalibus operam navaret, haud leviter in Tzetzae scriptis versatum esse cum ipsius docemur verbis tum ex ea, quam edidit, censura elucet.

Minoris sunt momenti tres breviores censurae, una a Fr. Passovio in 'Jahrbücher für Philologie' vol. I (1826), p. 285 sqq. prolata, altera non addito nomine auctoris in 'Leipziger Litteraturzeitung' 1826 nr. 275 p. 2193 sqq., tertia subscriptis litteris F. Z. X. in 'Allgemeine Schulzeitung' 1827, part. II, p. 361—374.

Quamvis iam ab Hamakero duo essent laudati codices Parisini, qui quantum ad textum emendandum valerent, vel ex paucis, quae ab eo adnotantur, lectionibus dignosci poterat, tamen anno demum 1836 Duebner alterum ex illis codicibus contulit atque specimina edidit in Mus. rhen. vol. IV (1836), p. 1—26. Ex eodem codice, collato praeterea codice Bodleiano, scholia ipsius Tzetzae ad Epistulas et Chiliadas edita sunt a Cramero Anecd. gr. Oxon. vol. III, p. 350 sqq., a quo tamen epistulae non recte numerantur.

Postremo Theodorus Pressel utroque codice Parisino collato

non solum epistularum curavit editionem sed collationem etiam ad totum Chiliadum corpus pertinentem adiecit. Quamquam, quae Tzetzae adhuc videtur librorum fortuna, Pressel in collatione perficienda tanta versatus est neglegentia, ut, quae ratio intercedat inter codices Parisinos et ceteros, ne nunc quidem clare perspici possit.[71])

De codicibus Chiliadum.

Iam ad libros manu scriptos transeamus accuratius pertractandos, ac primum quidem, quoad eius ex collationibus adhuc editis fieri potest, statuendum mihi est, quae singulis contineantur codicibus.

Codicum igitur Monacensium in Kiesslingii usum ab Hoegero collatorum (cf. Kiessl. praef. p. VI sqq.) alter 564 (B signific. ap. Kiessl., B^1 nobis significandus) Chiliadum pinacem primum continet non addita epistula ad Ioannem Lachanam. Scholia in margine scripta exstant lectu tam difficilia, ut unicum ab Hoegero legi potuerit scholion ad IV, 245.

Altero 338 (A ap. Kiessl., A^1 nobis appellando) eadem continentur quae editionibus Basileensi et Kiesslingiana. Editio autem Basileensis a Gerbelio parata et codex 338 tantam prae se ferunt similitudinem, ut dubium non videatur, quin ex eodem codice vel ex plane gemello liber a Gerbelio editus sit: cf. I, 808. 820 et 850 (cf. Kiessl. in 'Allg. Litt. Zeit.' l. l.) 855. III, 803. 892. IX, 663—665 versus lacunosos et Kiessling. praef. p. VI sqq.

Pressel etsi ex duobus codicibus Parisinis epistulas edidit, tamen, quod qui in utroque sit ordo historiarum et epistularum, non ea qua debet diligentia exponit, valde dolendum est, cum codex 2750 (B ap. Pressel., B^2 nunc significandus) a Duebnero et Cramero, qui maiore diligentia in hoc versari solent negotio, non inspectus sit. Quae a Presselio de hoc codice proferuntur p. V et p. 111, cum inter se valde discrepent, iis maior fides videtur habenda, quae in praefatione p. V de ordine proferuntur:

'1) Io. Tzetzae liber historicus, fol. 1;
2) Eiusdem libri pars altera, fol. 62;
3) Eiusdem iambi, fol. 203;
4) Eiusdem epistulae, fol. 210;
5) Aenigma versibus iambicis, fol. 236'.

Iambos, qui tertio loco nominantur, iambos esse περὶ παίδων ἀγωγῆς et eos qui his praecedunt in edit. Kiessl. p. 509 sq., iis pro-

[71]) Ex. gr. secundum Boissonadii, qui saepius in edit. Allegoriarum Iliadis de lectionibus cod. 2644 refert, adnotat. ad prooem. Alleg. Il. 593 in cod. Paris. 2644 ad I, 239 scholion exstat, quod a Presselio omissum est. In scholio ad I, 704 post τῶν Ἑσπερίων verba οὐ τῶν ἑῴων a Presselio praetermissa sunt: cf. quae Duebner profert in Mus. rhen. l. l. p. 23. Ad I, 876 scholion ex Crameri collatione (p. 353, 25) addi potest, ad II, 639 ex Duebneri collatione. Scholia ad III, 61. 832. 871 a Duebnero melius lecta sunt: sed longum est omnia neglegentiae Presselii exempla congerere.

batur, quae de eodem codice adnotantur ab Harlesio in Fabricii bibliotheca vol. XI, p. 240, 9. Apparet ordinem scriptorum, qui in hoc codice invenitur, consentire cum codice Monacensi 338 (A^1).

De ordine quo in codice Parisino 2644 (A apud Presselium, nobis A^2) historiae et epistulae dispositae sint, testibus Cramero et Duebnero l. l. haec videor statuere posse:

Primum obtinet locum πίναξ α′, sequuntur:
2) epistula ad Io. Lachanam,
3) prima epistularum prosa oratione scriptarum,
4) πίναξ β′,
5) ceterae 106 epistulae,
6) πίναξ γ′.

(Desiderantur versus iambici de filiorum educatione et qui sequuntur hexametri et iambi.) In hanc seriem a Tzetza ipso historias et epistulas in archetypo fuisse digestas scholio demonstratur, quod ex codice Paris. A^2a Presselio (p. 3 adnot. 4), correctius auctiusque a Matranga editum est (Anecd. I, praef. p. 13 adn. 2) ex codicibus Vaticanis, qui, quantum ex paucis speciminibus iudicari potest, Parisinis non posthabendi sunt. Atque haec scholii sunt verba: αὕτη ἡ ἡμετέρα γραφὴ κατὰ τὸ πρωτότυπον ἐγράφη, ὅπερ τυχαίως καὶ αὐτοσχεδίως γράφων ἐγὼ οὕτως τὴν τάξιν ἀτάκτως καὶ πεφυρμένως ἐποιησάμην· τοῖς δὲ λοιποῖς μεταγράφουσιν εἶπον καὶ συνέθεντο (al. λέγω καὶ συνθέσθαι) καθεξῆς ἀδιασπάστως τὰς πάσας ἐπιστολάς, καὶ ἑξῆς πάλιν συνηνωμένως τὸν τῇδε κείμενον τῶν βραχειῶν ἱστοριῶν βραχύτατον πίνακα, καὶ τὸν τῶν λοιπῶν ἱστοριῶν μέγιστον πίνακα· χοιριδίου δὲ υἱῷ ἐμπιστεύσας τὴν παροῦσαν μεταγραφὴν καὶ δοὺς καὶ μισθὸν τούτῳ καλλιγράφου λόγου ἀξίου (scrib. ἄξιον) καὶ εἰπὼν οὕτω μεταγράψαι καὶ αὐτὸν ὡς χοῖρον ὄντως οὐχ εὗρον καταπειθῆ etc. Accedit quod etiam in B^2 et A^1, in quibus codicibus epistulae in fine totius historiarum corporis exstant, illius ordinis vestigia non prorsus evanuerunt, quippe qui ante pinacem secundum hanc exhibeant inscriptionem: Τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου ἕτεραι ἱστορίαι καὶ λέξεις ἱστοριώδεις τῆσδε τῆς γραφείσης ἐπιστολῆς. Neque umquam Tzetzes id videtur egisse, ut epistulae ab historiis prorsus dirimerentur, sed ordo historiarum et epistularum, qualis in B^2 et A^1 exstat, ita potius ortus videtur, ut alter librarius epistulas ad Tzetzae voluntatem in unum corpus coactas ante secundum pinacem collocaret, alter deinde, quia versus prosa oratione interruptos nolebat, invito Tzetza post tertiam demum historiarum partem eas exararet.

De editionibus Chiliadum a Tzetza ipso curatis.

Codices Parisini (A^2 B^2) scholia continent a Tzetza ipso Chiliadibus quae vocantur adiecta, quibus vel ea, quae difficiliora sunt intellectu, uberius explicantur vel amanuensis vitia, qui in libro de-

scribendo neglegentissime versatus erat, vel ea, quae Tzetzes ipse in historiis exponendis peccaverat, corriguntur.

Quod negotium ut susciperet, commotum eum esse non tam librarii, quem saepius maledictis insectatur[72]), incuria atque levitate quam Cotertzae amici precibus efficitur ex iambis, qui post pinacem secundum (V, 201) in codicibus Paris. (A^2 B^2) leguntur (cf. de codd. Vatic. Matranga l. l. praef. p. 13 adnot. 2):

> Coì τῷ Κοτέρτζῃ καὶ φιλοῦντι δεσπότῃ
> νῦν μέχρι τοῦδε τὰς δυσόδμους βορβόρους
> τοῦ χοιριοῦντος τοῦδε καὶ κοπρογράφου
> (οὕτω χρεὼν καλεῖν γὰρ ἢ καλλιγράφον)
> Τζέτζης καθαίρει τεχνικῶν λόγων πτύοις·
> ἐπεὶ δὲ μέλλεις ποι δραμεῖν τῶν ἐνθάδε
> παλινδρομεῖν τε, σὺν θεῷ πλὴν ἐν τάχει,
> εἴ μοι τὸ τέρμα μὴ περανθῇ τοῦ βίου,
> τὰ λοιπὰ λοιπὸν ἐξαποξέσω τότε.

Tzetzam autem aliquanto, ut videtur, postquam totum opus in lucem editum est, scholia addidisse cum inde colligere non dubito, quod in scholio supra a me exscripto (pg. 51) aliorum codicum mentionem facit, qui ab aliis librariis accuratius sint transscripti, tum inde, quod saepius ea quae antea scripserat, iis emendat. Atque liceat hanc Chiliadum editionem tertiam appellare. Cum vero a Duebnero in Mus. rhen. l. l. multi, quibus diversam recensionem in codicibus Parisinis (A^2 B^2) inesse demonstratur, loci afferantur, nunc pauca ex sescentis exemplis enotasse satis habeo:

Chil. II, 317 A^1 B^1 B^2 haec habent:

> Ὁ δ' Ἡρακλῆς ὡς πρὸς αὐτὴν πλεύσας τὴν Θεμίσκυραν,

ut versus politicus, id quod numquam fieri solet, in proparoxytonon exeat: solus codex A^2 habet Θεμισκύραν sine dubio a Tzetza ipso in versu positum: quem tamen accentum nominis cum nusquam

---

[72]) Ex permultis scholiis eius generis pauca sunt eligenda. Adscriptum est in A^2 B^2 hoc scholion ad Chil. VIII, 41:

> Ζήτει τὸ Τζέτζου ἐφευρεῖν πρωτόγραφον βιβλίον
> Ἐκεῖθέ τε μετάγραφε, μηδ' ἐκ βορβόρου τόσης.

Additum videtur a Tzetza propterea (cf. Boissonade ad Alleg. Il. O, 76), quod in codice, qui in Tzetzae manibus erat, versus 43 omittebatur, qui etiamnunc in A^2 deest; dicendum igitur erat: scholion ad omissum v. 43, non ad v. 41.

Chil. VIII, 143 in textu nunc haec leguntur:

> Νῦν δὲ σφοδρός τις ἄνεμος, πυρώδης τὴν οὐσίαν,
> ἐξαναστῶν αὐτόπρεμνα δένδρα καὶ καταράττων.

In textu, qui a Tzetza corrigebatur, videtur scriptum fuisse καταράπτων, nam hoc scholion legitur in A^2 B^2:

> ἀνέμους ῥάπτας ἤκουσέ τις πώποτε τῶν δένδρων;
> ὡς γράφων τὸ βουβάλιον τὴν βίβλον ἀχρειοῖ μου κτλ.

alibi inveniri videret, haec addidit, quae leguntur in A^2 B^2: Γράφε καὶ οὕτως·

Ὁ δ' Ἡρακλῆς ὡς πρὸς αὐτὴν Θεμίσκυραν ἐκπλεύσας.

Chil. III, 83 in codicibus Monacensibus legitur:

Ὁ Ἀσσυρίων βασιλεὺς ὁ Σέσωστρις ἐκεῖνος,

ubi cod. Paris. A^2 hoc habet scholion, quod a Duebnero et Cramero exscriptum est: Ἀσσυρίων] μᾶλλον δὲ Αἰγυπτίων.

Chil. III, 388 codd. Monac.:

Ὁ συγγραφεὺς Ἡρόδοτος ὁ παῖς ὁ τοῦ Ὀξύλου,

in Paris. A^2 schol.: ἐγνώσθη ἐκ τοῦ ἐπιγράμματος οὗ ὄπισθεν εἶπον (cf. schol. ad Chil. I, 19), ὅτι Ξύλου δεῖ γράφειν καὶ οὐκ Ὀξύλου.

Chil. III, 431 codd. Monacenses:

Τῇ δὲ δευτέρᾳ προσβολῇ τὸν Νεῖλον πλημμυροῦντα
μαθὼν ὁ Σαρδανάπαλος,

Pariss. A^2 B^2 hoc scholion addunt:

Ἀντ' Εὐφράτου Νεῖλον μὲν ἐκ λήθης ἔφην,
Νεῖλον νοῶν ἅπας δὲ τῶν Αἰγυπτίων κτλ.

In Chil. III, 871 in codice A^1 leguntur haec:

Ἐν χρόνοις Ἀντωνίνου γὰρ Ῥωμαίων ἡττηθέντων.

Super Ἀντωνίνου scriptum est Ἀδριανοῦ, quod a librario codicis A^2 vel eius codicis, ex quo A^1 transscriptus est, in ipso textu est positum, ut hic versus evaserit:

Ἐν χρόνοις Ἀδριανοῦ γὰρ Ῥωμαίων ἡττηθέντων:

qui tamen versus cum legibus versuum politicorum qui dicuntur prorsus repugnaret, a Tzetza in editione tertia haec addita sunt, quae etiamnunc in margine codicis A^2 exstant: ἢ

Ἀδριανοῦ τοῖς χρόνοις γὰρ Ῥωμαίων ἡττηθέντων

(γὰρ legit Duebner: Pressel γράφε). De codd. B^1 et B^2 lectionibus nihil ab editoribus exponitur.

Confer postremo Chil. XII, 210 sqq. ubi haec inveniuntur:

Τοσοῦτον μὲν Ἡσίοδος ὕστερος ὢν Ὁμήρου
Τοῦ Μέτωνος δὲ πρότερος ἐνιαυσίοις κύκλοις
Τριακοσίοις δεκαὲξ σύν γε μηνῶν ὀκτάδι

quibuscum sunt conferenda, quae leguntur ibid. v. 196 sq.:

Κατὰ τὴν ἑνδεκάτην δὲ ἦν τῶν Ὀλυμπιάδων
Ἡσίοδος φαινόμενος ἀκμάζων ἐν τῷ βίῳ.

In A^2 B^2 hoc scholion reperitur: Λήθης γεγονυίας καὶ ἀντὶ ιε' ὀλυμπιάδος γραφείσης ια' ἔκκοψον (i. e. deme de numero, qui legitur in v. 212) ἐκ τοῦ Ἡσιόδου χρόνους δεκαὲξ καὶ μῆνας ς' καὶ εὕροις τοὺς οὓς γράφουσι μέτρων (sic Pressel et Cramer: Duebner μελέων) χρόνους.

Attamen velim animadvertas codicem Parisinum B^2 non eiusdem editionis cuius A^2 esse (i. e. tertiae) sed potius editionis alterius, scholia vero, quae leguntur in B^2, ex codice aliquo editionis tertiae transscripta esse, qui si non ipse A^2 at certe simillimus ei erat. Atque hoc demonstratur scholiorum, quae ubique cognoscitur, condicione, illud autem imprimis ordine historiarum et epistularum, qui invenitur in B^2. Elucet enim ex scholio illo, quod supra (pg. 51) exscriptum est, in codice archetypo editionis tertiae a Tzetza ipso Cotertzae in usum correcto eum fuisse ordinem historiarum et epistularum, ut primum historiarum pinacem et epistulam illam ad Lachanam datam exciperet epistula prima prosa oratione scripta et pinax alter historiarum, sequeretur deinde totum epistularum corpus inde ab epistula 2 usque ad epist. 107 et historiarum pinax tertius (cf. ea quae supra pg. 50 sq. uberius de hac re exposita sunt). Quem ordinem in codice A^2 etiam nunc exstare demonstravimus: ibidem autem in codice B^2 non modo eundem ordinem non inveniri ostendimus, sed potius historias et epistulas ita ordinatas esse, ut post historiarum corpus nusquam epistulis interruptum legatur totum epistularum corpus, quod hoc modo esse explicandum, ut primum alter librarius Tzetzae voluntate totum epistularum corpus poneret ante pinacem alterum, alter librarius, quem versus politicos epistulis prosa oratione scriptis diremptos esse pigeret, postea epistulas in fine historiarum collocaret. Etsi vero hoc loco scholion, quod ad hanc rem pertinet, a librario codicis B^2 recte omissum est, tamen idem librarius aliis locis neglegentius in negotio versatus etiam ea scholia exscripsit, quae in codice B^2 prorsus omittenda erant, cum ad eas tantum lacunas pertineant, quae in A^2 exstant et in archetypo codicis A^2 olim exstabant, in B^2 haudquaquam inveniuntur. Cf. scholion quod legitur ad Chil. VI, 886 in A^2 et B^2: Ζήτει·

ὁ μιαρὸς ὁ κόπελος στίχους παρῆκε τῇδε,

ubi in A^2 non in B^2 versus 886—890 desunt. Adiungendum est scholion de quo modo diximus in adnotat. 72, ad Chil. VIII, 41 sive potius 43, qui in A^2 omissus est, hoc autem scholion invenitur in A^2 et B^2:

Ζήτει τὸ Τζέτζου ἐφευρεῖν πρωτόγραφον βιβλίον
Ἐκεῖθέ τε μετάγραφε, μηδ' ἐκ βορβόρου τόσης.

Cf. scholion, quod legitur ad Chil. X, 846 et 847 et in A^2 et in B^2, quamquam in A^2 solo versus 846 et 847 desiderantur: Ζήτει στίχους κτλ. Postremo ad Chil. XI, 745 (melius 747) et A^2 et B^2 hoc praebent scholion: Ζήτει πάλιν· στίχον παρέλειψε τοῦ μιαροῦ κερατᾶ ὁ υἱός, ubi v. 747 in A^2 non exstat.

Duas igitur editiones totius corporis Chiliadum quae vocantur discernendas esse probavimus, unam a nobis tertiam appellatam, quae a Tzetza Cotertzae in usum confecta scholiisque instructa est, alteram a nobis secundam dictam, quae ex eodem

archetypo ex quo tertia descripta est, ordine tamen historiarum et epistularum, qualis in archetypo exstabat, Tzetzae voluntate mutato et scholiis illis, quae in tertia editione inveniuntur, nondum additis: quibus ex editionibus tertia exhibetur codice A^2, secunda codice B^2, ita tamen, ut fere omnia scholia editionis tertiae in B^2 descripta reperiantur.

Codicibus autem, qui secundam Chiliadum editionem continent, adnumerandum esse praeterea codicem Monacensem 338 (nobis A^1) iis demonstratur, quae de editionibus ex hoc uno codice adhuc paratis supra (pg. 48 sq.) exposui, unde ordinem historiarum et epistularum prorsus eundem esse intellegitur in hoc codice atque in B^2, etsi ex 107 epistulis tres et initium quartae supersunt, cum librarium, qui historias et epistulas artissime inter se conexas esse non animadvertisset, universas epistulas exarare taederet. Accedit quod A^1 saepissime cum B^2 consentit, e. gr. tituli complurium historiarum in A^1 et B^2 desiderantur, qui in A^2 exstant: cf. Chil. V. hist. 19 pinacis tertii, VI hist. 83: titulus historiae 51 Chil. VI plenior exhibetur in A^2 etc.: scholia autem codice A^1 non continentur.

Vtram tamen editionum praebeant codex Bodleianus a Cramero collatus et codices Vaticani a Matranga inspecti etsi ne divinare quidem licet, tamen etiam pauca specimina, quae adhuc e codicibus Vaticanis publici iuris facta sunt, videntur probare eos si non pluris aestimandos quam A^2 B^2 at certe iis non posthabendos esse.

Quoniam igitur de altera et tertia editionibus Chiliadum exposuimus, nunc transeamus ad tractandam editionem primam, quae non universas historias sed primum pinacem continebat.

Atque primam historiarum partem olim separatam exstitisse non solum demonstratur iis Ioannis Tzetzae adnotationibus, quibus primum pinacem in palatio mutilatum esse dicit (cf. supra pg. 47 sq.), sed etiam iis quae leguntur in Alleg. Il. Ω, 282 sqq. Boiss. (283 sqq. Matr.):

> Ὅμηρος τῆς Νιόβης σοι νῦν ἱστορίαν εἶπεν,
> ἡμεῖς δ' ἠλληγορήσαμεν πρὶν τῇ Αὐγούστῃ τάδε,
> ὥνπέρ σοι παραθήσομεν τὰ χρήσιμα κἀνθάδε.

Subsequitur deinde allegoria (v. 285—315 B.), quae fere ad verbum consentit cum ea allegoria, quae in ultima historia Chiliadum pinacis primi invenitur (Chil. IV, 435 sqq.), nisi quod extremi versus in Chiliadibus sic leguntur:

> τινὲς δὲ λίθινόν φασιν ἔνδακρυν τὴν Νιόβην,
> λίθον ξεσθέντα τεχνικῶς, ὥστε δοκεῖν δακρύειν,
> μᾶλλον καὶ τοῦτο τῶν ἐμῶν ἐστιν ἐννοημάτων,
> ἐκεῖνοι δὲ μηχανητὸν φάσκουσιν εἶναι λίθον,

in Allegoriis autem (313 sqq. B. 314 sqq. M.) aptius haec leguntur:

> ὃ δέ φασιν ὡς λίθινος δακρύει τῇ (sic codd.) Σιπύλῳ

τοιοῦτον εἶναι νόημον, ὥσπερ ἐγώ σοι γράφω,
λίθον ξεσθέντα τεχνικῶς ὥστε δοκεῖν δακρύειν.

Chiliadum autem versus hoc modo explicandi sunt: Tzetzes cum in libro nescio quo sibi videretur repperisse Nioben illam lapideam statuam fuisse adeo artificiose sculptam, ut lacrimas profundere videretur, ea exaravit, quae leguntur in Chil. v. 468 sq. usque ad δοκεῖν δακρύειν. Quae tamen cum dissentire videret ab iis, quae in libro illo sequebantur, ut a se ipso hanc interpretationem potius esse inventam efficeretur quam ab eo, qui librum quo utebatur scripserat, versum addidit: μᾶλλον καὶ κτλ. et alterum: ἐκεῖνοι δὲ (i. e. iidem, qui v. 463 τινές appellantur) κτλ. In Allegoriis autem, cum sua explicatio, ut fieri solet, ei probabilior videretur, eam solam protulit eamque suam esse his significat verbis: ὥσπερ ἐγώ σοι φράσω alienae explicationis mentione non habita. Addendum vero est in Chiliadibus iis versibus, qui etiam in Allegoriis Iliadis leguntur, viginti fere versus praecedere, quae ad eandem rem pertinent.

Apparet igitur eos versus, qui in extremo libro Allegoriarum Iliadis exstant, a Tzetza sumptos esse ex pinace primo Chiliadum. Cum vero et in Chiliadum pinace tertio et in pinace altero Allegorias ad Iliadem commemoret[73]), facile est ad colligendum pinacem primum Chiliadum olim separatum a ceteris exstitisse. Iis autem, quae loco laudato Allegoriarum Iliadis[74]) exhibentur, luculenter demonstratur etiam primum Chiliadum pinacem imperatrici olim dedicatum fuisse, quamquam satis est mirum Chiliadibus non ut ceteris in usum imperatricis sive sebastocratorissae compositis libris allocutionis loco versus nonnullos esse praefixos. Quae difficultas nescio an ita sit solvenda, ut pinax historiarum primus revera in imperatricis usum olim compositus, postea cum a militibus esset mutilatus, non dignus visus sit, qui ad imperatricem mitteretur. Neque vero dubium est quin Irene imperatrix, Manuelis uxor, illo loco intellegenda sit, cum de imperatrice quae post Irenen fuerit omnino non cogitandum esse appareat, inde vero ab anno 1124, quo Irene, Ioannis imperatoris uxor, mortua est[75]), usque ad annum 1144, quo Irene Manueli nupsit, Constantinopoli imperatricem non fuisse constet. Consequens igitur est primum Chiliadum pinacem et post mensem ianuarium anni 1144 scriptum esse, et ante annum 1147, quo Allegorias Iliadis compositas esse antea ostendimus[76]) (p. 46 sq.). Liceat

---

[73]) Cf. Chil. V, 7. 776. IX, 281 sqq. XIII, 624 sq. (ultimo loco multa ex Allegoriis exscripta inveniuntur). — [74]) Ω, 282 sqq.: exscriptus legitur pg. 55. — [75]) Cf. Lebeau: Histoire du Bas-Empire, ed. St. Martin et Brosset tom. XVI, p. 18. — [76]) Primum Chiliadum pinacem eo tempore scriptum esse ostenditur etiam inde, quod Theogon. vv. 11 et 12 ex epistula ad Ioannem Lachanam fluxerunt (Chil. IV, 473 sq.), Theog. v. 654 sq. ex Chil. II. hist. 52 v. 778 sq., ubi de Protesilao et Laodamia uberius quam in Theogonia agitur. Theogoniam autem eodem fere tempore quo

hoc loco addere secundum et tertium pinacem post annum 1158 compositos esse ea re evinci, quod Chil. VI, 732 his verbis Allegoriarum Odysseae mentionem facit:

ἐν Ὀδυσσείᾳ φάρμακον ληθεδανὸν εἰρήκειν,

quem versum excipiunt sex ex Allegoriis Odysseae (δ, 29—34) desumpti versus: Allegorias autem ad Odysseam post annum 1158 scriptas esse ostendunt ea, quae leguntur in v. 16 prooemii:

τῆς βασιλίδος τῆς ἐμῆς, ἣ γυναικῶν ἦν κόσμος.

Apparet igitur Tzetzam longo temporis spatio interiecto ad epistulas suas explicandas revertisse. Posteriores autem Chiliadum pinaces perfectos esse ante annum 1161 si non certum, at verisimile est propterea, quod in Chiliadibus, ubicumque Tzetzes Irenae imperatricis, Manuelis uxoris, mentionem habet, eius nomen nusquam affertur, quasi tum temporis altera uxor Manuelis, Maria Antiochena, nondum Byzantii fuerit: anno autem 1161 Manuel Mariam illam in matrimonium duxit.

De appendicibus Chiliadum.

Iam ea tractabimus, quae editionibus Chiliadum, quae adhuc paratae sunt, continentur praeter ipsas historias, quibus epistulae explicantur.

Excipiunt enim Chiliadas in editt. Basil., Lect., Kiessling.:

1) Τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου στίχοι ἰαμβικοί (22), quibus quasi continetur praefatio eius opusculi, quod rhetoricis nonnullis prosa oratione interpositis eos sequitur (p. 511. Kiessl. v. 23 usque ad p. 519 v. 292), quo Tzetzes facetissime, ut sibi videtur, exponit, quomodo filii sint educandi, ut gratiam abiectorum suorum aequalium sibi concilient. Appellandi sunt omnes illi versus *iambi de filiorum educatione.*

2) Sequuntur τοῦ αὐτοῦ στίχοι ἡρωϊκοί (Kiessl. p. 520, v. 293—309, *hexametri* appellandi),

3) στίχοι ἰαμβικοὶ τοῦ αὐτοῦ ἀμαθοῦς καὶ ἀρρητορεύτου, ὥσπερ φασὶν οἱ θειάζοντες (venerantes) οἷα ῥήτορες[77]) οἵους Ἡρόδοτος λέγει βαρβαρωδεστέρους ἐθνέων ἁπάντων. Evincitur compluribus locis Chiliadum haec pertinere ad Camaterum eparchum (cf. cap. V, p. 22 sq.), quam ob rem hi iambi (ap. Kiessl. p. 520, 310—522, 360) appellandi sunt: *iambi ad Camaterum.*[78])

Exegesin Iliadis compositam esse supra p. 40 ostendimus. — [77]) Videtur aliquid omissum post θειάζοντες, neque dubito quin ad hunc locum referendum sit verbum, quod Kiessling ad v. 210 in margine codicis A[1] extare narrat: βαναύσους: itaque scribendum suspicor: θειάζοντες βαναύσους οἷα ῥήτορας. — [78]) Cf. Chil. IX, 415: τῷ Τζέτζῃ τῷ ἀμαθεῖ ἐπάρχῳ (i. e. qui ab eparcho ἀμαθής putatur): ibid. X, 249 ὥσπερ ὁ ἀμαθέστατος τοῦ σεβαστοῦ σοι γράφω: ibid. IX, 663 (suppl. ex codd. Paris. et Vatic.) ὦ Τζέτζη ἀρρητόρευτε Καματηρῷ ἐπάρχῳ: cf. versum iambicum 345: λέγων· σεβαστέ κτλ.

Hexametros quoque ad inimicitias referendos esse, quae Tzetzae cum Camatero erant, intellegitur ex versu primo:

Τζέτζου ῥητορικῆς ἀδαήμονος ἥδε γε βίβλος.

Maximo autem odio videtur Tzetzae fuisse rhetor aliquis (hexam. 303 et iamb. ad Camat.), qui eo tempore maiorem apud Camaterum inibat gratiam quam ἀρρητόρευτος Τζέτζης.

Etsi non ad eandem rem tamen ad eundem Camaterum videntur spectare iambi de filiorum educatione, quippe quibus Tzetzes ipsos homines, qui omnibus difficilioribus regulis metricis sublatis vilissimos pangant versus, in maximo esse honore queratur apud eos, qui sapientissimi videantur (cf. v. 9 sqq., 44 sqq., 190 sqq., 205 sqq.). Conferas haec, quae in epist. 89 ad filios Camateri data leguntur: Ἐπεὶ δὲ τῆτες ἡμᾶς τῷ σοφῷ ῥαιφερενδαρίῳ τις συμπαρών, οἶμαι δὲ τῆς συμμορίας καὶ τῆς τριττύος τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν κυδοιδοπώντων, ἀπόντας ἡμᾶς ἔκρινέ τε καὶ ἀπεφλαύριζε τοῦ στόματος ἀποκοτταβίζων ταυτί, ὡς μούσης ἡμετέρας συνθήκη τοιάδε τις καθεστήκοι· Ἄπελθε πλοιαρίδιον καὶ ἐλθὲ ἐφολκίδιον, δέομαι ὑμῶν βραχεῖαν τὴν αἴτησιν .... ἐν κοινῷ .. τῷ συλλόγῳ .... μοῦσαν ἰάμβων ἐμῶν οὐχ ὑπογείως πρὸ χρόνων δέ τινων συγγραφεῖσαν, ὡς ἂν κρησφύγετον μηδαμῇ τῷ διαβάλλοντι γένοιτο, ὑπαναγνῶναι καὶ κρῖναι πρῶτον μὲν εἰ ἀκριβῶς τὰ τῆς τέχνης τηροίη κτλ. (Cf. epist. 90.) Tzetzam igitur, qui solus tum temporis veterum poetarum leges metricas observare sibi videbatur (cf. quae cap. VIII accuratius de hac re disputabuntur), aegerrime tulisse apertum est, quod iambi sui ab homine aliquo, quasi minimi essent pretii, irriderentur neque difficile est colligere eam fuisse causam inimicitiarum, quod Camateri non optimum de iambis a Tzetza missis facerent iudicium.

Inveniuntur tria illa opuscula solis in codicibus A^1 et B^2, in quibus aeque atque in editionibus Chiliadum pinacem tertium excipiunt: codicis autem B^2 lectiones a Presselio vulgatas non esse valde dolendum est.

Venio nunc ad explicandos primos iamborum de filiorum educatione versus, qui hic exscribendi sunt:

Ἡ βίβλος ἄλφα Τζετζικῶν πονημάτων
Μούσης φέρουσα[79]) μέτρα τῆς ἀγυρτίδος,
ἢ τὴν ποδῶν εὔρυθμον οὐ τηρεῖ βάσιν,
πάσας δὲ μισεῖ διχρόνους καὶ τριχρόνους,
κανὼν δὲ τέχνης οὐδαμῶς αὐτῇ φίλος,

sequuntur similia, quibus corruptam rei metricae condicionem queritur. Atque ut eorum, quae subscriptionis loco in Chiliadum fine leguntur (p. 508), quae librario alicui non Tzetzae videntur deberi, nunc praetereamus, omnes viri docti ex iambis illis, quos modo exscripsi,

[79]) Sic scripsit Mullach, Gr. d. griech. Vulgärspr. p. 73 pro μέτρα φέρουσα.

effici censuerunt Chiliadas primam tantum libri amplioris partem putandas esse, cf. Bernhardy in 'Grundriss der griech. Litteratur' edit. 3, II, 2, p. 781. Et ne ego quidem adhuc habeo, cur versus illos ad Chiliadas referendos esse negem, etsi satis difficile est intellectu, quid significetur primo versu. Quamquam enim verba μοῦcα ἀγυρτίc et quae sequuntur ad politicos versus pertinere elucet[80]), tamen mirum videtur Tzetzam solo illo versu narrare voluisse se alterum eiusdem generis opus compositurum esse. Qua difficultate non dubito quin Hamaker commotus sit ut coniceret (p. 374 sqq.) eum versum non ad totum Chiliadum corpus sed ad primum pinacem referendum esse, quem separatim fuisse editum ipsi supra ostendimus. Sed etsi satis proclivis est ea coniectura, tamen ut illi iambi de filiorum educatione et ea quae hos sequuntur eodem tempore quo primus Chiliadum pinax scriberentur, propterea fieri non potuit, quod eum a. 1144—1147 compositum esse constat, ex illis vero quae de epistularum collectione priore et de Camateris in capite V (p. 22 sq.) disputavimus, inimicitias cum Camateris post annum demum 1147 a Tzetza susceptas esse cognoscitur: itaque statuendum esset Tzetzam complures annos dubitasse, num primum pinacem, quippe qui mutilatus esset, publici iuris faceret, cum vero historias illas amissas numquam se recuperaturum esse intellexisset, adiunctis iambis et ceteris pinacem vulgasse. Quod etsi aliquam probabilitatis speciem habet, tamen iis locis, quibus, quantopere a Camatero reprehensus sit, exponit, tam simili modo atque in Chil. pinace tertio de inimicitiis illis verba facit[81]), ut iambi illi ad Camaterum et hexametri non solum eodem quo Chiliadum pinax tertius tempore videantur compositi, sed etiam eo consilio Chiliadibus additi, ut eadem quae Chiliadibus, ubicumque occasio dabatur, passim inseruisset, peculiaribus illis opusculis, ne quem fugerent, coniunctim tractarentur. Dixerit quispiam iambos et hexametros illos a Tzetza, cum pinacem primum cum pinacibus altero et tertio coniungeret, excogitatos et inter primum et alterum pinacem post epistulam ad Lachanam positos esse, ut initium iamborum de filiorum educatione ad primum tantum pinacem esset referendum. Sed obstant hi versus, qui in fine iamborum ad Camaterum leguntur p. 522, 350 sq.:

> Ἀλλ' ὦ Cοφόκλειc, ὦ Cοφίλλου παιδίον,
> γνώμαιc ἐπιcφράγιζε cαῖc τὸ βιβλίον

(sequuntur quattuor versus ex Aiace v. 1093 sqq.). Apertum enim est iambos a Tzetza ipso in fine libri alicuius positos esse, quem

---

[80]) Simili modo versus politicos significat in Schol. ad Hermogenem, quae ipsa iis versibus scripta sunt: cf. p. 34, 1: Δεῦρο μολοῦcα Μοῦcά μοι πάλιν περιπεζία. — [81]) Cf. praeter ea, quae adnotat. 78 continentur, Chil. XI, 217 sqq., 230 sqq., quibus rhetorem illum perstringit, ibid. 253 sqq., 353 sqq., eum qui ultimus est iambum p. 522, 360 Τζέτζης λογιστὴς τῶν παλαιῶν καὶ νέων cum Chil. XI, 253 sqq. ἀλλ' ἤδη cε cυνέχεεν ὁ ἀμαθὴc ἐπάρχῳ, ὁ λογιστὴς τῶν παλαιῶν.

tamen librum non eum fuisse, in quo Tzetzes ipse historias exaravit, nonnullis locis demonstratur.

Omnibus enim, quae in epistulis erant interpretanda, plane perfecteque absolutis, hi a Tzetza adduntur versus (Chil. XIII, 613 sqq.):

Ἔχεις τὸ χρέος ἅπαν σοι ἀποφληθὲν τελέως·
πάσας τὰς τῶν πινάκων γὰρ εἴπομεν ἱστορίας,
εἰ καὶ τῷ φόβῳ περισσὰς στενῶς συνεγραψάμην,
μήπως οὐχὶ χωρήσωσι τῇ βίβλῳ συγκλεισθῆναι.
ἐπεὶ δὲ ταύτας ἔγραψα καὶ τόπος ἐστὶ χάρτου, ...
καὶ γένος τὸ Ὁμήρειον ἀναστηλώσω τῇδε·
πλὴν πάνυ σοι στενώτατα (sic A^2) ἕνεκα μόνου τούτου,
τοῦ γνῶναί σε, τίς σύζυγος Ὁμήρου τε καὶ παῖδες,

unde schedas vel potius quaterniones, quos Tzetzes in historiis exarandis usurpabat, non tam separatos quam in unum iam fuisse conglutinatos volumen colligemus.[82]) Itaque cum genere quoque Homeri breviter pertractato in fine totius Chiliadum corporis hi legantur versus:

λοιπὸν τὰ τούτου (i. e. Homeri) παύσωμεν, τοῦτον (i. e. Homerum)
σφραγῖδα θέντες,
σφραγῖδα καὶ συμπέρασμα ταύτης ἡμῶν τῆς βίβλου,

sequitur in eo, quo Tzetzes tum utebatur, libro iambis de filiorum educatione, hexametris, iambis ad Camaterum, qui in codicibus A^1 et B^2 Chiliadas excipiunt, exarandis nullum fuisse locum, tria igitur illa opuscula in exemplari demum ex archetypo descripto additos esse propterea, quod Tzetzes, cum folia nonnulla scriptura vacare videret, occasionem Camateri stultitiae irridendae omittendam non esse existimabat. Versus autem quinque, qui in codice Monacensi A^2 extremi sunt iamborum et iambos illos Sophocleos modo (cf. p. 59) exscriptos excipiunt (in Kiesslingii editione p. 522, 356 sqq.):

Ὡς ἀντεβλήθη ταῦτα τοῖς πρωτογράφοις,
ταὐτὰ[82b]) δ' ἐφευρέθησαν ἰσχύϊ λόγων,
Τζέτζου κατεστρώθησαν ἐν τῷ σεκρέτῳ,
ὑπογραφὴν δ' ἔσχηκεν ἥντινα βλέπεις·
Τζέτζης λογιστὴς τῶν παλαιῶν καὶ νέων.

---

[82]) Cf. Chil. VI, 388 sqq.
ἀλλὰ στενοῦν ὡς δυνατὸν πάντα χρεὼν ἐντεῦθεν.
ἂν γὰρ ὡς Τζέτζης πλατυσμῷ τὰς ἱστορίας γράφω,
'πολλαί κεν δεκάδες δευοίατο οἰνοχόοιο', (Il. B, 128)
πολλαὶ ἂν ἀπολείψειαν γραφῆναι ἱστορίαι
τῶν προσγραφῇ τοῦ πίνακος οὐσῶν συντεθειμένων.
ἡ βίβλος γραφομέναις γὰρ εἰς πλάτος οὐκ ἀρκέσει·
μὴ καὶ στενῶς δέ, δέδοικα. μέχρι γὰρ οὗ νῦν γράφω,
ἐχρῆν κατ' ἀναμέτρησιν καὶ τὸ ποσὸν τῆς βίβλου
τρίτην πρὸς ἑβδομήκοντα γράφειν με ἱστορίαν·
γράφω δὲ νῦν πεντηκοστήν· διὸ στενοῦν με δέον,
ὡς προσγραφῆς τοῦ πίνακος τὴν πᾶσαν ἱστορίαν
ἐν τῇ παρούσῃ δυνηθῶ συμπεριλεῖσαι βίβλῳ·
cf. Chil. X, 457 sqq. — [82b]) ταὐτὰ optime correxit pro ταῦτα edit. Ru-

quos versus editor male ita exprimendos curavit, quasi in iamborum ad Camaterum numero essent habendi, ei certe subscriptionis loco adiecti sunt, quemadmodum magistratus Byzantini tabulis publicis eiusmodi subscriptiones addere solebant.[83]) 'Comparata autem esse (ἀντεβλήθη) cum archetypo'[84]) apparet non tam iambos et hexametros quam ipsas historias. Nam quod hoc demum loco neque statim post historias perscriptas subscriptio Tzetzae posita est: facile intellegitur eiusmodi subscriptionibus in fine tantum totius operis suum locum esse.

Facile autem est ad explicandum, quam ob rem in codice A^2 iambi de filiorum educatione et qui sequuntur plane omissi sint, quippe quem codicem ex codice archetypo, qui illa opuscula non continebat, descriptum esse Tzetzes ipse fateatur in schol. ad epist. 1, quod supra (pg. 51) exscripsi.

Restat ut unum quem nondum attigimus codicem in iudicium vocemus, Monacensem 564 (B^1): quo cum solum pinacem primum contineri intellegeret Hamaker, inde se collegisse ait (p. 375), Tzetzam primum Chiliadum pinacem separatim edidisse non adiuncta epistula ad Lachanam. Quidquid editione illa prima Chiliadum continebatur, primum pinacem separatum a ceteris exstitisse aliis iisque certioribus argumentis antea me demonstrasse puto: codex autem B^1 non tam ex hac editione quam ex una de posterioribus videtur profluxisse, etsi valde impeditum est iudicium neque desunt, quae Hamakeri opinioni adiumento esse videantur. Satis enim peculiarem speciem lectiones codicis B^1 permultis locis prae se ferunt.

Ac primum quidem nonnumquam unus ex omnibus codicibus genuinas servavit lectiones velut II, 314 ubi Μυγδόνα δὲ cum B^1 legendum, non quod $A^1A^2B^2$ exhibent, Μυγάονα: versus enim eiusdem argumenti occurrit III, 810, ubi omnes codices Μυγδόνα habent;

---

dolfus Schoell. — [83]) Cf. de notione καταστρωννύναι ἐν τῷ σεκρέτῳ i. e. 'in tabulario deponere' ea, quae habet Du Cange in glossario in vocc. καταστρωννύειν et σέκρετον. — [84]) Tzetzes πρωτόγραφος voce saepius significat primum exemplar sua ipsius manu exaratum: cf. schol. ad Chil. VII, 854, ubi scribae neglegentiam reprehendit:

τὴν βίβλον τὴν πρωτόγραφον ἐμοῦ τις ζητησάτω
καὶ ἐξ αὐτῆς ὀρθούτω δὲ τὰς τούτου φλυαρίας,

schol. ad Chil. VIII, 41:

ζήτει τὸ Τζέτζου ἐφευρεῖν πρωτόγραφον βιβλίον,
ἐκεῖθέ τε μετάγραφε μηδ' ἐκ βορβόρου τόσης.

Cf. Chil. XI, 985 sqq.:

Τοιαῦτα γράψας (scil. Tzetzes) καὶ τοσαῦτα βιβλία,
κἂν οὐ μετεγράφησαν, οἷς νόει τρόποις,
πρωτοσχεδῆ κεῖνται δὲ καὶ πεφυρμένα κτλ.

III, 197 B^1 bene habet πρὸς τὸν παιδαγωγόν φησι, cett. codices π. τ. παιδαγωγὸν ἔφη; pariter codicis B^1 lectio ceteris codicibus praeferenda est III, 876 (cf. Struve: Ueber den politischen Vers p. 81), 961. IV, 379.

Deinde aliis locis lectiones offeruntur, quae a Tzetza in posterioribus editionibus correctae videntur: II, 508 B^1 habet Καμψὼν υἱὸς ἦν Γεδεών, codd. A^1B^2 (in A^2 deest hic locus) recte Μανωέ pro Γεδεών. II, 538, 542, 544 in codice B^1 pro Πτερέλαος male legitur Κέφαλος (in A^2 hic quoque locus deest). Sed satis mirum esset Tzetzam hic in errore versari, cum in schol. ad Lycophr. 932. 934, quae ante pinacem primum Chiliadum composita esse probabile est, rectum iam nomen exhiberet.

Postremo in $A^1A^2B^2$ saepius lectiones superscriptae sunt, quae cum in B^1 in ipso textu inveniantur altera lectione non superscripta, docere videntur in B^1 exstare illam primam editionem, ex qua lectiones illae ceterorum codicum sint desumptae, e. gr. Chil. I hist. 27 v. 725, 741, 742, 745, 793, 797 Carthaginienses ubique Σικελοί nominantur, ita tamen, ut codex B^1 solus iis locis unam illam habeat lectionem, ceteri vero codices atque etiam A^1 supra Σικελοί exhibeant scriptum Ἀφρικοί vel Ἄφροι: in codicibus autem A^2B^2 ad versum 702, ubi haec leguntur:

ἦν στρατηγὸς τῶν Σικελῶν (scil. Ἀννίβας),

hoc scholion additur: Τῆς Ἀφρικῆς ἦν στρατηγός· ἐπεκτήσατο δὲ καὶ Σικελίαν, cf. praeterea Chil. I, 445. II, 232, 962. III, 484, 805. IV, 47.

Quae cum ita sint, tamen aliis argumentis si non demonstratur at certe credibile redditur recensionem, quae in B^1 exstat, non tam Tzetzae quam librario alicui docto tribuendam esse, qui cum sua transscriberet ex codice, quem saepius corruptum esse cognovisset[85]), non solum haec librariorum menda sed etiam ea, quae Tzetzes peccasse videretur, corrigenda sibi esse existimaverit.

Reperiuntur enim lectiones, quae Tzetzae nullo pacto tribui possunt. Chil. I, 765 B^1 exhibet Λογγιβάρδων, $A^1A^2B^2$: Λογκιβάρβων, quam formam a Tzetza ipso in textu positam esse demonstratur scholio, quod legitur in A^2B^2: βάρβους γένειον, λόγκι μακρὸν τυγχάνει. Sed cum haec discrepantia etiam alio modo explicari possit, ea quae Chil. II, 35 in B^1 leguntur, sine dubio librario erudito deberi apparebit. L. l. enim $A^1A^2B^2$ haec habent:

Τραϊανὸς οὐκ Ἰταλὸς ὢν οὐδ' Ἰταλιώτης,

---

[85]) Etiamnunc in B^1 corruptissimas inveniri lectiones ut appareat, satis erit pauca afferre exempla ex numero nominum propriorum: I, 490 B^1 habet Ἀπαλήδου pro Εὐπαλάμου cett. codd.; I, 601 B^1 male Δαμάλυτος, cett. codd. Δαμάγητος; II, 510 B^1 ἐνβαμανθά, A^1 ἐνθάμναθα, B^2 ἐνθαμναθὰ (A^2 deest): legendum ἐν Θαμναθὰ cf. Hamaker p. 389.

B^1 autem pro Ἰταλὸς praebet Ἀττικός, quod tamen Tzetzam non scripsisse evincitur hoc scholio, quod in A^2B^2 exstat: Cή (σημείωσαι)· Ἰταλοὶ καὶ Σικελοὶ καὶ τὰ ὅμοια, οἱ φύσει τοῦ ἔθνους ἐκείνου ὑπάρχοντες· Ἰταλιῶται (sic Pressel, qui haec addit: 'sic A (i. e. A^2) cum ι subscr. quo uti alias non solet'. Duebner p. 4 ex A^2 Ἰταλῶται, scrib. Ἰταλιῶται) δὲ καὶ Σικελῶται (scrib. Σικελιῶται) οἱ πρὸς αὐτοὺς ἐξ ἀλλοεθνῶν μετοικήσαντες. III, 67 denique patet B^1 non primam recensionem praebere sed potius ex codice posteriorum recensionum transscriptum esse. Tzetzes enim scripsit illum versum hoc modo:

τρισχιλιοτρισμυρίων τε τριακοσίων ἅμα

ubi χιλιο ut duae syllabae pronuntiandae sunt. Quod cum librarii non intellegerent, alius alio modo versum mutavit; leguntur enim in A^2:

τριχιλοτρισμυρίων τε τριακοσίων ἅμα,

in A^1B^2:

τρισχιλιοτρισμυρίων τετρακοσίων ἅμα,

in B^1 (cf. K. in Allgem. Litter.-Zeitung):

τρισχιλιομυρίων τε τριακοσίων ἅμα.

Accedit quod etiam in Chiliadum pinacibus altero et tertio in $A^1A^2B^2$ lectiones superscriptae deprehenduntur[86]), ut etiam eae, quae in pinace primo in $A^1A^2B^2$ superscriptae exstant, quas in codice B^1 omnes in textu ipso exstare videmus altera lectione non adiecta, non tam ex editione prima Chiliadum quam ex codice posteriorum editionum videantur profluxisse, qui omnes pinaces complectebatur, vel ex archetypo editionum posteriorum, quem Tzetzes ipse nonnullis locis iam mutaverat.

Postremo ne eo quidem loco Allegoriarum Iliadis, quem ex Chiliadum pinacis primi editione sumptum esse supra (p. 55 sq.) ostendimus, neque ex aliis Allegoriarum Iliadis locis, qui ex eodem fonte fluxerunt, hoc evincitur codice B^1 primam editionem Chiliadum contineri.

Codicem autem B^1 ex codice editionis tertiae descriptum esse quamquam veri non est dissimile, tamen haec quaestio melius absolvi poterit codice denuo inspecto, praesertim cum Hoeger in margine scholia nonnulla exarata esse narret, ex quibus ipse unum videtur legisse (cf. Kiessl. ad IV, 245): neque dubito, quin etiam ea, quae de ceteris codicibus iudicavi, codicibus denuo collatis passim suppleri et mutari possint.

9. De scriptis nonnullis deperditis, ut videtur, a Tzetza ipso commemoratis.

Quoniam exceptis commentariis omnia Ioannis Tzetzae scripta tractavimus, quae adhuc edita sunt, superest ut ampliorum librorum,

[86]) Cf., ut omnes locos omittam, quibus ea, quae superscripta sunt, explicationis causa addita esse possunt: IV, 612. V, 956. VI, 573, 873, 901, 972. VII, 334, 498, in inscriptione hist. 154, VII, 969.

qui a Tzetza ipso in aliis scriptis commemorati ad nostra tempora aetatem pertulisse non videntur, paucis faciam mentionem omissis omnibus iisque multis iambis, encomiis, epitaphiis, quae praeterea ab ipso laudantur.

Saepius citatur liber, qui utrum κόσμου ἱστορία inscriptus fuerit an βίβλος χρονική non satis exploratum habeo. Chil. XII enim v. 252 sqq. haec leguntur:

ἐγὼ δὲ νῦν τοὺς Μέτωνος ἐνιαυτοὺς εἰρήκειν,
καὶ μετρικῶς συνέγραψα τῇ κόσμου ἱστορίᾳ,
ἰάμβῳ μέτρῳ τεχνικῷ, κἂν ἀτελῆ καὶ ταύτην
ἀφῆκα βλέπων σύμπαντας τὸ (codd. τὸν) τεχνικὸν μισοῦντας,
τὰ βάρβαρα δὲ στέργοντας (sequitur specimen v. 264—295).

Ad eundem librum videntur spectare, quae leguntur Chil. XII, 718, ubi de crocodilo disputatur,

ὡς καὶ αὐτός που ἔγραψα χρονογραφῶν ἰάμβοις,

sequuntur novem iambi (v. 719—727) ex hoc chronographico libro deprompti.

Idem liber in Allegoriis Iliadis laudatur C, 659 sqq. Boiss. (655 sqq. Matr.) his verbis:

(ὁρᾶτε) καὶ τὰ ἐμὰ βιβλίδια, τὸ εὐτελές τε τόδε
οἰκονομίᾳ συγγραφέν, σπουδῇ τῇ τῆς Ἀνάσσης,
καὶ ὅπερ παρεσπάρη μοι τῆς χρονικῆς μου βίβλου
τῆς ἱστορούσης[87]) τεχνικοῖς ἰάμβοις τὰ τῶν χρόνων,
ἀλληγοροῦν δὲ σύμπαντα συντετμημένῳ λόγῳ.

(Versus ultimus post Ἀνάσσης inserendus videtur.)

Ad eundem librum nescio an sint referendi Alleg. Odyss. λ versus 94 sqq.:

ὥνπερ αἱ κλήσεις Ὠτός τε καὶ Ἐπιάλτης ἦσαν,
οὐς ψυχικῶς, στοιχειακῶς ἐν στίχοις ἰαμβείοις
πρότερον ἠλληγόρησα,

et Alleg. Odyss. θ v. 59:

ταῦτα (scil. de Hephaesto) δὲ ἠλληγόρησα πρὶν ἰαμβείῳ μέτρῳ.

Postremo ex eodem opere videntur desumptae 'Allegoriae mythologicae, physicae et morales' quae Paris. 1616 a F. Morellio editae sunt, quippe quas iambis scriptas esse nunc constare videatur cf. Henrichsen 'Ueber die sogenannten polit. Verse' p. 112 sq. et adnotationem editorum in Mus. rhen. nov. vol. V (1847) p. 474.

Atque valde dolendum est hunc librum, quem ante Allegorias Iliadis i. e. ante annum 1147 compositum esse apparet, ad nostram non pervenisse notitiam, utpote cuius natura ab historiarum, qualis in Chiliadibus exstat, farragine non diversa videatur fuisse.

---

[87]) τῇ χρονικῇ μου βίβλῳ | τῇ ἱστορούσῃ ci. Boissonade.

Maiora etiam adiumenta ad scriptorum veterum emendationem, si servatum esset, aliud Tzetzae opus adferret, quod Chil. XI, 253 sqq. ipse nominat:

'Αλλ' ἤδη cε cυνέχεεν ὁ ἀμαθὴc ἐπάρχῳ,
ὁ λογιστὴc τῶν παλαιῶν, οὗ δι' ἰάμβων βίβλοc
τῶν λογιcμῶν γραμματικῶν, ῥητόρων, φιλοcόφων,
τῶν μετρικῶν, ἱcτορικῶν, μηχανικῶν, τῶν ἄλλων,

cf. ibid. v. 360. Quomodo Tzetzes de tam varii argumenti scriptoribus disputaverit, ex loco cognoscitur Tzetzae commentarii ad Aristophanis Ranas, cuius specimen a Keilio editum est in Mus. Rhen. nov. vol. VI (a. 1848, p. 616—618 'Die Scholien des Tzetzes zu Aristophanes'): eadem repetita sunt a Nauckio in Lexico Vindobonensi p. 249 sqq.: leguntur p. 618 Keil (p. 252, 3 sqq. Nauck) haec: ἅπερ εἰ θέλοι τις ἀκριβῶc γνῶναι, ἀναλεξάcθω βίβλον ἐμὴν, ἐν ᾗ παντοίων cοφῶν πραγματείας ὑπέβαλον λογιcμοῖc, Εὐριπίδου μὲν πεντήκοντα δύο, καὶ ἑτέρων παντοίας τέχνης cοφῶν βίβλους ἑκατὸν ἐννεακαίδεκα, ὧν πacῶν λογιcμοὺc βίβλος μία ἐμοῦ περιέχει cτίχοις ἰάμβοις τοῖc πλείοcιν, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ μέτρων ἑτέρων, καὶ ἕτεραι δὲ βίβλοι ἐμοὶ ἔχουcιν ἑτέρων cοφῶν λογιcμούc, οὐ μάτην καὶ ἐναντίως οὐδὲ κατ' ἔχθραν, οὐ πημαίνοντός μού τινων (τινα corr. Nauck), ἀλλά τινας μὲν ἐλέγχοντος τοῦ περὶ τὴν τέχνην ἕνεκα πλημμελοῦc καὶ τοῦ διαμαρτάνειν πραγμάτων ἢ χρόνων ἢ αὐτοὺc λέγειν ἑαυτοῖc ἐναντίον, οὐκ ὀλίγους δὲ ὥcπερ τὸν Cταγειρόθεν καὶ Γαληνὸν καὶ τὸν Πλούταρχον καὶ οὐ βραχεῖc ἑτέρους τοιούτους. (Cf. schol. ad Hermog. p. 131, 31 sqq.)

Logismorum fere exempla videtur afferre in prooemio ad schol. in Aristoph. p. 111, 3 sqq. Keil. (p. 234, 6 sqq. Nauck): ὁ ἐκ Cταγείρων αἰθέριοc νοῦc, ὁ τοῖc νέοις cοφοῖc τοῖc ἀνεγνωκέναι μαθήματα λέγουcι διδάξαc τὰc νυκτερίδαc λέγειν εἶναι τετράποδας καὶ ὡc ὀcτέον ἔχουcιν αἱ τῶν ἵππων καρδίαι καὶ βοῶν δέ τινων (hist. anim. II, 15. de part. anim. III, 4) κτλ. Δεινὸν γὰρ ἂν εἴη καὶ ἄτοπον, εἰ Εὐριπίδης οὐκ ὢν φιλόcοφος ἐκωμῳδήθη 'cώφρων μᾶλλον' εἰπών (cf. Eurip. Alcest. 182 cum Aristoph. Equit. 1252 sqq., neque vero Tzetzes Aristophanem intellexit, cf. schol. ad Aristoph. et Suidam s. v. κλέπτης), ὁ πανδαὴc δὲ (sic codex ex Studemundi collatione) καὶ αἰθέριοc καὶ πάντας ἁπλῶc cοφοὺc διαcύρων ψυχὴν 'ἀθανατωτέραν' εἰπών (Aristot. de anima I, 5, 21 ed. Oxon.) καὶ μυρία μυριάκιc ἕτερα ἄτοπα.

Commemoratur praeterea in Chiliadibus metaphrasis Ptolemaei geographiae, quae tamen a Tzetza non edita est; nam postquam ex hoc opere iambis composito Chil. XI, 897—980 specimen exscripsit, cui in Chiliadum recensione ultima hoc scholion additum est: ἴαμβοι ἐμοὶ ἐκ τῆc εἰc τὴν Πτολεμαίου χωρογραφίαν μεταφράcεωc, v. 985 sqq. haec leguntur:

Τοιαῦτα γράψας καὶ τοσαῦτα βιβλία,
κἂν οὐ μετεγράφησαν, οἷς νόει τρόποις,
πρωτοσχεδῆ κεῖνται δὲ καὶ πεφυρμένα.

Iambos κλιμακωτούς, qui ad Manuelis imperatoris mortem pertinent, editos a Matranga in Anecd. gr. vol. II, p. 619 sqq. et drama, quod eos excipit apud Matrangam, Ioanni Tzetzae abiudicanda esse in fine capitis octavi huius commentationis demonstrabo.

Caput VIII.

De Ioannis Tzetzae trimetris iambicis.

Ioannes Tzetzes cum opusculum περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαφορᾶς iterum ederet coniunctum cum duobus opusculis, quae inscribuntur: περὶ κωμῳδίας et περὶ τραγικῆς ποιήσεως (cf. supra p. 35 sq.), illi opusculo, quod aeque ac cetera duo versibus iambicis compositum est, post inscriptionem (Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου στίχοι περὶ διαφορᾶς ποιητῶν) haec verba praefixit: λογιζέσθωσαν δὲ (scil. οἱ στίχοι) μὴ ὡς στίχοι ἀλλ' ὥσπερ συντάγματα καταλογάδην γραφόμενα, alteri opusculo haec: ἴαμβοι τεχνικοὶ περὶ κωμῳδίας: atque in ipso initio horum versuum *artificialium* illos trimetros de poetis ἀτέχνους *(inartificiales)* appellat. Adde quod in schol. ad Hes. Op. et D. p. 11 iidem versus αὐτοσχέδιοι vocantur. Illud τεχνικοί autem etiam ad versus alterius opusculi, quod inscribitur περὶ τραγικῆς ποιήσεως, referendum est. Atque Henrichsen, qui ante me hanc quaestionem tractavit in libro qui inscribitur: Ueber die sogenannten polit. Verse p. 33 sq. rečte iudicat, ut cognoscatur, quibus rebus duo illa versuum iambicorum genera inter se discrepent, ab aliis eiusdem Tzetzae locis esse proficiscendum, ubi certae quaedam leges vel potius licentiae, quas et aequales sui sequantur et ipse antea secutus sit, acriter ab eo perstringuntur.

Ac primum quidem exscribendum est scholion, quod a Tzetza septem trimetris iambicis additum est, qui in Chil. III, v. 58 sqq. versibus politicis inserti sunt: Στίχοι ἐμοί. Ὅτε ταῦτα ἔγραφον, ἔτι κατεχρώμην τοῖς διχρόνοις ὡς οἱ βούβαλοι. Deinde in extrema epistula 9 quattuor leguntur iambi (id quod Pressel non videtur intellexisse), quorum alteri, qui in ἀπόροις exit, hoc adiunctum est scholion: Ἀπόροις τὸ α βραχύ, μακρὸν κακῶς ἐγραψάμην αὐτό· ἔτι γὰρ αὐτὸς εἰπόμην τοῖς βουβάλοις. Accedunt quae ad trimetros adnotavit iambicos, in quos prima epistula exit eorumque secundus incipit a verbis Οὐδ' ἀχαριτόγλωττος (ap. Pressel. p. 3 adnot. 3 cf. Boissonad. Addenda ad edit. Alleg. Il. p. 390 sq.): ἀχαριτόγλωττος] καὶ ἓν τῶν δασέων ἐκτείνει ὡς παρ' Ἱππώνακτι τόδε·

ἦν αὐτὸν ὄφις τὼντικνήμιον δάκοι (cf. Bergk. poet. lyr. ed. III. part. II, p. 766, 6. Tz. schol. ad Lyc. p. 596 sq.) καὶ παρ' Αἰσχύλῳ·

φαιοχίτωνες καὶ πεπλεκτανημέναι
δεινοῖς δράκουσιν· οὐκέτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.

(Choeph. 1049 sq.) οὕτως ἔχεται τοῦτο (scil. prius α in ἀχαριτόγλωττος) καὶ κανόνος· τὸ δὲ πλέον οὐχ (a me adiectum est οὐχ), ὅτι τότε καὶ διχρόνοις κατεχρώμην ὡς οἱ βούβαλοι· ὅθεν ἀβοήθητον δίχρονόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· τὸ ἀχαριτόγλωττος τὸ ρι. Denique hic erunt exscribenda, quae de epistula dicit ad Isaacum fratrem data p. 12: ἦν διὰ τὸ ὑπερπαθῆσαί με καὶ διὰ τὸ καταχρήσεις πολλὰς αὐτὴν ἔχειν τῶν διχρόνων, διὰ στίχων γὰρ ἦν ἰάμβων, χιάσας συνεπάτησα. Cf. etiam locum ubi queritur de neglegentia aequalium in vocalibus διχρόνοις et nominibus propriis adhibendis: in schol. in Hes. Op. et D. ad v. 412 et in versibus de filiorum educatione (post Chiliad. edit. p. 509 sqq.) v. 190 sqq., v. 205 sqq.

De eadem re fusius agit versibus iambicis, qui scholio ad Aristophanis Plutum v. 137 adiuncti editi sunt in Philologi vol. XXV, p. 687—691. Descripti sunt ex codice Parisino Supplementi 508, adnotatione instructi a Mauricio Schmidt. Ibidem nonnullae exponuntur regulae ad διχρόνους in ordinibus quibusdam verborum recte adhibendas.

Non dubium videtur quin Tzetzes etiam iambos illos de poetis maxime propterea reprehendat, quod in iis eodem modo vocalibus α, ι, υ usus sit, quo aequales sui, nec magis dubium quin in artificialibus iambis certas quasdam leges observaverit, quibus ad antiquos poetas propius accedere sibi videretur.

Sane graviter errat Henrichsen, qui Tzetzam ea ad suam ostentandam artem dixisse opinatur, revera autem iambos artificiales in ea tantum re ab inartificialibus discrepare, quod nonnulli sint immixti pedes trisyllabi. Intercedit etiam aliud discrimen inter hos et illos iambos, tametsi Ioannes Tzetzes etiam in iis, quos meliores existimat, iambis a veterum poetarum consuetudine prorsus recessit atque, cum veterem prosodiam iam non sequi se posse ipse perspiceret, suam legem de vocalium ancipitum usu ex iis deprompsit, quae a grammaticis partim recte proposita partim male inventa erant ad explicandas difficultates, quae in poetis epicis occurrebant.[87])

[87]) Quas leges in versibus pangendis poetastri illius aetatis secuti sint, magis iam videtur vulgatum quam ut a me hic sit repetendum. Cf. ea quae qui primus has indagavit leges, Struve in libello scholastico exponit qui inscribitur: Ueber die prosodischen und metrischen Gesetze des spätern griechischen jambischen Gedichts Regim. 1820 (repet. in Friedemanni et Seebodii Miscellaneis criticis vol. II. p. IV, pg. 637 sqq.). Praeterea cf. quae Henrichsen in libro laudato p. 9 sqq. exposuit; denique quae ad eam rem explicandam, quod in fine horum versuum ubique paroxytona inveniuntur, proposita sunt a Ritschelio in Opuscul. philolog. vol. I, p. 296 sqq. et a Sauppio in Mus. Rhen. nov. vol. II, (a. 1843) p. 444 sqq. Satis mirum est quod a R. Westphalio in libro, qui inscribitur: Metrik der Griechen, vol. II, p. 55 (ed. II) contenditur, cum omnes Byzantinos tum Tzetzam in tractatu de tragoedia prosodiae ratione non habita syllabas numerasse.

Atque tria sunt, quibus a prioribus versibus artificiales discrepant:

I. Syllabae, quae continent vocales α, ι, υ (ε, ο), in fine tantum verborum et in monosyllabis ancipites usurpantur: liberius versatur Tzetzes in nominibus propriis.
II. Pedes trisyllabi admittuntur.
III. Paenultimam versus syllabam accentum habere non oportet.

Iam ut melius diiudicari possit, quae ratio intercedat inter versus inartificiales et artificiales, primum explicandum erit, quomodo in versibus inartificialibus opusculi de differentiis poetarum vocalibus α, ι, υ, ε, ο usus sit: adiungenda erunt nonnulla, quae ad alias, quas proposui, discrepantias attinent.

Saepius fit ut syllabas breves pro longis adhibeat quam ut longas pro brevibus, atque in longis sedibus hae syllabae inveniuntur, quae litteris inclinatis sunt impressae:[88]) in v. 5. *σὺ* γένος (cf. 174 *σὺ* μαθών). 7. *λυ*ρικήν (cf. 13 et 18). 8. τρα*γι*κήν (cf. 66. κατυ*ρι*κός in vv. 9. 53. 60. 73b. 95. 125. λυ*ρι*κόν 142. ἱστο*ρι*κήν 169). 9. *σα*τυρικόν (cf. 53. 60. 73b. 95. 109. 112. 125. 126). 9. δι*θύ*ραμβον. 12. *σα*φηνιστέον. 14. *τὰ* μέλη (cf. 106. ταῦτα· τὰ. 143. 148). 18. σύστημα τόδε (cf. 32. 46). 20. Ἴβυκος. 22. δεκὰς ἀρίστη. 23. *τρα*γικήν (cf. 138). 23. μάν*θα*νε (cf. 25. 87. 107. 113. 133). 27. *ἀδι*κίας. 29. ἀντιλέγειν. 31. *τριό*δοις. 32. γλυκὺν ὕπνου. 34. θόρυβον. 43. ἅμα (cf. 95). 44. τρυγὶ καταχρίσαντες. 45. ἀγνωστο*φα*νεῖς (cf. 84 Ἀριστοφάνης). 46. ἐσωφρόνισε. 50. ἐαρινῷ. 59. *ἅμα* τε (73b. σύναμα κωμωδίᾳ). 62. ἔφασαν. 65. σύσταιν. 67. Παλαμήδεις. 68. *ἀγε*ρωχίας. 70. ἅρπαγά *τινα*. 73b. *σύ*ναμα (cf. 133). 75. διαφοράν (cf. 107). 79. ἴδιον. 80. Σουσαρίων. 85. *κατὰ* (cf. 136). 86. *Φι*λήμων. 88. Φρύνιχον. 89. ὕστατος· Εὐρι*πί*δης. 91. κατυρικόν (cf. 125). οἶδα μόνον. 97. τρισὶ χοροστάταις. 100. δημοσίαν. 101. *θυ*μέλῃ (cf. 104). 104. ἅπαντα. 108. εἴκοσι τέσσαρες. 109. ἑκκαίδεκα δέ. 119. *παρὰ* (cf. 121. 136). 121. τρύγα δέ. 123. τετράγωνον. 126. *πρὶν* ἑκάλουν. 132. γράμμασιν. 139. γεγραφώς (cf. 10. 144. 156). 146. *στίχον*. 147. ᾄσματοκαμπῶν. 152. ἐξέδραμε *θύ*ρας. 157. Παρίου. 162. *ἀλλά* τις. 165. ἰαμβογράφων. 172. Ἀντίμαχος.

His verbis, ubi vocales α, ι, υ productae sunt, tria addenda sunt nomina propria, ubi ε et ο producuntur, i. e. in vv. 40. 117. Διονύσου. 153. Σεμέλης. 157. Ἀρχίλοχον.

[88]) Accedunt ad 175 versus, qui in Duebneri editione leguntur, duo versus ex Bachmanni codice, alter qui inserendus est inter versum 73 et 74 atque significandus 73b, alter in fine totius tractatus.

Apparet Tzetzam in iambis inartificialibus vocales διχρόνους α, ι, υ nulla lege observata produxisse, in vocalibus autem ε, ο nusquam a communi usu recessisse nisi in nominibus propriis.

In paribus sedibus fere saepius leguntur spondei quam vocales δίχρονοι correptae.[89]) Spondei occurrunt in v. 20. Ἀλκαῖος.[90]) 67. Παλαμήδεις. 77. πρῶτον τὴν.[91]) 84. Ἕρμιππός τε. 86. Φιλήμων. 89. Μνησάρχου. 131. Φιλοκτήτου. 145. τὸν Διόνυσον γράφοντες. Apparet plerosque admissos esse in nominibus propriis. Longae vocales δίχρονοι in brevibus sedibus usurpatae sunt in v. 9. διθύραμβον. 40 et 117. Διονύσου. 67. Φοίνικας. 88. Φρύνιχον. 105. ἐκμιμούμενοι. 130. μίμοις, quarum cum dimidia pars in nominibus propriis reperiatur, veri non videtur dissimile conicere Tzetzam in paribus sedibus non solum spondeos nisi in nominibus propriis non adhibuisse, sed etiam magnopere id studuisse, ne qua vocalis δίχρονος ipsis his versus sedibus falso poneretur. Pes trisyllabus nusquam invenitur nisi quod in v. 171, si verba integra putas, dactylus in tertio pede est legendus: cum vero in unico Bachmanni codice versus ita scribatur

Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πανύασις τρίτος

ceteri autem codices omnes pro Πανύασις habeant: Πάνυσις, in Barocciano etiam signo longae syllabae super υ posito, dubium non est quin Tzetzes metri causa vocales υα in unam syllabam contrahendas esse putaverit, ut hac forma in versu posita ubique pedes sint disyllabi. Et Πάνυσις forma iam a Meinekio frgmtt. comic. graec. vol. II, p. 2, p. 1250 in versu posita est.

Omnes versus in paroxytona exeunt praeter unum versum 20, qui in properispomenon exit, cum in nomine proprio Ἀλκαῖος trochaeum in pede sexto admiserit.

Iam transeamus ad iambos artificiales, quibus opuscula περὶ κωμῳδίας et περὶ τραγικῆς ποιήσεως composita sunt.

Omittendus est ex 92 versibus prioris opusculi versus 33, qui nimis est corruptus. In fine v. 14 signum interrogandi est ponendum. In v. 57 ἐπιρρήματι est dividendum in ἐπίρρημά τι. In initio v. 66 τὴν δ' ἀντῳδήν pro ἀντῳδήν legitur in codicibus, etiam Crameri: quae forma haud scio an a Tzetza ex epicis ὀρόωσα, γελόωντες ficta sit ad spondeum in altera sede vitandum.

Magis sunt corrupti versus alterius quod nominavimus opusculi, neque magno sunt adiumento codices a Cramero collati, cum facile

---

[89]) Tzetzes in tractatu de metris p. 309, 3 ipse dicit hoc versu: ὁ δὲ σπονδεῖος εἰς τὰς τρεῖς· εἰς πρώτην, τρίτην, πέμπτην (scil. πίπτει) spondeos etiam a deterioribus suae aetatis versibus in sedibus paribus prorsus abesse. — [90]) Quamquam fieri potuit ut syllabam και hiatu corripi censeret: cf. schol. ad Lyc. v. 158 et 847. — [91]) Fortasse πρῶτα scribendum est.

cognoscatur, ubi a Duebneri codice discrepent, ea magnam partem grammatico alicui deberi, qui ceterorum in versibus scribendis morem secutus, ubicumque Tzetzes ab iis videbatur abhorrere, versus suo arbitrio commutavit.[92]) Qua de causa ex 202 versibus (nam ad 200 Duebneri duo accedunt post v. 130 ex Crameri codicibus) omittendi sunt vv. 30. 43. 84. 96. 97. 109. 116. 175. 190. 191: accedunt, ubi verba poetarum veterum citantur, vv. 41. 56. 108. 112. 137.

Atque in opusculo, quod inscribitur περὶ κωμῳδίας, his syllabis pro longis usus est: in v. 5. μέχρι τέλους. 7. πόσα μέρη (cf. 8. 9. 11. 18. 52. 68. 73. 79. 84. 86. 92). 14. *τί* δέ. 19. ἑπτὰ δέ — εἰσι μέρη. 31. *σὺν* ἀντιστρόφῳ (cf. 49). 32. ἐπίρρημα λέγει (cf. 50). 33. πάροδος ὅλη. 34. ἐπὶ θέατρον. 37. διὰ τόπων. 40. ἑπτάκις ἐστραμμένος. 42. ὄρχημα τόδε (cf. 58). 47. *τις* ἐπίρρημα. 49. ἅμα τε. 51. ἐστι τόδε. 73. ἥρμοστο λόγοις. 76. λέξις ἅμα. 91. οὐχὶ κατ' εὐθύ.

Adiungenda sunt quae in opusculo περὶ τραγικῆς ποιήσεως inveniuntur exempla: 7. κλῆσιν ὁμοῦ. 9. κατὰ τύπον (cf. 153). 14. ἃ λαλεῖν (cf. 27. 71. 82. 87. 93. 169. 178). 17. *σὺν* ἰάμβοις (cf. 166. 197). 25. *τι* λέγειν (cf. 60. 111). 32. ἐπὶ τὸ — *μὲν* οὕτως. 42. τάχα λέγοντες. 49. δράματι δ' (cf. 55). 53. πάλιν ὁ (cf. 68). 54. *τι* κατάρχεται. 65. πολὺ συνηγμένος. 92. ἐννέα πεφυκέναι (cf. 122. 178. 186). 145. ὅταν ὁ. 159. ἕνα τε. 162. τρισὶν οἵπερ (cf. 192). 182. *τί* τέλος.

In sedibus paribus perraro longae vocales ancipites falso usurpatae sunt: semel occurrit ἐδείκνυ δῆθε in περὶ κωμῳδ. v. 35, ut spondeus evadat, saepius ἀκριβῶς, περὶ κωμῳδ. in v. 5. περὶ τραγ. ποιής. in vv. 34. 82. 87. 150. Quorum verborum cum alterum frequentius occurrat quam ut de spondeo neglegenter a Tzetza posito cogitari possit, cum vero ne correptio quidem secundae syllabae ullo modo excusari possit, dubium non videtur quin Tzetzes syllabam κρι brevem esse existimaverit.[93])

Efficitur igitur Tzetzam in iambis artificialibus vocalibus α, ι, υ, rarius ε, ο ancipitibus usum esse in fine tantum verborum et in monosyllabis: quae regula non tam ab ipso Tzetza excogitata quam ex aliquo libellorum videtur sumpta esse metricorum, qui eo tempore in manibus erant grammaticorum Byzantinorum. Observatur enim eadem regula in altera parte libri metrici, qui sub nomine

---

[92]) Cf. p. 343, 23 Cr. cum v. 18 D., p. 343, 25 – 26 Cr. cum 20—21 D., p. 345, 21 et 23 cum D. 79 et 81, p. 346, 3 Cr. cum 95 D., p. 346, 16 Cr. cum 107 D. — p. 346, 5 et 6 duo versus ex uno Tzetzae facti sunt, qui legibus metricis a Tzetza usurpatis vehementer repugnant (cf. quae postea de hiatu exponentur). Mirum est opusculum περὶ κωμῳδίας manum correctoris expertum non esse. — [93]) Etiam in his versibus nonnulli offeruntur manifesti spondei cf. π. τραγ. π. 55. υἱοῦ Θησέως. 67. ὁ θρῆνος δ' ἐστίν. 136. Εὐριπίδου. 139. ᾀδόντων.

Draconis Stratonicensis a Godofredo Hermanno editus est una cum Tzetzae scholiis in Homeri Iliadem Lips. 1812. p. 148, 22 sq.: Τὸ φύσει βραχὺ τότε παραλήψῃ ἐν τῷ μέτρῳ ἀντὶ μακροῦ, ὅταν ἐπὶ τέλει λέξεων εὑρίσκηται addito exemplo: Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχή (Hom. Ξ, 1).[94])

Venio nunc ad pedes trisyllabos. Inveniuntur dactylus in sedibus imparibus, anapaestus et tribrachys in paribus et imparibus excepto ultimo pede: iique maximam partem in vocabulis technicis occurrunt ut in παράβασις, περίοδος, πάροδος, πρόλογος, ἀνάπαιστος. Falso igitur a Meinekio in opusculi περὶ κωμῳδίας v. 8 ad pedes trisyllabos evitandos τῆς et δὲ delentur.

Haud ita raro Tzetzes regulam, cui aequales obtemperabant, neglexit, ut in fine versus paroxytonon esset ponendum cf. περὶ κωμ. v. 35. ποιούμενος. περὶ τραγ. ποιήσ. vv. 16. 18. 79. 167. περίοδον. 20. 81. ἔξοδον. 48. γίνεται. 95. ἐξάγγελος. 123. ἄγγελον.

Omnibus quae adhuc exposui luculenter demonstratur Ioannem Tzetzam omni modo studuisse in versibus artificialibus ab illo genere iamborum, quod ipse in tractatu de metris p. 308, 16 et p. 309, 5 κατατετριμμένον et καθημαξευμένον vocat, quam longissime recedere: eum tamen illo tempore non recta ratione ad vestigia veterum indaganda usum esse non videtur mirum.

Restat ut enumerem, qui iambi praeter illos, de quibus adhuc exposui, sint inartificiales, qui artificiales, praeterea ut indagemus, utrum in iis eaedem leges observatae sint, quas in illis statuisse mihi videor, necne.

Atque in numero versuum inartificialium habendi sunt iambi, qui passim occurrunt in scholiis ad Lycophronem[95]), deinde versus, qui inveniuntur in Exegesi Iliadis p. 93, 4 sqq. H. (p. 803, 7 B.) et p. 139, 12 sqq. H. (p. 834, 11 B.)[96]) (versus in schol. p. 155, 16 sqq. H. (p. 845, 6 B.) nimis lacunosi sunt). Eos quoque

---

[94]) Quae ibidem in fine explicationis eius regulae leguntur: ὅταν δηλονότι βραχεῖα οὖσα (scil. συλλαβή) καταπεραιοῖ εἰς μέρος λόγου, apparet ea esse a grammatico aliquo adiecta, qui eam potius regulam ad explicandas eiusmodi syllabas esse sequendam putabat, ex qua omnes in μέρη λόγου exeuntes syllabae ancipites essent habendae. Cf. eiusdem libri partem priorem p. 5, 25 sqq. — [95]) Maxima pars eorum a Bachmanno demum indagata est: cf. eius libellum scholasticum (Rostoch. 1848), qui inscribitur: Scholia vetusta in Lycophronis Cassandram, praef. p. IX adnot. 7. — [96]) In versu, qui legitur in Exegesi Iliad. p. 139, 12 H. (p. 834, 11 B.) a Bachmanno ita emendato:

〈ὁ Νάρ〉κισσος φιλόκαλος ἦν νεανίας

i. e. cum tribracho aut cum anapaesto in tertio pede, delendum est ὁ. Spondeum autem in nominibus propriis in paribus sedibus saepius occurrere (Νάρκισσος φιλόκαλος) supra pg. 69 docuimus.

versus, qui scholiis Hesiodeis passim admixti sunt, inartificialibus adnumerandos esse neque eos solum, qui antea compositi postea scholiis possunt inserti esse, sed etiam eos, quos eodem tempore quo scholia compositos esse apparet, satis mirum est, cum Tzetzes, quod iam supra commemoratum est, in his scholiis et saepius falsum vituperet usum vocalium α, ι, υ (cf. schol. ad v. 236), et nomina propria falso adhiberi dicat (cf. schol. ad v. 412), et suos ipsius versus de poetis αὐτοσχεδίους vocet (cf. Prolegg. p. 11 ed. Oxon.). Possunt a Tzetza postea scholiis addita esse, quamquam in codicibus, qui adhuc sunt collati a viris doctis, eius rei nullum exstat vestigium.

Accedunt qui a Tzetza ipso in ἀτέχνοις numerantur in epistula prima et nona (cf. supra pg. 66) et in schol. ad Hermog. p. 97, 31—98, 28 (29 iambi: οἱ στίχοι κατεχρῶντο δὲ νεάζοντι διχρόνοις).

Hi iambi ab iis versibus, in quos supra accuratius inquisivimus, ne in ea quidem re dissentiunt, quod in sedibus paribus longae vocales δίχρονοι rarissime correptae inveniuntur, fortasse quia facilius erat ex antiquis poetis statuere, quae vocalis esset longa quam quae brevis.

Hoc unum memorare attinet quod, cum omnes ceteri versus in paroxytona exeant, in scholiis ad Hesiod. Op. et D. duo in ea re discrepant iambi, quorum unus (in schol. ad v. 564) exit in λῃρήματα, alter (in schol. ad v. 302) in μακρηγορῶν: ex quibus tamen cum ille in ultimo 23 versuum, hic in fine scholii legatur, quod Tzetzes iis locis a suo ipsius usu discrepat, non tam eius neglegentiae videtur deberi quam eo factum consilio, ut haec discrepantia quasi manifestum esset signum finis orationis.

Quod in viginti illis versibus, quibus in initio scholiorum in Hes. Op. et D. in Proclum invehitur, quinque aperti spondei leguntur, ne id quidem casu factum est, cum iis praefixerit verba: Στίχοι ἰαμβικοὶ καὶ Δωρικοὶ πρὸς Πρόκλον. Cf. enim quae ad tractatum περὶ μέτρων adnotavit p. 308: Τὸ μέτρον τὸ Δωρικὸν παρέλειψα λήθῃ· δέχεται πλεῖον τῶν ἄλλων ἰαμβικῶν μέτρων κατὰ τὴν β΄ χώραν ἢ καὶ δ΄ ἢ ς΄ σπονδεῖον, σπανιάκις καὶ δάκτυλον ὡς ἰσόχρονον τῷ σπονδείῳ. Leguntur in 20 illis versibus in paribus sedibus quinque spondei.

Artificiales autem sunt versus iambici qui leguntur in Chil. XII inde a versu 264 usque ad v. 295, ut Tzetzes ipse ait his verbis (ibid. in vv. 253 sq.):

> Καὶ μετρικῶς συνέγραψα τῇ κόσμου ἱστορίᾳ
> ἰάμβῳ μέτρῳ τεχνικῷ κτλ.

Iam supra (p. 64) conieci hunc eundem esse librum, quem in Alleg. Il. C, 661 sq. Boiss. (657 sq. Matr.) χρονικὴν βίβλον vocat his verbis:

καὶ ὅπερ παρεσπάρη μοι τῇ χρονικῇ μου βίβλῳ
τῇ ἱστορούσῃ (sic videtur scribendum pro genetivo) τεχνικοῖς ἰάμβοις τὰ τῶν χρόνων,

ut eiusdem fuerint libri versus, qui leguntur in Chil. XII inde a v. 719—727, in quibus leges, quas supra exposui, una forma κέκρικεν, ubi κρι pro longa syllaba utitur, excepta observatae sunt: ipse praemittit hunc versum politicum:

ὡς καὶ αὐτός που ἔγραψα χρονογραφῶν ἰάμβοις.

Praeterea sunt artificiales versus 7 iambi in extrema epistula 106, et qui deprompti sunt ex metaphrasi Periegeseos Ptolemaei, in Chil. XI, 897 — XII, 4[97]), deinde Chil. XII, 508—512 de Hercule, 292 versus de filiorum educatione, qui excipiunt Chiliadas, iambi ad Camaterum ibidem p. 520—522, iambi, qui in posteriore recensione epistularum et Chiliadum in scholiis leguntur et satis magno erunt documento, quantopere Tzetzes a priore consuetudine in versibus scribendis recesserit, ut ne laxiore quidem scholiorum forma eius animus ad priorem licentiam in διχρόνοις usurpandis revocatus sit. Nominandi sunt praeterea 25 iambi, qui leguntur in scholiis ad Hermogenem p. 133, ubi in v. 5 pro Ἄρεος ὡς scribendum Ἄρεως: postremo 117 versus in scholio ad Aristoph. Plutum v. 137 (in Philologi vol. XXV, p. 687—691), quorum iam supra (p. 67) mentionem fecimus.[98])

In his versibus omnibus eas sequitur leges, quae supra expositae et demonstratae sunt, nisi quod in nominibus propriis in priore consuetudine perstitit: breves enim syllabas ancipites etiam mediis in verbis adhibuit, cf. Chil. XII 266 Διόδωρε. 271. Ψαμμιτίχου, in schol. ad Hermog. p. 133, 16. Μαραθῶνι, ne omnia enumerem, quae in nominibus propriis in metaphrasi Ptolemaei sunt vituperanda.

Repugnat praeterea legibus δυσμορίας solum, quod producta syllaba μο legitur in tractatu de fil. educat. v. 131.[99]) Ubi non videtur dubium quin Tzetzes secutus sit legem quam saepius in scholiis ad Lycophronem proponit: cf. quae ad versum 719, ubi codex eius habebat δομήσαντες, ab eo sunt adnotata: τὸ δο μικρὸν ὁ Τζέτζης γράφει, τιθεὶς ἄνωθεν αὐτοῦ μακράν, καί φησιν, ὅτι ἐκτείνεται ὑπὸ τοῦ μ, καὶ ἔστι κοινὴ συλλαβή· τὰ γὰρ ἀμετάβολα ἐκτείνει ὁπόταν ὁ μετρικὸς βούλοιτο (cf. schol. ad vv. 727. 796. schol. ad Hes. Op. et D. vv. 22. 113. 460. 612). Cf. quae in scholio ad epist. 1,

---

[97]) Πέρατος quod deprehenditur in v. 925 producta altera syllaba aeque atque illud κέκρικεν neglegentiae Tzetzae tribuendum est. — [98]) In v. 15 videtur scribendum pro κατέκαμπτε — κατέγναμψε. V. 102 plane est corruptus, cum non solum duae producantur vocales altera in initio verbi altera medio in verbo sed etiam in quarto pede spondeus occurrat: qui tamen quomodo sit sanandus, non satis mihi constat. — [99]) Ψευδόμενον ibidem in v. 174, quod Kiessling in textu posuit, spondeum in quarto pede efficit. Codex habet ψούμενον, quod tamen quomodo sit corrigendum nescio.

quod supra pg. 66 sq. exscripsi, de aspiratae vi dicit, quibuscum est conferendum scholion ad Lyc. v. 235. Vnde efficitur Tzetzam perraro etiam mediis in verbis productionem brevis vocalis admisisse, sed ne hic quidem arbitrium suum sed certas leges secutum.

Proparoxytona in exitu versuum admittuntur in iambis de filior. educat. in v. 54. πράγμαcι, 113. παιδεύομεν, 226. ἐκπαλάccεται, 256. τιμώμενον, in Chil. XI, 970. Πέργαμος.

Trisyllabi pedes occurrunt in nominibus propriis in Chil. XI, 970 et 973 (in v. 963 καὶ est delendum).

Ut pauca de hiatu addam: hiatus in iambis artificialibus saepius occurrit quam in inartificialibus, nescio an ea de causa, quod in illis componendis animum magis attendebat ad διχρόνους recte usurpandas quam ad hiatum evitandum. In tractatu de tragoedia, cuius versus omnium minime videntur elimati et expoliti, saepius, ubi versus hiatu laborat, corrector ille byzantinus, quem supra commemoravimus (cf. pg. 70) loco qui videbatur corruptus[100]) immutando studuit mederi. Quo opusculo excepto omnium qui leguntur hiatuum duae partes inveniuntur post diphthongos, quae in υ exeunt, saepissime post αὖ. Cf. Chil. XI, 916. οὖ Ἐνδενίc. 930. ἡ δ' αὖ ἑῴα. de fil. educ. 64. εὖ εὐβουλίαc. 227. ἐν δ' αὖ Ἀθήναιc. Schol. ad Chil. XIII, 614. ἃ δ' αὖ Ὅμηροc. Schol. ad. epist. 4. p. 5 sq. adnot. 2. αὖ Ἡρακλῆc. περὶ κωμῳδ. 58. αὖ ἀντεπίρρημα. Schol. ad Hes. Op. et D. v. 564. in v. 16 αὖ ἐλάττους: υ vero ante vocales similiter ac germanicam *v* id temporis pronuntiatam esse constat, cf. Mullach. Grammat. d. griech. Vulgärspr. p. 109.

Superest ut de opusculis exponam, quae a Matranga Anecd. gr. vol. II p. 619 sqq. sub Tzetzae nomine edita sunt et inscribuntur Cτίχοι τοῦ Τζέτζου ἴαμβοι κλιμακωτοὶ[101]) πρὸc τὸν βαcιλέα κῦριν Μανουὴλ ἐπιτάφιοι (sunt 91 versus), alterum cτίχοι ἴαμβοι (57 vv.). Atque alterum, quo continetur colloquium inter agricolam, virum sapientem, chorum, musas, etiamsi prorsus ad Tzetzae quadraret ingenium, ei abiudicandum esse censeo non solum quia alibi ibique plenius (continet 122 versus) sub Plochiri nomine legitur (cf. appendicem ad Euripidis fragmenta edita a F. G. Wagnero Paris. 1846 pg. 79 sqq.), sed etiam quod inter 57 versus poematis, quo nulla lege astrictae vocales δίχρονοι usurpantur, novem inveniuntur versus, qui non in paroxytona exeunt: quod Tzetzam in

[100]) Cf. p. 343, 10 Cram. cum v. 5 Duebn. p. 344, 25 Cram. cum v. 52 Duebn. — [101]) Κλιμακωτοί appellati sunt, quia in initio uniuscuiusque versus verbum, in quod praecedens versus exit, repetitur, quasi quis, qui scalas aegre ascendat, alterum pedem, priusquam pergat scandere, in eundem soleat trahere gradum.

artificialibus versibus haud ita raro, in inartificialibus autem bis idque in ultimo complurium versuum fecisse supra demonstravimus (cf. pgg. 71. 72. 74). Ac ne eos quidem qui praecedunt iambos, quos anno 1180 in mortem Manuelis imperatoris conditos esse constat, existimo esse Tzetzae, cum qui posteriore aetate iambos non scripserit praeter artificiales quos vocat, qui metaphrasin Ptolemaei et historiam mundi, id est totos libros, ut videtur, artificiali illo metro composuerit, eum verisimile sit etiam anno 1180 easdem leges secuturum fuisse. Qui tamen versus ut meliorum iamborum leges sequantur, tantum abest, ut vocales α, ι, υ non aliter quam in versibus inartificialibus usurpentur, ut etiam in paribus sedibus, ubi Tzetzes fere semper vocalibus ancipitibus recte uti solet, eaedem vocales saepissime falso adhibitae legantur. Atque valde est dolendum Matrangam, ex quo codice duo illa poemata descripta sint, non addidisse, ut quomodo Tzetzae potuerint attribui, erui nullo pacto possit.

Pauca sunt addenda de excursu, quem Guilelmus Seelmann dissertationi inaugurali 'De propagatione scholiorum Aeschyleorum' (Hal. 1875) adiunxit, qui inscribitur: 'Quo ordine Tzetzarum libri editi sint' (p. 33—37). Etsi Seelmann multos locos recte cognovit, unde ad tempus accuratius statuendum proficiscendum est, tamen multum abest, ut recte iis usus sit. Satis est ea enumerare, in quibus erravit: pg. 33 iambos climaticos (? i. e. κλιμακωτούς) ab Ioanne Tzetza scriptos esse censet. — Pg. 34 existimat Isaacum Tzetzam anno 1143 mortuum esse, quo anno bellum illud confectum sit: neque igitur intellexit (cf. supra pg. 10) exercitum iam autumno anni 1138 domum rediisse. — Ibidem Isaacum Tzetzam et Isaacum Berrhoeae eparchum confundit (cf. supra cp. II). — Satis mira sunt, quae de Exegesi Iliadis profert p. 37: 'Exegesis in Iliadem post Var. Hist. scripta est. Nulla enim mentio eius in Var. Hist. fit. Accedit, quod in ea seniliter loquitur et iuventutis suae tamquam peractae meminit (p. 128. cf. 15, 12)'. Num Tzetzes ullo loco Chiliadum hoc dixit se in Chiliadibus omnium librorum mentionem facere, qui eo tempore iam confecti essent? Praeterea Seelmannus, si Ioannis Tzetzae Prolegomena ad Aristophanem, quibus Tzetzes ipse Exegesin ἔτι νεάζοντα se composuisse ait (cf. pg. 15), praesto non erant, ex ipsa Exegesi cognoscere debebat, qua aetate Exegesis scripta esset: cf. Exeg. p. 6, 28 H. (p. 748, 21 B.) et schol. p. 130, 15 sqq. H. (p. 828, 23 sqq. B.).

EXEGETISCHER COMMENTAR

ZU

PLATOS THEÄTET

VON

HERMANN SCHMIDT.

Einleitung.

1. Die Personen des Dialogs.

Doch tritt an uns hierbei zuerst die Frage heran: Haben wir auch das Recht, auf Grund der Endung der Wortform Τλαciαϝo auf die Endung des Genetivus singularis zweiter Declination zu schliessen, da Τλαcίαc (Τληcίαc) doch gewöhnlich der sogenannten ersten Declination zugezählt wird. Aber die Genetivendung dieser Masculina erster Declination unterscheidet sich ja von der Genetivendung der Feminina derselben Declination, und jene entspricht z. B. in Ατρειδα-ο dem zweiten ο in den Genetiven auf -οϊο, -ojo, -οιο und οο; nun hat freilich das Arkadische auch im Genetiv der Feminina den Ausgang αυ, wohl aus ursprünglicherem ᾱο entstanden; also dieselbe Endung, wie die Masculina erster Declination, wie das eben erwähnte Ἀτρείδαο, demnach könnte es scheinen, als ob die Masculina und die Feminina der ersten Declination zusammen in eine und dieselbe Kategorie gehören. Aber dies ist eben nur Schein, denn erstens ist ein solcher Genetivus singularis der ersten Declination, wie Ζαμίαο, Teg. Inschr. 20, nur eine vereinzelte Erscheinung, in der eben vielleicht das auslautende ο aus ursprünglicherem οc = ăs erklärt werden kann (vgl. Gelbke, de dial. arcadica in C.s Stud. II, 34 flg.) und dann ist zu bedenken, dass die männlichen Stämme auf ᾱ, wie Τλαcια-c wenigstens zum Theil aus Stämmen der zweiten Declination, aus Stämmen auf αο, deren Endung nach Angleichung der Vocale zuerst zu lang ᾱ wurde, die also, wenigstens zum Theil, ursprünglich nach der zweiten Declination flectirt wurden, woher auch deren speciell der zweiten Declination zukommende Ausgänge im Nominativus und im Genetivus singularis stammen.

Freilich sucht Delbrück (Syntaktische Forschungen S. 6 flg.), hierin J. Grimm in dessen Abhandlung: Die Vertretung männlicher Stämme durch weibliche Stammformen, folgend, es wahrscheinlich zu machen, die männlichen Stämme auf lang ā (ᾱ), namentlich aber die auf τᾱ seien ursprünglich durchgängig Feminina gewesen und nur infolge eines Bedeutungswechsels zu Masculinis geworden. Hätte Delbrück mit dieser seiner Ansicht recht, so wären die angegebenen Stämme nie Stämme der sogenannten zweiten Declination gewesen. Das kann man ihm aber nicht zugeben, sondern höchstens nur soviel, ein Theil dieser Stämme und namentlich der Stämme auf τᾱ sei möglicherweise ursprünglich weiblich gewesen und dieser Theil mag demnach ursprünglich auch ganz, wie die weiblichen Stämme auf lang ᾱ, declinirt worden sein.

Es sind nämlich ursprünglich durchgängig — sei es Collectiva sei es Abstracta auf tā, die im Altindischen, Slavischen, Griechischen und Litauischen vorkommen, die in einzelnen Fällen wenigstens in zwei der angegebenen Sprachen männliche Wesen bezeichnen oder wenigstens doch als Apposita zu Worten, die solche bezeichnen, gebraucht werden, dabei aber im Skt. noch selbst weiblich bleiben, im Slavischen dagegen schon das männliche Geschlecht annehmen (vgl. darüber auch Miklosich, Vergl. Grammatik d. slav. Sprachen 2, S. 163).

Als solche, ursprünglich weibliche Stämme sieht D. auch die griechischen Stämme auf -τᾱ- an, welche im Nominativus singularis τας (της) lauten. Ein solches ursprüngliches Femininum, wie etwa βιοτή und τελευτή, soll ursprünglich auch ἱππότης (bei Homer ἱππότα) gewesen sein; '*ἱππότα f. sagt D., hiess die Gesammtheit der Rosse, die Reiterei. Nun konnte man gewiss bei solchen Collectiven das Verbum im Plural gebrauchen, wie man sagt, ὡς φάσαν ἡ πληθύς, und so konnte es leicht geschehen, dass ἱππότα in den Plural trat. Sind nun ἱππόται die Gesammtheit der Wagenkämpfer, so ist natürlich ἱππότα einer unter diesen. Dass nun das Wort Masculinum wurde, ist selbstverständlich, da es ja immer nur als Bezeichnung männlicher Wesen gebraucht wurde. Uebrigens ist wohl zu beachten, dass alle diese Wörter noch der Anlehnung an andere Masculina bedürfen. Sie stehen meist appositionell, und man kann noch die masculinischen Hauptwörter erkennen, von denen sie ihr Genus empfingen'. Dazu bemerkt D. noch, dass diese griechischen Stämme nicht von Anfang an das Nominativ-s als Zeichen des männlichen Geschlechts gehabt haben sollen, wobei er sich auf Homerische Nominative, wie ἱππότα und ähnliche Erscheinungen beruft und zugleich auf Brugman in G. C.s Studien IX 259 figg. verweist, der aber es gar nicht einmal versucht hat nachzuweisen, dass ἱππότα u. s. w. nie auf ein auslautendes s ausgelautet habe. Homerisches Griechisch ist aber für uns lange nicht mehr ursprüngliches Griechisch, und wenn ἱππότας oder ἱππότης in den homerischen Gedichten nicht vorkommt, so ist damit durchaus nicht gesagt, dass es nicht ursprünglich im Griechischen so gelautet haben kann.

Ferner ist die Bemerkung D.s, dass neben den männlichen Stämmen auf -τᾱ (Nom. τας oder της) andre auf -τηρ nebenhergehen und zum Theil sich mit ihnen vermischen, unleugbar richtig; was aber daraus gefolgert werden kann, sehe ich nicht wohl ab. D. meint freilich, das sei auch eine Veranlassung gewesen, ursprünglich weibliche Stämme auf -τᾱ zu männlichen zu machen, und zwar sei, wie Brugman, auf den er geradezu verweist, in G. C.' Studien IX S. 404 vermuthet, z. B. ὀρχηστής aus dem Stamme ὀρχηστήρ gebildet, indem an das Suffix τηρ noch das nominativische ς angehaucht wurde, vor welchem alsdann das vorangehende ρ schwand, wie z. B. neben δελφίν noch eine Form δελφίς aus δελφινς entstanden existire, und darauf sei diese Nominativform ὀρχηστής die Veranlassung geworden, das Wort auch vollständig nach der ersten Declination zu flectiren, also zu einem männlichen -τᾱ-Stamm der ersten Declination zu machen. Nicht unmöglich, aber noch lange nicht wahrscheinlich.

Wenn D. weiter κυανοχαῖτα für ein ursprüngliches Feminin ansieht und dem Wort die Bedeutung: schwarzes Haar, Schwarzhaar giebt, da χαίτη Haar bedeutet, ebenso ῥοδοδάκτυλος für ursprünglich männlich, weil δάκτυλος, Finger, männlich ist und ῥοδο-

δάκτυλος ursprünglich nichts weiter als Rosenfinger bedeutet, später aber, als appositum zu ἠώς gebraucht, als Femininum erscheint, so kann und muss man ihm darin füglich beistimmen. Wenn er aber meint, Στερόπης, der Beiname eines Kyklopen, sei ebenfalls ursprünglich = στεροπή, so ist durch einen solchen Vergleich freilich wohl die Möglichkeit eines Geschlechts- und Flexionswandels in diesem Wort, nicht aber die Wahrscheinlichkeit nachgewiesen. Was aber einen solchen Wandel ganz unwahrscheinlich macht, ist die Namensform Ἀστερόπαιος, die offenbar dieselbe Bedeutung wie Στερόπης hat und aus der leicht Αστερόπας* (πης*) hätte entstehen können. Darum lässt auch Στερόπης eine ursprünglichere Form Στεροπαιος* voraussetzen. — Ebenso kann ein andrer Kyklopenname Βρόντης aus ursprünglichem Βρονταιος* entstanden sein, dessen Stamm Βρονταιᾰ̯ zugleich der Stamm der dauernden Thätigkeitsart βρονταᾰ̯-μεν, βροντά-ετε ist.

Auf analoge Weise ist übrigens auch anderes -ᾱ- solcher Stämme entstanden zu denken, wie z. B. aus Μενελαϝος* zuerst Μενέλαος und daraus nach Angleichung der Vokale durch Contraktion derselben Μενέλας, worauf, wenn ich nicht irre, schon Phil. Buttmann hinwies, ich weiss freilich nicht, wann und wo. Die eben angeführten Beispiele durch Zusammenziehung entstandener männlicher ᾱ-Stämme können übrigens verhältnissmässig späte Bildungen sein, sich also an schon bestehende männliche ᾱ-Stämme angeschlossen haben, die vielleicht ursprünglich Feminina gewesen sein könnten.

Doch bei Betrachtung der griech. männlichen Stämme auf ᾱ und τᾱ und deren Vergleich mit entsprechenden Stämmen der litauischen und slavischen Sprachen kommen wir auf Verhältnisse vorethnischer, wenigstens vorgriechischer Periode. Bopp hat zuerst (vgl. Gramm. § 903[2]) mit litauischen Stämmen auf toja- (Nom. früher -toja-s, jetzt -tojis) slavische auf Nom. tai (= maŭ) verglichen, also litauisch atpirktoja, Loskäufer, Erlöser, gelbėtoja, Helfer, ganytoja, Hüter, gárbintoja, Verehrer, mokíntoja, Lehrer, artója, Pflüger = slavisch dosoratai, Inspector, vosatai, auriga, prelagatai oder prelogatai, explorator, und oratai oder ratai Pflüger, vgl. Miklosich, V. Gr. Bd. 2, § 67, S. 171. Darauf verglich diese litauischen Stämme Pott (Et. Forschungen II[1], S. 339) mit griechischen Stämmen auf -τᾱ-, wornach ἀρότα-ς (τη-ς) vollständig einem litauischen artojas (-jis) und altslavischem, russischem, serbischem, polnischem, bulgarischem oratai oder ratai entspricht. Diesen Vergleich Potts hat sowohl Brugman als Delbrück übersehen, sonst hätten sie denselben, der meiner Meinung nach sehr viel Wahrscheinlichkeit für sich hat, nicht unberücksichtigt lassen dürfen oder können, sondern hätten ihn als unpassend oder etwa als aus irgend welchen Gründen unberechtigt nachweisen müssen, ehe sie ihre eignen Vermuthungen aufstellten. Zur Sache thut das gar

nichts, dass Pott hieran die unbegründete Bemerkung anknüpft, dass nach seiner ehemaligen Ansicht Formen wie δεcπότεα und δεcπότεαc beweisen sollen, dass das männliche Suffix der sogenannten 1. Declination -τᾱ aus Zusammenziehung zweier Vocale, aus ταο oder τεο entstanden sei.

Ist Potts Zusammenstellung des litauischen -toja- und slavischen tais (Nom. tai) mit griechischem -τᾱ (Nom. τᾱc [τῆc]) berechtigt, so hätten wir griechische männliche Stämme auf -τᾱ, die nie Feminina gewesen wären, sondern ursprünglich, d. h. in ursprachlicher Zeit Masc.-Stämme auf ursprüngliches ă = griechisches $\underset{\epsilon}{o}$ = lateinisches $\underset{e}{o}$ (ŭ) der 2. Declination, gewesen. Unter den litauisch-slavischen Stämmen giebt es freilich, so viel ich weiss, nur einen, der vollständig, sowohl der Wurzel als dem angehängten Suffix nach, griechischem auf -τᾱ entspricht, das ist das schon angeführte artoja-, slavisch oratai, ratai = griechisch ἀρότηc. Doch das ist ganz natürlich und macht der Wahrscheinlichkeit der Zusammenstellung keinen Abbruch. Weiter kann auch der Umstand diese Zusammenstellung nicht umstossen, dass das Suffix -tā, nach Delbrück, wie es die verwandten Sprachen lehren sollen, bloss an nominelle Stämme angehängt worden sein soll, während die litauisch-slavischen Stämme auf Nom. toja-s (tojis) und tai von Verbalstämmen abgeleitet sind, vgl. Pott und Miklosich. Denn unter den griechischen Stämmen auf tā ist von den weiblichen (auf Nom. τᾱ, τη), wie z. B. von γενε-τή, ἀκ-τή, ἐλά-τη und anderen ein nominaler Stamm nicht nachzuweisen, die männlichen Stämme aber auf -τᾱ, welche gleichfalls von Verbalstämmen abgeleitet sind, beseitigt D. eben dadurch, dass er versucht, sie alle aus weiblichen Stämmen auf τᾱ, d. h. Stämmen mit der Bedeutung von Collectiven und Abstracten, die aber selbst im Griechischen keineswegs wie eben gezeigt, sämmtlich von Nominalstämmen herrühren, abzuleiten. Sehen wir aber von dieser Delbrück'schen Theorie ab, so ist der griechische Stamm, der das männliche Suffix -tā annimmt, zum Theil nominal, zum Theil verbal: 1) ὁπλίτα-; ὁδίτα-, παρ-οδίτα-; πολια-τα- (πολιητα- πολίτα-); 2) ausser den von D. angeführten ἀρότα- und ὠμεcτά noch ἀθλη-τά-, εὑρε-τά-, ἀκουc-τά-, ἀγωνιc-τᾱ-, ναιέ-τα-.

Ausserdem wird die Berechtigung, litauisch-slavisches toja-s und tai mit griechisch τᾱc (τηc) zusammenzustellen um so wahrscheinlicher, weil, wie es Pott an demselben Ort angiebt, noch neben litauischem ja- (eja-) und slavischem i (j) d. h. ai oder ei (aĭ oder ѣ̆, eĭ) im Nominativ, welche griechischem αιο- oder ηιο- entsprechen würden, griechisch ᾱ (= η) Nom. αc, ηc steht. Man vergleiche nur litauisch piktodeja-, der Uebelthäter, mit slavischem dobrodei (slodei) und litauischem sejeja, der Sämann, mit griechischem χρηcμαγόρα-c, μητραλοία-c, πώλα-c, μεταίτα-c, und lateinischem conviva, scriba.

So lange also nicht durch eine neu anzustellende specielle Untersuchung Potts Ansicht über die ursprüngliche Form der ᾱ-Stämme und namentlich der auf τᾱ vollständig widerlegt ist, kann man zwar D. zugeben, dass ein Theil der männlichen Wörter auf τας (της) ursprünglich Abstracte oder Collectiva auf τᾱ gewesen sein mögen, die, nach Wandlung der Bedeutung, Geschlecht und Flexion verändert haben, andererseits aber wird daran festzuhalten sein, dass ein andrer Theil der Wörter ursprünglich vor der im Suffix eingetretenen Contraction der Vocale Wörter der 2. Declination waren.

Da andrerseits alle männlichen Stämme auf -ᾱ- und -τᾱ- wenigstens im Nominativus und Genetivus singularis nicht mit den weiblichen Stämmen auf ᾱ- und τᾱ- in diesen Casus gleiche Form haben, sondern in diesen mit Wörtern der zweiten Declination übereinstimmen, so haben wir auch vollkommen das Recht, in ΤληςιαFο eine Endung des Genetivus singularis nach der zweiten Declination anzuerkennen.

Da nun aber Τλαcίαc nach dem vorhergehenden aus Τλαcιαο contrahirt gedacht werden muss, so hätte der Genetivus singularis Τλαcιαοϊο, darauf Τλαcιαοιο und Τλαcιαοjο und nach Angleichung der Vocale Τλαcιᾶ͡ιο oder Τλαcιᾱjο, nicht aber ΤλαcιαFο werden müssen; also nicht die Form, welche uns die neukerkyräische Grabschrift des Menekrates bietet. Da nun aber diese Genetivform, an deren richtiger Lesung (vgl. Ross) nicht gezweifelt werden kann, als ganz allein dastehend erscheint, so hat man in der Schreibung derselben einen Fehler vermuthet und zwar angenommen, es sei in ihr F geschrieben zur Bezeichnung eines consonantischen j (d. h. die Form ΤλαcιαFο stehe für Τλαcιαjο, vgl. Aufrecht in K.s Zeitschr. I 118; Pott, Et. Forschungen II² 1, S. 365 flg., G. Curtius in Fleckeisens Jahrb. für Phil. und Päd. Bd. 71, S. 354 und ebenso noch in der 5. Aufl. der Grundz. der griech. Et. (1879) S. 396 und 450. Einen eben solchen Schreibfehler glaubt man aber auch im Fοτι der von Ross 1854 herausgegebenen lokrischen Inschrift zu finden, wo man gleichfalls joti vermuthet, da das griechische Relativpronomen mit dem altindischen jăs, jā, jăt identificirt wird. Doch auf Grund der hesychischen Glosse: βαλικιώτης· cυνέφηβος· κρῆτες, so wie des lokrischen Fότι hat schon Savelsberg in K.s Zeitschr. VIII, 401 figg. die Nothwendigkeit nachgewiesen, das griechische Relativpronomen nicht auf ursprüngliches jă-, sondern auf ursprüngliches κFă, κFο = lateinisch quo-m, quo-d, gothisch hvas zurückzuführen und es wahrscheinlich gemacht, dass sich aus diesem κFο, nach Abfall des anlautendem κ, Fο gebildet hat. Denn, um eine Gegenbemerkung Potts und G. Curtius' zurückzuweisen, wenn in den herakleischen Inschriften ϝOCCA geschrieben wird, mit dem Zeichen des Spiritus asper, während in ihnen in andern Fällen noch das Zeichen des Digamma Ϝ vorkommt, so kann auch dieser Umstand keineswegs beweisen, es habe dieses Pronomen im Anlaute nie ein

Digamma gehabt, sondern nur, dass zur Zeit der Abfassung der herakleischen Inschriften das Digamma in andern Wörtern in Herakleia wohl noch gesprochen und gehört, sowie auch geschrieben wurde, aber nicht mehr im Pronomen relativum, wo es schon durch den starken Hauch ersetzt war. Daher haben wir auch im ϜΌτι der lokrischen Inschrift ein wirkliches Digamma, d. h. keinen Schreibfehler, sondern eine ältere Phase des späteren ὅτι zu erkennen. Ebenso ist aber auch ΤλαciαϜo keineswegs aus Τλαciαjo verschrieben; denn wie das Zeichen des vocalischen ἰῶτα ursprünglich Zeichen des semitischen consonantischen Jod war, so ist auch gar nicht zu bezweifeln, dass die Griechen zu allen Zeiten sowohl consonantisches als vocalisches ι mit diesem einen Zeichen wiedergegeben haben, ganz ebenso, wie es die Neugriechen und die alten Römer thun, und wie die letzteren auch zur Bezeichnung des vocalischem u und des verwandten consonantischen v ein und dasselbe Zeichen (U oder V) verwandten. Wie ist aber alsdann eine Form ΤλαciαϜo zu verstehen? Ohne Zweifel folgendermassen: wegen ihrer nächsten Verwandtschaft mit j und Ϝ (d. h. sehr ähnlichen physiologischen Entstehung, sehr ähnlichen Stellung der Organe zum Zweck ihrer Bildung) rufen i und u theils vor, theils hinter sich die Laute j und Ϝ hervor; so existirt kyprisches ιjατηραν neben Homerischem ἰατῆρα, so entsteht αριcτευϜοντα in der Grabschrift des Arniadas (Ross, Arch. Aufs. II, Tafel XX Z. 4) aus ἀριcτεύοντα etc.; denselben Einfluss, wie υ (= u) übt aber auch o, indem es den Laut Ϝ (= υ) sei es, wie im serbischen Jovannovicz (für Joannovicz) nach sich hervorruft, ebenso, meint G. Curtius (Verb. II, 194), müssten solche Formen, wie ἐδηδοϜαc und ἐδηδοϜε im C. I. G. 15 erklärt werden, wenn nicht andere Gründe uns veranlassten, die ganze Inschrift für eine Fourmont'sche Fälschung anzusehen; sei es vor sich, wie im russischen Levontij für Leontij. Als ebenso durch das nachfolgende o hervorgerufen sehe ich auch das Ϝ in ΤλαciαϜo an, das also mit der ursprünglichen Form der Endung nichts weiter zu thun hat, sondern nur eine einfache Consonantenentwicklung aus dem folgenden o ist, also auch nicht beweisen kann, der Genetivus singularis der 2. Declination habe je einmal auf oϜo ausgelautet*).

Noch weniger ist dies durch die slavischen Genetive der Pronomina und Adjectiva, wie jevó, kovó, dóbravo bewiesen. In diesen Formen ist nämlich das v erst aus früherem g entstanden, wie die Orthographie des Altslavischen und die jetzige russische Orthographie zeigt: jego, kogo, dobraago und dobrago. Nun vermuthete man früher — von dieser Vermuthung scheint man jetzt zurückgekommen

*) Derselben Meinung, die ich eben über die Entstehung der Form ΤλαciαϜo aufgestellt, ist auch G. Meyer, Gr. Grammatik §. 342 Anm. 2, der auch die von Th. Benfey (Abh. d. Gött. Ges. d. Wiss. Philolog.-hist. Classe, S. 77) aufgestellte Erklärung der Form abweist.

zu sein —, das go dieses slavischen Genetivus singularis gehe auf grundsprachliches sja zurück. Wollte man aber die Vermuthung aufstellen, das jetzige russische -vo der Pronomina sei = dem Fo von ΤλαciαFo, so müsste man entweder erst die Ansicht widerlegen, dass das jetzige russische -vo erst aus go entstanden ist; oder erst nachweisen, dass dieses -go sich selbst erst aus vo (=Fo) entwickelt hat. So lange nicht das eine oder das andere geschehen ist, lässt sich eben gar nicht absehen, was das jetzige russische -vo im Auslaut des Genetivus singularis der Pronomina und Adjectiva mit den bekannten Endungen des Genetivus singularis der 2. Declination Gemeinsames haben könne.

Somit wäre die Voraussetzung, es sei die Genetivendung ου aus vorauszusetzendem älteren oFo zu erklären, hoffentlich zur Genüge als unbegründet nachgewiesen.

DE

DIALOGI QVI TACITI NOMINE FERTVR SERMONE IVDICIVM

SCRIPSIT

THEODORVS VOGEL.



[EPISTOLA GRATVLATORIA F. A. ECKSTEINIO MISSA D. VI M. JAN. MDCCCLXXXI.]

Quadraginta quinque anni sunt, cum Tu, vir spectatissime ac de me meritissime — si quidem speciosa multa docuisse, imitanda multa exemplo monstrasse id est optime de aliquo meruisse — *Prolegomena in Taciti qui fertur dialogum de oratoribus* emisisti, palmarem sane libellum, a quo iure meritoque etiamnunc, quicunque harum quaestionum quasi arcanis initiari cupiunt, primordia capere soleant. Non cessavit eo quod insecutum est saeculo, ut Taciti more loquar, hominum eruditorum in ea parte studiorum industria. Neque mirum: nam sive cum F. A. Wolfio 'aureolum' illum de oratoribus libellum dices sive cum Henrico Gutmanno 'non ex auro puro compositum sed vilioribus metallis mixtum', utique tam illustre est antiquitatis monumentum, ut non possint non eo revocari etiam atque etiam litteratorum hominum cogitationes.

Habemus iam Adolfi Michaelis opera editionem ad optimorum codicum fidem accurate expressam, multi interim loci ingeniosis coniecturis emendati sunt, de magistratuum sub imperatoribus administratione accuratiora quam antea sciebantur nos docuerunt Borghesii, Mommseni, Marquardti, Eprium Marcellum inscriptio Capuana, C. Licinium Mucianum fratrum arvalium acta nuper inventa notiores fecerunt, nonnihil denique lucis attulerunt variae illae de dialogi auctore disputationes a Wittichii commentatione Iahnii annalibus a. 1839 inserta usque ad recentissimum Weinkauffii librum.

At is locus, in quo cardinem verti nemo negabit, *sermonis proprietatem* dico, me iudice ne a Weinkauffio quidem, qui singulariter in hoc genere meritus est, ita quoquoversus sine ira et studio pertractatus est, ut inutile sic hoc filum pertexere. Neque enim is liber, quem hoc ipso anno emisit vir diligentissimus et in re laudabili pertinacissimus, ad eas copias, quas ille in commentariis annorum 1857 et 1859 congesserat, nova admodum multa adstruxit, quae quidem ad sermonem attineant. Egregia autem Gerardi Iansenii disputatio, quae 1878 Groningae prodiit, — opus omni laude dignum et meo iudicio secundum Prolegomena Tua in hoc genere optimum — tractat illa quidem, ut alia omnia, ita eum quoque locum qui est de sermone, quamvis paulo brevius, tamen scitissime, verum ita, ut de industria excludat, quae cum illa ipsa de auctore libelli quaestione

non arte cohaereant, sed latius pateant. Inde illius opera (atque idem fere de Weinkauffii libris dicendum erit) abunde, opinor, iis satisfaciet, qui Tacitum auctorem adgnoscere sua sponte parati hanc suam sententiam ab hac quoque parte defensam volunt. Contra iis non satis consultum est, qui non dico Quintiliano Pliniove dialogum vindicent, sed aliquatenus illorum quoque causas agi subtilique statera, quae singulis faveant, examinari cupiant.

Quantopere Te, vir carissime, illi de sermone scrupuli pupugerint, clarissimo indicio prodidisti. Cum enim omnibus momentis diligenter ponderatis (p. 39) a Tacito Domitiani tempore dialogum compositum esse collegisses, in ipsa operis peroratione, quasi eius sententiae Te iam paeniteret, ‘summam’ professus es ‘superesse difficultatem in genere dicendi a Tacito plane abhorrente positam ideoque totam rem, dum meliora proferantur, in medio esse relinquendam’ (p. 84).[a])

Quod Tu non tam omisisti quam aliis reliquisti, si ita licet Materni verbis loqui, ego iam pro virili parte tractare studebo, quamquam non nego laetiorem disserendi materiam ut mihi iucundiorem ita sollemni scribendi occasione digniorem fuisse.

Priusquam ad rem ipsam venio, paucis aperiam, quae mihi omnis de dialogo controversiae fundamenta esse videantur, ne postea grammaticarum rerum tractatio alienis quaestionibus interpelletur. Quo negotio eo brevius defungi possum, quo magis de plerisque rebus Iansenio assentior, ut ad illius argumentationem eos, qui haec curant, relegasse satis sit. Sunt autem, quae praemittenda videbantur, brevibus sententiis inclusa haec:

1) Quo tempore editus sit dialogus plane ignoramus: inde infirma sunt, quaecunque de editionis hoc illove tempore periculis docti homines protulerunt. Si Plinii verba (epp. 9. 10. 2) ‘quae tu inter nemora et lucos commodissime perfici putas’ referenda sunt ad dialogi c. 9, id quod valde dubium (cf. Kramarczikii progr. a. 1841 p. 9, Eckstein, prolegg. p. 65, Iansen, p. 4 etc.), nihil ultra sequitur nisi, anno fere 108 Plinio librum illum cognitum fuisse.

2) Erat auctor dialogi circiter annum post Ciceronis mortem CXXmum (d. 17), i. e. annis 75—77 p. Chr.[b]), ‘ad

---

[a]) Simile quiddam vir doctissimus Fridericus Haase passus esse videtur. Qui cum longa oratione (in edit. Tauchnit. p. XIV etc.) nihil fere in dialogo inesse exposuisset, ‘quod non placuisse Tacito et ab ipso scribi potuisse existimaremus, quod non apprime eius studiis conveniret’, ita tamen iudicat de illa sermonis diversitate, ut iure mireris, quod — quamvis cunctanter — adgnoscat tamen postremo auctorem Tacitum.

[b]) Nolui ultra quidquam dicere, praesertim cum ad hanc disputationem nihil ex anni constitutione redundet. Ut obiter hoc dicam, mihi duae res certae sunt, annum 77 excludendum esse, quippe quo non iam inter vivos fuerit C. Licinius Mucianus (quamquam ea de re Georgium Andresen etiamnunc dubitare video), deinde colloquium si non ipso centesimo vicesimo post Ciceronis obitum anno, proximo certe habitum

modum iuvenis' (d. 1), quae vocabula illa aetate adolescentem XX fere annorum significabant (Eckst. prolegg. p. 37; Weink. p. XLIII; Iansen, p. 19 etc.). Nam ut aliqua de causa se maiorem minoremve finxerit, quam re vera erat, non potuit longe a vero recedere: aliter enim, audita se relaturum professus, fidem suam ipse apud Fabium Iustum aliosque aequales imprudenter minuisset.

3) Scripsit librum aliquanto post illud tempus: quot annis post, finiri non potest, quandoquidem homo XXX annorum non minus recte quam sexagenarius dicere potest, se XX fere annos natum 'admodum invenem' fuisse. Scripsit deinde, si minus prospera, non tristi certe rei publicae conditione, cum idem ille, qui in dialogo praesentium temporum quaedam mala ingenue castigat, omnino 'saeculo' suo contentum se esse profiteatur.

4) Post Titi obitum librum compositum esse nullo certo argumento colligitur. Aprum, Secundum, Vibium Crispum, Maternum denique non iam vixisse, cum scriberetur dialogus, sine iusta causa pro certo affirmatur. Quod ad Maternum attinet, Cassii Dionis locus (67. 12) de Materni cuiusdam sophistae nece non recte ad hunc Curiatium senatorium hominem referri videtur (Weink. p. LII etc.; Iansen, p. 25 etc.).

5) Quae nonnulli docuerunt de arcanis quibusdam scriptoris consiliis, ut aut ipsius litteratum otium excusaret aut Materni necati patrocinium susciperet, solido fundamento carent: nam eloquentiae studiis aptissime poetica opponebantur illa aetate, qua nisi alteris utris nemo fere ingenii gloriam mereri posset.

6) Compositus est liber a Fabii Iusti amico: quem in promptu est alacri ingenio praeditum, omni eruditione instructum, de re publica atque bonis artibus omnia praeclara sentientem ad rem tractandam accessisse.

His praemissis iam, ut via ac ratione procedat demonstratio, ab eo exorsi quod latissime patet, primum probare conabimur, in dialogo

---

esse. Cum tam diligenter anni computentur et ad ipsum colloquii diem ratio deducatur (d. 17 et 24 'in hunc diem'), nego summatim scriptorem tempus significasse: illud largior, Romano more eum incohatum annum plenis adnumeravisse. Inde cum mense Decembri a. 75 CXIX anni a Ciceronis morte praeterissent, aeque huic atque insequenti videtur colloquium adsignari posse: illud Carolus Peter mavult, hoc Ludovicus Urlichs, cum Andresenus in novissima editione ad annos 74—75 recesserit, Illud miror, quod tot eruditi homines inauditam significationem stationis vocabulo obtrudere et CXII annis non 'sex septemve' sed 'sextum septimumve' annum durissima figura adnumerare maluerunt quam legere aut: 'ac sex iam' (sc. annos) aut deleto numero: 'ac iam felicis huius principatus stationem'. Quam diu iam Vespasianus rebus praeesset, me iudice non opus erat senatores Romanos ab Apro numero addito moneri: hos VI vel VII annos, summam omnium mentibus quasi infixam, credi poterat per se quemque esse adnumeraturum.

I.

universum colorem sermonis adeo esse Quintilianeum, ut non modo aequalem eius sed amicum discipulumve scriptorem fuisse statuendum sit.

Ipsi Quintiliano opus adscribendum esse, post Rupertium (edit. 1834 p. 8) nemo serio contendit. Multa in dialogo legi de re publica libere dicta, quae a placida timidaque Quintiliani indole prorsus abhorrerent, de paucis sane, aliquot tamen rebus ad eloquentiam attinentibus aliter iudicari in dialogo quam in Quintiliani institutione oratoria, non legi in hoc opere, quae in illius de corruptae eloquentiae causis libro (Quint. 6 prooem. 3; 8. 3. 58; 8. 6. 76 etc.) tractata esse sciremus, tam luculenter Tu exposuisti (prolegg. p. 52 sqq.), ut opus non sit eam rem denuo tractare: illud quoque demonstravisti, nullo pacto Quintilianum, qui iam inde ab anno 69 vel 70 magna cum laude Romae eloquentiam docebat, ab anno 74 quotannis publice salarium accipiebat[c]), aequalibus postea persuadere potuisse, etiamsi voluisset, se anno 75 vel 76 colloquio apud Maternum habito 'admodum invenem', Apri Secundique sectatorem, auscultasse. Sunt tamen, ut in aliis rebus (Tac. ann. 3. 55), ita in eiusmodi quoque quaestionibus miri quidam orbes, ut non esset res inaudita, si quando pars doctorum hominum in sententiam a Lipsio 1574 primo prolatam, proximo autem et superiore saeculo a permultis probatam recideret. Vel ideo non abs re erit paulo accuratius in eas rationes inquirere, quae inter dialogi orationem et Quintilianeam intercedunt: etiam pluris illud facio, quod talis scriptoris aequalis comparatio non inutilis futura est ad rectius aestimandum dialogi sermonem.

Iam, quod plerisque summi momenti esse videbitur, XXX vel XXXX illis vocabulis dictionibusque, quae fere solent ut dialogi propria circumferri, non respondere similia apud Quintilianum, me haud ita movet. Quidni ille liberius iuvenis quam postea senex, laetius in familiari dialogo quam in severa artis descriptione scripserit? Multo magis proderit, quamvis molestum hoc sit, ad minuta et minutissima attendere, qualia is, qui patrio sermone scribit, nulla fere cura dignatur. Orationis lumina, exquisita loquendi figuras potest facile — imprudens vel prudens — alter ab altero mutuari, progrediente aetate vel sumere vel ponere. At vero ea, quae sua sponte scribenti se offerunt tamquam tritae usu formulae, firmius certe retinentur, ut vel nolenti se obtrudant. Utrum etiamsi an etsi, adice quod an adde quod dicendum esset et quae sunt eiusmodi, ea de re videlicet non deliberabat Quintilianus, quamvis diligens vel in orationis minutiis. Grammaticis sive propriis sive aliorum studiis permotus ille poterat dubitare, an recte diceretur incumbere rei,

---

[c]) Cf. Quintiliani vitam a Ludovico Driesen (1845) scriptam et Teuffelii hist. litt. Rom. p. 648 [1].

invidere alicui re, adulari homini, plenum vino (his enim exemplis dubii sermonis utitur 9. 3. 1), neque tamen, quod casu quodam in singulis vocibus, idem in plerisque, nedum omnibus factum esse iudicandum est: aut tristissimum syllabarum aucupem eum ducemus, cuius eloquentiam tanti fecerunt aequales. Neque temere arreptis paucis exemplis quidquam effici potest: bene instructa demum eorum acie vincitur, ut ita dicam, hostis in talibus rebus profecto maxime infestus, casus dico ludibrium. Haec praefatus, ne sine iusta causa ad minutias istas colligendas descendisse videar, transeo ad rem.

Non iungit Quintilianus cum patrio casu rudis[d]), incertus; cum dativo incumbere (cf. 9. 3. 1), parari = praeparari, superstes; cum accusativo deridere (absolute bis usurpatur); cum ablativo florere, insumere; cum infinitivo intermittere, datur, optare, manifestus, parum est, promptum est, proficit = prodest. Aliena sunt ab eius usu: in confesso, consuetudine, fastidio, honore, laude esse, consulere pro, iuxta vitae finem, ex comparatione rei, tempus consumere circa; nunquam a Quintiliano res vel loca dicuntur innocentia, nunquam homines (oratores) celebres, informes, adfluentes, adstricti, elaborati, enerves, superfluentes, valentes, tumentes, re aliqua redundantes, referti. Non per metaphoram dicit: flectere, recedere a re, patrocinari, haurire, fecundus, fluere. Non est ei quandoque = olim, saluber = sanus; fabulae = sermones, cura = liber, notitia = gloria, ut rariora illa, quae in uno dialogo leguntur, prorsus silentio praeteream. Dictionum autem a Quintiliani usu alienarum numerus haud exiguus est, qua de re ad Weinkauffii copias relego (v. novi operis p. CLVI), ne longus sim. Porro, ut plurimum casus ludibrio tribuatur, vix quisquam parvi faciet, quod frustra requiruntur in tot institutionis oratoriae voluminibus haec dialogi vocabula:

adfluere, aequabilis, antiquarius, arbitratu, arcere, assiduitas, concessu, deiungere, denegare, desumere, determinare, detrudere, dignari, dummodo, effervescere, elinguis, elucubrare, etsi, excudere, fugitare, histrionalis, incalescere, incitamentum, indefensus, informis, infructuosus, ingerere, innotescere, inops, inservire, insignire, instinctu, lineamentum, lucrosus, natales, nedum ut, nobilitare, oblectare, oblectamentum, obtemperare, obtrectare, odorari, perfugium, pertraho, pervulgatus, placitum, praepotens, proceres, quandoque, quivis, revereri, subministrare, subniti, suboles, uniformis, vernaculus.

[d]) Quae iam sequuntur, leguntur omnia in dialogo. Locos non notavi, quia iis, qui diligentius haec tractant, capitum numeros varii indices subministrabunt, ceteris melius consultum erit, si non impedietur lectio inutili numerorum farragine. Ne tertio quoque versu repetam illa: 'nisi fallor', 'nisi quid me fugit', semel profiteor, me admodum sollicitum esse, ne in tanta rerum perscrutandarum copia alia me deceperint, alia fugerint.

Cui indici plura addi potuisse non credo sed scio. Quin imprudens Quintilianus usitatissima vocabula arcendi, dignandi, obtrectandi particulasque etsi ac dummodo non adhibuerit, quin nulla certa de causa quilibet quam quivis, etiamsi quam etsi, adde quod quam adice quod, ut opinor quam ut puto, prope dixerim quam paene dixerim dicere maluerit, quin immo nusquam vocabulo postposuerit etc., equidem minime dubito. Ob id ipsum autem maxime his rebus moveor. Talia profecto non fere, dum adolescimus senescimusve, addiscere aut dediscere solemus, talia fere nobis inhaerent, etiamsi ab alio dicendi genere ad aliud vel consilio vel necessitate transeamus. Per se videlicet multo gravius est, quod 'solida ac virilis ingenii vis' (Quint. 2. 5. 23) in dialogo saepius quam in Quintiliani opere exsplendescit, deinde quod occurrunt nonnullae in dialogo sententiae, ad quarum granditatem vix credas mite rhetoris ingenium adsurgere potuisse, denique quod in synonymorum copulatione aeque nimius est dialogi auctor quam parcus Quintilianus (id quod iam Tu monuisti, prolegg. p. 60). Quid autem faciemus, si quis contendat, e Quintiliani senis opere concludi non posse, quantum ille adolescens valuerit, quantum sibi indulserit? Ego vero melius mihi videor, quam sublimiore disputatione potuissem, ieiuna hac minutissimorum ponderum cumulatione id cavisse, ne alter Heumannus 'nullum esse ovo ovum tam simile' contendat, 'quam stilum dialogi stilo oratoriarum institutionum' (edit. 1719 praef. p. XIX).

Idem tamen contendo, omnem dialogi colorem esse Quintilianeum atque adeo quidem, ut tantam similitudinem negem e communi eius aetatis usu posse repeti. Quod si ita probare vellem, ut vel acerrimos adversarios convìncerem, neque huius chartae angustiae neque vires meae et copiae hinc illinc congestae sufficerent. Color orationis quem dicimus tot rebus continetur, ut paene describi non possit, si quidem vel singulis vocabulis aliter collocatis mutari potest ille color. Inde satis habui, dialogi particulam (elegi autem eam partem ex Apri oratione, quae tractat rhetorica) eiusmodi commentario instruere, ut suo quaeque loco subscriberem, quae similia apud Quintilianum ego repperissem. Sequuntur caput XVIII et quinque proxima ad Halmianae editionis exemplar expressa:

XVIII. 'Haec ideo praedixi[1]), ut, si qua ex horum oratorum fama gloriaque laus temporibus adquiritur[2]), eam docerem in medio[3]) sitam et propiorem[4]) nobis quam Ser. Galbae aut C. Laelio aut C. Carboni[5]) quosque alios[6])

XVIII. [1]) praediximus 3. 6. 89; ita saepe ap. Q. praedicere, praedictus. — [2]) laudis adquirendae 3. 11. 25; adquirere sibi benivolentiam 3. 8. 7. — [3]) in medio ponit ars copias eloquentiae 7. 10. 15. — [4]) propiores alii 10. 1. 88. — [5]) de Galba cf. 2. 15. 8; de Laelio 12. 10. 39; de Carbone 10. 7. 27. — [6]) quaeque his alia subiungam 1. 10. 6.

merito[7]) *antiquos vocaverimus: sunt enim horridi*[8]) *et inpoliti*[9]) *et rudes*[10]) *et informes et quos utinam*[11]) *nulla parte*[12]) *imitatus esset Calvus vester aut Caelius aut ipse Cicero. agere enim fortius*[13]) *iam et audentius*[14]) *volo, si illud ante praedixero, mutari cum temporibus*[15]) *formas*[16]) *quoque et genera dicendi. sic*[17]) *Catoni seni comparatus*[18]) *C. Gracchus*[19]) *plenior*[20]) *et uberior, sic Graccho politior et ornatior Crassus, sic utroque distinctior et urbanior et altior Cicero, Cicerone mitior Corvinus*[21]) *et dulcior*[22]) *et in verbis magis elaboratus. nec quaero quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum*[23]), *non esse unum eloquentiae vultum*[24]), *sed in illis quoque quos vocatis antiquos plures species deprehendi*[25]), *nec statim*[26]) *deterius esse quod diversum est, vitio*[27]) *autem malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio esse. num dubitamus*[28]) *inventos qui prae Catone Appium Caecum magis mirarentur? satis constat ne Ciceroni quidem obtrectatores*[29]) *defuisse, quibus inflatus et tumens nec satis pressus, sed supra modum exsultans*[30]) *et superfluens et parum Atticus videretur. legistis utique et Calvi et Bruti*[31]) *ad Ciceronem missas epistulas, ex quibus facile est deprehendere*[32]) *Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem*

[7]) 11. 1. 93, pass. — [8]) fient horridi atque ieiuni (antiquitatis nimis admiratores) 2. 5. 21. — [9]) plane inpolitus 1. 5. 7. — [10]) rudis et incompositus 10. 1. 66. — [11]) quod utinam ipse fecisset 10. 1. 131. — [12]) quae ulla parte sunt dissimilia 7. 4. 6. — [13]) cf. fortius dicere, defendere, affirmare ap. Q. [14]) audentius inserere 8. 3. 27 (dub. lect.). — [15]) ratio mutata cum temporibus 1. 5. 19. — [16]) tribus quasi formis inclusa eloquentia 12. 10. 66; cf. ib. § 2. — [17]) sic = veluti 6. 3. 81 et saepius. — [18]) praesertim meae (aetati) comparata (uxor) 6. praef. 5. — [19]) de Gracchо 1. 10. 27, alibi. — [20]) Cf. plenior 10. 1. 77. Similia porro: rudia politis maiora 2. 12. 3; ornata oratio 4. 3. 15 pass.; distincta oratio 11. 3. 35; Demosthenem urbanum fuisse dicunt 6. 3. 21; dicendi genus mite 6. 2. 19. — [21]) 10. 1. 113. — [22]) dulcis Herodotus, Hyperides 10. 1. 73; 77. Contra 'elaboratus' orator apud Q. non magis legitur quam rudis, ornatus, distinctus orator (cf. not. 20), at habet Q.: elaborare in re, elaborata (verba). — [23]) interim notasse contentus sum 6. 2. 23; interim admonere illud sat est 2. 4. 3; hoc quoque notare contentus sum 1. 5. 17. — [24]) orationis ipsius vultus 9. 1. 21; actioni dare varios velut vultus 9. 2. 63. Cf. eloquentiae facies plures 12. 10. 69. — [25]) in qua nihil absonum — possit deprehendi 6. 3. 107; eloquentiae species 12. 10. 69, alibi. — [26]) nec statim diligentem putabo, qui 1. 4. 24. — [27]) non ipsius vitio sed Stoicae sectae 11. 1. 70. — [28]) 'non dubito, nemo dubitat' c. acc. et inf. pass. apud Q. — [29]) obtrectatores 11. 1. 23. Idem narrat Q. 12. 10. 12. — [30]) inflati illi 12. 10. 16; tumidi 10. 2. 16; ibidem legitur: pressi et exsultantes. Cf. etiam 9. 3. 27 supra modum multae. — [31]) Bruto Calvoque 12. 1. 22. — [32]) facile est deprehendere 9. 2. 44.

et aridum[33]), *Brutum autem otiosum*[34]) *atque diiunctum; rursusque*[35]) *Ciceronem a Calvo quidem male audisse tamquam solutum*[36]) *et enervem, a Bruto autem, ut ipsius verbis utar, tamquam fractum atque elumbem. si me interroges, omnes mihi videntur verum dixisse: sed mox*[37]) *ad singulos veniam, nunc mihi cum universis negotium est.'*

XIX. 'Nam *quatenus*[38]) *antiquorum admiratores hunc velut*[39]) *terminum antiquitatis constituere solent, Cassium Severum*[40]), *quem primum adfirmant flexisse ab illa vetere atque directa dicendi via*[41]), *non infirmitate ingenii nec inscitia*[42]) *literarum transtulisse se*[43]) *ad aliud dicendi genus contendo, sed iudicio et intellectu.*[44]) *vidit namque*[45]), *ut paulo ante dicebam, cum condicione temporum et diversitate*[46]) *aurium formam quoque ac speciem orationis esse mutandam. facile perferebat prior ille populus, ut imperitus et rudis, impeditissimarum orationum spatia*[47]) *atque id ipsum laudabat, si dicendo quis diem eximeret. iam vero longa principiorum praeparatio*[48]) *et narrationis alte repetita series*[49]) *et multarum divisionum*[50]) *ostentatio et mille*[51]) *argumentorum gradus, et quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori*[52]) *libris praecipitur, in honore erat; quod si quis odoratus philosophiam videretur et ex ea locum aliquem orationi suae insereret*[53]), *in caelum laudibus ferebatur. nec mirum*[54]); *erant enim haec nova et incognita et ipsorum quoque oratorum paucissimi praecepta rhetorum aut philosophorum placita cognoverant. at hercule pervolgatis iam omnibus, cum vix in cortina quisquam adsistat*[55]) *quin elementis*[56]) *studiorum,*

---

[33]) aridi et exsucci et exsangues 12. 10. 15. — [34]) otiosi et supini (oratores) 10. 2. 17. — [35]) rursus, et rursus, nec rursus eodem sensu saepius ap. Q. Praeterea cf.: ab ipsis inimicis male audire 12. 10. 13. — [36]) soluti ac fluentes 1. 2. 8; (enervem compositionem 9. 4. 142). — [37]) Ita Q.: mox docebimus, comparabimus. — [38]) quatenus = quia 6. 2. 12, al. — [39]) hic velut nuntius 8. 3. 67. — [40]) 10. 1. 116. — [41]) [recta via depulsus 2. 17. 29; 10. 1. 29; via dicendi non decedere 4. 5. 3]. — [42]) infirmitas, abs. 9. 2. 78, pass.; inscitia rerum 5. 13. 38. — [43]) alii se ad album et rubricas transtulerunt 12. 3. 11. — [44]) intellectu sequi eius virtutes 10. 1. 50. — [45]) omnia namque 9. 4. 32, al. [46]) ex hac ingeniorum diversitate 11. 2. 44. Ad verba formam . . mutandam cf. cap. XVIII not. 15. 16. — [47]) Simile quiddam: abunde satis viderentur ad discendum spatia 12. 11. 19. Cf.: impedita et longa (oratio) 8. 6. 42. — [48]) expositior probationum praeparatio 3. 9. 7. — [49]) actae rei series 7. 1. 14; repetitis altius causis 11. 1. 62. — [50]) cf. 7. 1. 1. — [51]) mille species2. 13. 9. Cf. etiam: pauci illi transitus multos gradus habent. — [52]) Et Herm. et Apollod. saepius commemorat Q., idem habet aridus = ieiunus, exsanguis cf. XVIII. not. 33. — [53]) inserere (orationi) iocos 2. 10. 9. — [54]) nec mirum, si 11. 3. 67. — [55]) iudices aut adsistentes 9. 2. 76. — [56]) prima litterarum elementa 1. 1. 23.

etsi non instructus, at certe imbutus sit, novis et exquisitis[57]) *eloquentiae itineribus opus est, per quae orator fastidium aurium effugiat, utique apud eos iudices, qui vi et potestate, non iure aut legibus cognoscunt*[58]), *nec accipiunt*[59]) *tempora, sed constituunt, nec expectandum habent oratorem, dum illi libeat de ipso negotio dicere, sed saepe ultro admonent atque alio transgredientem revocant et festinare se testantur.'*

XX. '*Quis nunc feret*[60]) *oratorem de infirmitate valetudinis suae praefantem? qualia sunt fere principia*[61]) *Corvini.*[62]) *quis quinque in Verrem libros expectabit? quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina*[63]) *quae pro M. Tullio aut Aulo Caecina legimus? praecurrit*[64]) *hoc tempore iudex dicentem et, nisi aut cursu*[65]) *argumentorum aut colore*[66]) *sententiarum aut nitore et cultu*[67]) *descriptionum invitatus et corruptus est, aversatur*[68]) *[dicentem]. volgus quoque adsistentium et adfluens et vagus auditor adsuevit iam exigere laetitiam et pulchritudinem*[69]) *orationis: nec magis perfert in iudiciis tristem et impexam*[70]) *antiquitatem, quam si quis in scaena Roscii*[71]) *aut Turpionis Ambivii exprimere*[72]) *gestus velit. iam vero iuvenes et in ipsa studiorum incude positi, qui profectus*[73]) *sui causa oratores sectantur, non solum audire sed etiam referre*[74]) *domum aliquid inlustre et dignum memoria*[75]) *volunt: traduntque in vicem ac saepe in colonias et provincias suas scribunt, sive sensus*[76]) *aliquis arguta et brevi sententia effulsit*[77]), *sive locus exquisito et poetico cultu enituit.*[78]) *exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor*[79]), *non*

---

[57]) exquisita verba 4. 2. 36. — [58]) qui cognoscit (iudex) 6. 4. 5, pass. — [59]) Similiter: quod consilium accipiat (genus auditorum) 3. 4. 6. De iudicum impatientia fere idem legitur 4. 5, 10; ibidem iudex festinare dicitur. — [60]) vereor ut iam nos ferat quisquam 8. 3. 25. — [61]) principium vel exordium 4. 1. 1. — [62]) si nos infirmos . . . dixerimus, qualia sunt pleraque Messallae prooemia 4. 1. 8. — [63]) tota volumina in hanc quaestionem impendere 3. 6. 21. — [64]) leges solent praecurrere iuris quaestiones 7. 4. 25. — [65]) cursus orationis 9. 4. 106. — [66]) color narrationis 3. 6. 92. — [67]) cultu ac nitore 10. 1. 124; nitoris et cultus 11. 1. 48. — [68]) vultu videmur aversari 11. 3. 70. — [69]) pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat 2. 16. 10. — [70]) Cf.: ille pexus pinguisque doctor 1. 5. 14. — [71]) 11. 3. 111. — [72]) pulchre expressisse genus illud 10. 2. 18. Cf. porro: breves gestus 11. 3. 100. — [73]) si profectus gratia dicimus 2. 10. 9. — [74]) quae secum auditores referant 2. 2. 8. — [75]) multa . . memoria digna 2. 11. 2. — [76]) sensus = enunciatum, verborum comprehensio 9. 4. 61 et alibi. — [77]) sed si inter dicendum effulserit extemp. color 10. 6. 5. — [78]) noster hic cultus clarius enitescet 2. 5. 23. — [79]) saepe orationis 'decorem' commemorat Q., apud quem 'poeticus' quoque epitheton haud raro legitur.

Accii aut Pacuvii veterno (?) inquinatus[80]*, sed ex Horatii et Virgilii et Lucani sacrario prolatus. horum igitur auribus et iudiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas pulchrior et ornatior extitit. neque ideo*[81] *minus efficaces*[82] *sunt orationes nostrae, quia ad aures iudicantium cum voluptate perveniunt.*[83] *quid enim, si*[84] *infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi caemento et informibus tegulis extruuntur, sed marmore nitent et auro radiantur?'*

XXI. '*Equidem*[85] *fateor vobis simpliciter me in quibusdam antiquorum vix risum, in quibusdam autem vix somnum tenere. nec unum de populo Canuti aut Atti ** de Furnio et Toranio quosque alios*[86] *in eodem valetudinario haec ossa et haec macies*[87] *probant: ipse mihi Calvus, cum unum et viginti, ut puto, libros reliquerit, vix in una et altera oratiuncula*[88] *satisfacit. nec dissentire*[89] *ceteros ab hoc meo iudicio video: quotus enim quisque*[90] *Calvi in Asitium aut in Drusum legit? at hercle in omnium studiosorum manibus*[91] *versantur quae in Vatinium inscribuntur*[92] *ac praecipue secunda ex his oratio: est enim verbis ornata et sententiis, auribus iudicum accommodata*[93]*, ut scias*[94] *ipsum quoque Calvum intellexisse quid melius esset nec voluntatem ei, quo minus*[95] *sublimius*[96] *et cultius diceret, sed ingenium ac vires defuisse. quid? ex Caelianis orationibus nempe eae placent, sive universae sive partes earum, in quibus nitorem et altitudinem*[97] *horum temporum adgnoscimus. sordes autem illae verborum et hians*[98] *compositio et inconditi*[99] *sensus redolent antiquitatem: nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Caelium ex ea parte*[100] *laudet qua antiquus est. concedamus sane*[101] *C. Caesari, ut propter magnitudi-*

---

[80]) ne bona nostra malis inquinentur 4. 2. 102. — [81]) neque ideo tamen 2. 6. 3; 3. 9. 8. — [82]) nihil efficacius 6. 1. 41. — [83]) nihil eorum ad animum perveniet 10. 3. 28. — [84]) quid? si 2. 3. 8; 3. 6. 17; 9. 2. 83 etc.; quid? si enim 2. 13. 3; 3. 6. 6. — [85]) equidem video 9. 2. 86, al. — [86]) cf. XVIII not. 6. — [87]) macies illis pro sanitate est 2. 4. 9. — [88]) ipsa oratiuncula 4. 3. 17. Cf. etiam: quisquis rei satisfacit 12. 9. 7. — [89]) a quibus multum dissentio 3. 11. 16. — [90]) quotus enim quisque inveniri potest 10. 1. 41. — [91]) solus (Seneca) tum in manibus ad adulescentium fuit 10. 1. 126. — [92]) disputatio περὶ γελοίου inscribitur 6. 3. 22. Calvi in Vatinium oratio significatur 6. 1. 13. — [93]) accommodatus (orationis ornatus) rebus et personis 11. 1. 2. — [94]) scias eum sentire quae dicit 10. 1. 123. Cf. de Calvo oratore iudicium ib. 115. — [95]) Dubia lectio. Cf. 8. 3. 50 cum sermoni deest aliquid, quominus plenus sit. — [96]) alia sublimius . . esse dicenda 9. 4. 130. — [97]) altitudo quaedam 8. 3. 88. De orationis nitore cf. XX. not. 67. — [98]) hians oratio 8. 6. 62. — [99]) nihil inconditum 6. 3. 107. — [100]) haud raro apud Q. legitur aliqua, magna, maiore, minima ex parte. — [101]) eadem vocabula leguntur 12. 1. 23.

nem[102]) *cogitationum et occupationes rerum minus in eloquentia effecerit*[103]) *quam divinum eius ingenium postulabat*[104]), *tam hercule quam*[105]) *Brutum philosophiae suae relinquamus*[106]): *nam in orationibus minorem esse fama*[107]) *sua etiam admiratores eius fatentur. Nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit, nisi qui et carmina eorundem miratur. fecerunt enim et carmina et in bibliothecas rettulerunt, non melius quam Cicero sed felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt. Asinius*[108]) *quoque, quamquam propioribus*[109]) *temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse.*[110]) *Pacuvium certe et Accium non solum tragoediis sed etiam orationibus suis expressit*[111]): *adeo*[112]) *durus*[113]) *et siccus est. oratio autem sicut corpus hominis ea demum pulchra est, in qua non eminent venae nec ossa*[114]) *numerantur, sed temperatus*[115]) *ac bonus sanguis implet membra et exsurgit toris ipsosque nervos rubor tegit et decor commendat. nolo Corvinum insequi, quia nec per ipsum stetit*[116]), *quominus laetitiam nitoremque nostrorum temporum exprimeret, et videmus, in quantum*[117]) *iudicio eius vis aut animi aut ingenii suffecerit,'*

XXII. '*Ad Ciceronem venio*[118]), *cui eadem pugna*[119]) *cum aequalibus suis fuit quae mihi vobiscum est. illi enim antiquos mirabantur, ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat: nec ulla re magis oratores aetatis eiusdem praecurrit*[120]) *quam iudicio. primus enim excoluit orationem*[121]), *primus et verbis dilectum adhibuit*[122]) *et compositioni artem, locos quoque laetiores*[123]) *attentavit*[124]) *et quasdam sen-*

---

[102]) magnitudo rerum 1. 8. 5; 10. 1. 48. — [103]) neque in his satis possit efficere 2. 8. 5. — [104]) ut sensus postulabit 9. 4. 132. — [105]) tam . . quam 8. 3. 15. — [106]) pugnam decretoriam imperitis relinquunt 6. 4. 6. — [107]) Simile: eius scripta infra famam sunt 11. 3. 8. — [108]) 10. 1. 113. — [109]) Cf. XVIII. not. 4. — [110]) anni, quibus studuimus (absol.) 12. 11. 19 et al. — [111]) exprimere, quem elegeris 10. 2. 26. De Pacuvio et Accio cf. 10. 1. 97. — [112]) cf. 6. 2. 7. — [113]) durior Gallus 10. 1. 93; (siccum dicendi propositum 11. 1. 32). — [114]) Compara libri 1 prooem. 24: nudae illae artes . . ossa detegunt. — [115]) temperatus (sanguis) 11. 3. 78. — [116]) non per me stetit 3. 6. 78. De nitore orationis cf. XX. not. 67; de exprimendi vocabulo 10. 1. 69. — [117]) in quantum . . sequatur 8. 6. 24. Deinde cf. 2. 4. 33: summis operibus suffecturas vires. — [118]) venio nunc ad 8. 3. 1; ventum est ad 12 praef. 1. — [119]) cum hoc mihi non erit pugna 3. 6. 21. — [120]) aliter Q., apud quem anteponere de collocatione, praecurrere de tempore dicitur, neutrum dignationem significat. — [121]) excolendae orationis 8. 3. 86. — [122]) verborum dilectus 12. 9. 6; supellectili verborum adhibere artem collocandi 8 praef. 28. — [123]) protinus in aliquem laetum . . locum excurrere 4. 3. 1. — [124]) circumspectare et attentare (omnes argu-

tentias invenit, utique[125]) *in iis orationibus quas iam senior*[126]) *et iuxta finem vitae composuit, id est*[127]), *postquam magis profecerat*[128]) *usuque et experimentis didicerat quod optimum dicendi genus esset. nam priores eius orationes non carent*[129]) *vitiis antiquitatis: lentus est in principiis*[130]), *longus*[131]) *in narrationibus, otiosus circa excessus*[132]); *tarde commovetur*[133]), *raro incalescit; pauci sensus*[134]) *apte et cum quodam lumine terminantur.*[135]) *nihil excerpere, nihil referre*[136]) *possis, et velut in rudi*[137]) *aedificio, firmus sane paries et duraturus*[138]), *sed non satis expolitus et splendens. ego autem oratorem, sicut locupletem ac lautum patrem familiae, non eo tantum volo tecto tegi, quod imbrem ac ventum arceat, sed etiam quod visum*[139]) *et oculos delectet: non ea solum instrui supellectile quae necessariis usibus*[140]) *sufficiat, sed sit in apparatu eius et aurum et gemmae, ut sumere in manus*[141]) *et aspicere saepius libeat. quaedam vero procul arceantur ut iam oblitterata*[142]) *et olentia: nullum sit verbum velut rubigine infectum*[143]), *nulli sensus tarda et inerti structura*[144]) *in morem annalium componantur: fugitet foedam et insulsam scurrilitatem*[145]), *variet compositionem, nec omnes clausulas*[146]) *uno et eodem modo determinet.*'

---

mentorum locos) 12. 8. 14. De sententiis cf. 12. 10. 48. — [125]) utique in recenti dolore 6. 2. 26. — [126]) iam senior 12. 6. 4; finem vitae 12. 1. 15; oratio quam Lysias composuerat 2. 15. 30. — [127]) idoneos (locos), id est, actionibus similes 1. 11. 12; id est autem ut 10. 1. 120. — [128]) vetustate proficere 2. 4. 9; cf. 9. 4. 16; minus valent praecepta quam experimenta 2. 6. 15. — [129]) vitio carere 1. 5. 53; 12. 3. 71. De 'vetustissimorum auctorum' studiis Ciceronis cf. 10. 1. 40. — [130]) principium = exordium, pass.; lentitudo autem apud Q. mores notat. — [131]) in compositione longior 10. 1. 118. — [132]) otiosi 10. 2. 17; circa propria ac differentia magna subtilitas 7. 3. 26; circa ius nostrum . . attentior 4. 5. 21; egressio vel, quod usitatius esse coepit, excessus 3. 9. 4. — [133]) commoveri ipse orator dicitur 11. 1. 42. — [134]) sensus = sententia, pass. — [135]) prooemia ut intra quattuor sensus terminarentur 4. 1. 62; lumen = splendida vel sententia vel figura, pass. — [136]) quae secum referant (auditores) 2. 2. 8. — [137]) sicut in structura saxorum rudium 9. 4. 27. — [138]) durare saepe diuturnitatem rei ap. Q. significat. Cf. praeterea 2. 19. 3 si (marmor rude) artifex expolisset. — [139]) mens . . visusque 10. 1. 30. — [140]) ad usus necessarios 12. 7. 9 (antecedit: sufficientia sibi). — [141]) orationes in manus sumere 10. 1. 22. — [142]) oblitterata tempora 1. 6. 40; (verba omnia alumnum urbis oleant 8. 1. 3). — [143]) quae mentem inficiunt 1. 11. 2; rubigine squalere 10. 1. 30. — [144]) tarda et supina compositio 9. 4. 137; structura sola (oratio) variatur 8. 6. 67. Cf. praeterea 12. 11. 6: in morem praeceptoris. — [145]) foedissima ludibria 1. 6. 32; insulsum 6. 3. 19; affectata scurrilitas 11. 1. 30. — [146]) Leguntur ap. Q.: variare, clausula, terminare (non determinare).

XXIII. ‘*Nolo inridere rotam Fortunae et ius verrinum et illud tertio quoque sensu in omnibus orationibus pro sententia positum esse videatur.*[147]) *nam et haec invitus rettuli et plura omisi, quae tamen sola mirantur atque exprimunt ii qui se antiquos oratores vocant. neminem nominabo, genus hominum significasse contentus*[148]*: sed vobis utique versantur ante oculos*[149]) *illi, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Virgilio legunt, quibus eloquentia Aufidi Bassi aut Servilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet*[150]*), qui rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt*[151]*) [oderunt], Calvi mirantur. quos more prisco apud populum fabulantes non auditores sequuntur, non populus audit, vix denique litigator*[152]*) perpetitur: adeo maesti et inculti istam ipsam quam iactant*[153]*) sanitatem*[154]*) non firmitate*[155]*) sed ieiunio consequuntur. porro ne in corpore quidem valitudinem medici probant, quae animi anxietate*[156]*) contingit: parum est*[157]*) aegrum non esse, fortem et laetum et alacrem volo.*[158]*) prope abest ab infirmitate, in quo sola sanitas laudatur. vos vero, viri disertissimi potestis, ut facitis, illustrare*[159]*) saeculum nostrum pulcherrimo genere dicendi. nam et te, Messalla, video laetissima quaeque antiquorum imitantem et vos, Materne ac Secunde, ita gravitati sensuum nitorem et cultum verborum miscetis*[160]*), ea electio*[161]*) inventionis, is ordo*[162]*) rerum, ea quotiens causa poscit*[163]*)*

---

[147]) Hunc Ciceronis usum Q. commemorat 9. 4. 73 et 10. 2. 18, quo loco eos irridet, qui talia maxime imitentur. De exprimendi vocabulo cf. XX. not. 72. — [148]) contentus indicare 4. 2. 128; haec adnotasse contenti 8. 6. 2. — [149]) Q. habet: ante oculos esse, ponere, proponere. De perversa antiquorum admiratione 2. 5. 21; 11. 3. 10, pass.; de Aufidio Basso 10. 1. 103; de Servilio Non. ib. 102; de Sisenna 1. 5. 13; 8. 3. 35; de Varrone 10. 1. 95. — [150]) quibus sordet omne, quod natura dictavit 8 pr. 26. Cf. praeterea 7. 4. 12: in comparatione malorum. — [151]) Non opus est monere, rhetores, commentarios aeque atque fastidiendi vocabulum saepius ccurrere ap. Q. — [152]) (apud iudices) fabulantur 11. 3. 131; sequentur discipuli quo duxeris 8 pr. 3; litigatores 3. 10. 4, al. — [153]) quam maxime iactat 12. 10. 6. — [154]) qui suae imbecillitati sanitatis appellationem obtendunt 12. 10. 15; macies illis pro sanitate est 2. 4. 9. — [155]) corpora viribus, firmitate . . praestantiora 2. 17. 13. — [156]) anxietas extrema 1. 7. 33. — [157]) dubia lectio est 8. 3. 26: tamquam parum sit, si dicatur. — [158]) at ego oratorem volo 1. 10. 8. — [159]) ingenia, quibus forum illustratur 10. 1. 122. Cf. praeterea 4. 2. 25: in oratione pulcherrima. — [160]) nitoris et cultus (de compositione) 11. 1. 48; rerum tenuitatem fortioribus verbis miscebimus 12. 10. 35. — [161]) doctis est electio et modus 2. 12. 6. — [162]) haud raro ap. Q. ordo est (recta, iusta) dispositio, distinguit tamen, et recte ille quidem, ab orationis dispositione ordinem rerum 4. 1. 78; 4. 2. 51, al. — [163]) Ap. Q.:

ubertas, ea quotiens permittit[164]) *brevitas, is compositionis decor*[165]), *ea sententiarum planitas, sic exprimitis affectus, sic libertatem temperatis*[166]), *ut, etiamsi nostra iudicia malignitas et invidia tardaverit*[167]), *verum de nobis dicturi sint posteri nostri.*'

---

si (ubi, cum) res poscit (poscet). Ubertas non raro a. Q. vel laudatur vel reprehenditur in oratoribus. — [164]) cum res postulat aut certe permittit 4. 3. 4. — [165]) comp. decor 9. 4. 44. — [166]) genus dicendi quod . . specie libertatis insanit 12. 10. 73; ut hoc genus . . temperandum sit aliqua moderatione 11. 1. 28. — [167]) nulla tardati verecundia 1. 3. 4; quam (animi praestantiam) nec . . nec audientium auctoritas . . tardet 12. 5. 1. Similis sententia legitur 3. 1. 21: ad posteros virtus durabit, non perveniet invidia.

Quanta vis sit similium locorum a me adscriptorum aliorum est iudicare. Ego non dubito, quin probaverint quod erat probandum. Unum ut addam, fides postulat. Non aeque per totum dialogum pertinet ille cum Quintilianeo usu concentus. Ubi res tractantur in dialogo ab eloquentia alienae, videlicet pauciora Quintiliani usum redolent neque iudicari profecto potest, quomodo easdem res tractaturus fuerit Quintilianus, qui scripsit institutionem oratoriam. Illud tamen iure arbitror me contendere posse, vel eos locos, qui in aliena materia versantur, ita scriptos esse, ut tertio fere quartove versu fieri vix possit quin is, qui satis longa Quintiliani lectione tritas aures habet, similium illius locorum meminerit. Neque in ulla parte libelli eum, qui diligentissime, quod ego sciam, eiusmodi παράλληλα adnotavit, Philippum Carolum Hess (edit. 1841) videbis raro facere Quintiliani mentionem. Hic et illic tanta similitudo est (cf. Hessii adnotationes ad d. 1 forma ingeniorum, 2 iuvenilis ardor, 10 arcem eloquentiae, 15 infinita differentia, 15 paenitentiam agere, 21 macies, 26 sua persuasione frui, 32 ire per, 34 diversa subsellia, 34 imago (facies) eloquentiae, 35 robustiores etc.), ut admodum verisimile videatur, liberiore colloquii forma expressisse dialogi scriptorem 'sermonem' aliquem a Quintiliano praeceptore de eadem re habitum. Cf. de his 'sermonibus' Quint. praef. 7. Hoc aliis quoque rationibus probari potest, quas — si quidem licet hactenus propositi formam excedere — statim subiciam. Quae habemus in dialogo de tot oratoribus iudicia, mirum in modum similia sunt iis, quae in institutione oratoria leguntur, ita tamen, ut haud raro hic confidentius dicantur, quae illic cautius. Vocabula artis propria eadem fere sunt in utroque libro (velut: clausula, compositio, structura, excessus, sensus = enunciatum, eloquentia virilis, extemporalis temeritas, declamatorius, scholasticae controversiae, probationes, deliberationes etc.). 'At haec saeculi propria erant.' Quid autem, si d. 12 ad illustrandam vatum prisco tempore auctoritatem, cum tot

alia exempla idem probassent, Orpheus et Linus nominantur i. e. iidem, qui Q. 1. 10. 9 (ubi etiam illud 'dis genitum' legitur): si d. 34 tamquam exemplaria maturae in eloquentia praestantiae commemorantur Calvus, Caesar, Pollio, Crassus, iidem Quint. 12. 6. 1 (ita tamen ut pro Crasso Octavianus nominetur): si inter ineptas controversiarum materias d. 35 'pestilentiae remedia' enumerantur, quam materiam irridet Q. 2. 10. 5 (ne moneam, declamationes quae Quintiliani nomine feruntur paene omnia ea tractare quae illo dialogi loco cum irrisione commemorentur): si postremo e tanta multitudine pugilum Graecorum d. 10 unus Nicostratus exempli gratia laudatur, quem adolescens senem se vidisse testatur Quintilianus 2. 8. 14. Sed haec hactenus. Ego vero non iam dubito, quin omnis illa de eloquentiae sub imperatoribus demutatione quaestio, de qua amici sententiam audire cupit Fabius Justus, Plinii amicus (d. 1), de qua saepe iam se meditatum esse fatetur Messalla (d. 15), publicis Quintiliani de hac ipsa re 'sermonibus' (prooem. § 7) mota et excitata sit. Si tamen quis artissimam dialogi cum Quintiliani disciplina quasi cognationem adgnoscere dubitat, reputet quaeso, id quod ille ante omnia discipulis commendare solebat, ut neminem potius quam Ciceronem imitarentur, adeo praestitisse dialogi auctorem, ut etiam magis, quam fecit ipse Quintilianus, in operis descriptione, sermonis colore, singulis denique dictionibus illum imitatus esse iudicandus sit. Cf. ea, quae vir venerabilis Carolus Peter editioni suae a. 1877 praemisit, p. 2 sqq. Is autem, cuius genus maxime impugnabat Quintilianus, Seneca, ne commemoratur quidem, nedum laudetur in dialogo: nusquam agnovi illius imitationem de industria factam. Inde si paucis locis occurrunt, quae ex illo expressa videri possint (quae Carolus Peter l. l. p. 11 sqq, affert, paene omnia cum Pliniano usu congruunt), illum imprudentem potius crediderim, quae pueriles aures olim acceperant, adhibuisse quam ad Senecae exemplum se consilio cogitateque composuisse. Illud certe mihi videor contendere posse, id genus figurarum delicatarum, quae Senecae maxime propriae sunt, non occurrere in dialogo, cum Plinius, Quintiliani sine dubio discipulus, nonnullas earum non raro adhibuerit. Inde diu meditatus — valde enim me moverat viri prudentissimi auctoritas — non video, quo iure Carolus Peter (edit. p. 10) dialogi sermonem docuerit a Seneca propius quam a Quintiliano abesse. Perpauca vocabula dictionesque ac figurae in dialogo leguntur, quibus paria vel similia non deprehenderim apud Quintilianum, Plinium, Tacitum (ut Ciceronem praeteream): vix decem loci sunt, ubi ad Senecam auctorem quasi refugere coactus sim. Unum addam. Si quis libellum O. Rauschningii de latinitate L. Senecae (Regimont. 1876) percurrerit, non raro Pliniani sermonis recordatio eum subibit, vix unquam eius, quo dialogus utitur. Premo hunc locum, quamvis aegre tam docto viro oblocutus sim, quia eiusmodi iudicia temere ab aliis propagata facile turbas efficiunt in tam difficili re maxime evitandas.

II.

Deinde dico: magnam in vocabulorum usu et electione apparere similitudinem inter dialogum ac Plinii minoris libros.

Si quidem recte universum dialogi colorem contendi esse Quintilianeum, nemo mirabitur, quod multa in eo congruunt cum usu Plinii Secundi, quem constat Quintiliani de eloquentia sermones declamationesque adolescentem audivisse, probasse, quantum licebat per dissimilem ipsius indolem, imitatione expressisse. At latius patet illa similitudo, quam ipse olim putaram ac vulgo putari video. Quo magis mireris, quod is, qui tam confidenter a. 1841 dialogum Plinio vindicavit, ut aliter sentientibus paene somnum exprobraret, Kramarczikius eo gravissimo argumento uti (cf. eius disputationem p. 18), ut Tacitino more loquar, dedignatus est. Is quoque, cuius diligentia ceteroquin satis laudari non potest, Weinkauffius, hunc locum brevius absolvit, quam ut exempla ab eo allata in alteram utram partem multum valere possint. Inter synonyma, quae ab eo enumerantur p. 39 etc., deinde, inter 'vocabula apud alios scriptores obvia' p. 30 etc., multa Pliniana notata reperis, similium dictionum brevem indicem idem exhibet in commentarii nostro sermone praemissi p. CLVII: tamen adeo ille Tacito suo favet, ut — optima fide videlicet — Plinio paulo iniquior fuisse videatur. Iam non id agam, ut illos Weinkauffii indices adstruenda similium dictionum copia augeam. Qui ea de re certum iudicium habere volet, is non gravabitur ipsa Plinii[e]) opera perscrutari: qui obiter haec tractat, eum relegare possum ad Ph. C. Hessii editionem, qui in singula deinceps capita similes Plinii locos satis multos, minime tamen omnes adnotavit. Ex uno Panegyrico adnotabo, quae cum dialogo fere congruant, ita quidem ut pro instituti mei ratione ad minutias descendere non neglegam, immo has vel maxime efferam. Leguntur ibi, quae dialogus habet, cum alia tum haec:

> Plin. Pan. 6 tanti est, ultro = ultra; 7 statio = munus principis, temporis spatium, quo princeps rebus praeest (ib. 86); nisi quod (ib. 8. 9. 21. 43); 10 in quantum (ib. 68), quandoque = olim (ib. 28. 35. 94); 11, 12 veteres et antiqui, veteres et prisci, 12 in proximo esse (ib. 61); 15 contentus c. inf. perf. (ib. 38), dicendum habere, quotus enim quisque (cf. ib. quotusquisque c. gen. 43. 63); 17 ingentia nomina = d. 35 ingentibus

[e]) Idem ipse facere non neglexi. Nam e Holsteinii (1862. 1869) et Krautii (1872) de Plinii minoris elocutione libellis admodum laudabilibus ideo non nimis multa depromere potui, quia ille paene totus est in vocabulorum usu, hic in syntaxi, ut neuter nisi obiter rhetorica attigerit. Quodsi e Panegyrico potissimum exempla proferam, peto ne hoc ita accipiatur, quasi in eo libro curae meae se continuerint: quamquam non nego, accuratius hunc quam epistolas me excussisse.

verbis; 18 prioris saeculi (cf. priora tempora 47. 55), timere c. inf.; 20 quisquam = ullus, fastidium circa rem = d. 28 disciplina circa; 21 pugna cum aliquo, metaph.; 22 medentium cf. d. 31 medentis; 26 suboles, amplecti = benigne fovere cf. d. 5 complecti provincias; 28 obligatus = beneficiis obstrictus; 29 exactus mari hostis (cf. 53 vindicatus Nero, d. 37 Quinctius defensus), datur c. inf. (ib. 50. 51), usus nostri (ib. 51) exuberare; 30 id est (ib. 61), saeculum = praesens aetas (ib. 34. 36. 46 etc.); 36 fortasse c. coni. (ib. 42. 79), seu c. coni. iterat., inseri nominibus cf. d. 10 nomen inserere famae; 38 a + b + c et quidvis potius quam d (cf. d. 1, ubi legitur: ab + c + d et quidvis potius quam e), sic quoque; 39 cetera moderatione cf. d. 37 ceteram manum; 41 utilitates; 51 quati, in publicum; 53 adice quod cf. d. 9; 54 ludicrae artes, censere = sententiam in senatu dicere; 55 quaeque alia; 58 longum quendam et sine discrimine annum cf. d. 17 longum et unum annum, malignitas = invidia (ib. 70); 62 nempe enim; 63 etsi (ib. 70); 70 volo ego cf. d. 23 fortem ... volo; 71 omnes numeros obire cf. d. 32 per omnes el. numeros isse; 72 quae faces nobis subiecerunt illas exclamationes cf. d. 40 oratori faces admovebant; 80 dignari c. inf., qua parte = quo nomine; 81 imbui artibus cf. d. 2. 31. 34; 88 pulchritudo, metaph., cf. d. 20 pulchr. orationis; formare = educare; 94 pax et concordia cf. ib. 34 pacem foro, d. 40 in foro pax, in senatu concordia.

Quae attuli, pleraque nihil insigne habent atque vel e Ciceronis usu repeti poterant. At illa aetate, quae non raro cum fastidio ea respuebat quae usu trita essent, ne id quidem praetermittendum est, quod alter retinuit hoc illudve antiqui sermonis, cum alter sperneret. Ab iis, qui dialogum Taciti opus esse negant, urgetur, quod vocibus itaque, paene, praesertim, fere, propter, non solum ... sed etiam Tacitus constanter abstinuit. Quidni ex re sit testari (id quod obiter facio), haec omnia aeque in Plinii libris legi atque in dialogo?

Verum haec hactenus. Multo plura scilicet repeti poterant ex epistolarum tot libris, praesertim cum in iis non raro dialogi similis materia tractetur. Malui tamen me certis finibus continere quam undique exempla congerere: accurate pertractari eum locum nisi peculiari libro non posse nemo non intellegit.

Illud quoque adicio, synonymorum illam copulationem, in qua dialogi scriptor adeo immodicus est, ut ea, si quidquam, inter libelli proprietates referenda sit, Plinio quoque familiarem esse, cum Quintilianus, ut supra dixi, parcissime ea figura utatur. Breve primum Panegyrici caput habet: bene ac sapienter, usurpandus colendusque, castus et sanctus et diis simillimus, forte casuque, coram ac palam, arae et altaria, manifestus ac praesens, caelum ac sidera, aptum piumque, cum in primo dialogi legan-

tur: ingeniis gloriaque, deserta et... orbata, diserti et caus. et adv. et patroni, memoria et recordatione, animi et ingenii, vexata et irrisa.

In Panegyrici capite XIX habes hoc enunciatum: 'perinde summis atque infimis carus, sic imperatorem commilitonemque miscueras, ut studium omnium laboremque et tamquam exactor intenderes et tamquam particeps sociusque relevares: felices illos, quorum fides et industria non per internuntios et interpretes sed ab ipso te ... probabantur'. Quod prope sane accedit ad eos dialogi locos, quibus maxime in geminationis figura scriptor luxuriatur. Oppositio autem illa bimembris (non a + a′ sed b + b′), quae saepius occurrit in d., satis usitata Plinio est, cf. Pan. 37. 90. 95; epp. 9. 14. 1 etc.

At in dialogo audacius dicta occurrunt, qualia non credas Plinium scripsisse. Ut omnem fidem praestem, ne hoc quidem simpliciter concedo. Ipse infra demonstrare conabor, hoc illudque ab eius oratione alienum videri, neque tamen ob singularem elocutionis audaciam. Ut in alio figurarum genere rariora, ne dicam duriora Tacitus habeat, in alio sine dubio plura audet Plinius. Leguntur apud Plinium: 'amnis inter usurpata semper collium substiterat atque haeserat, obversabantur foribus horror et minae, cum influentibus negotiis paria facere, iterare gaudii fidem, terra segetibus induebatur, te libertas super principes vehit, terra usque ad iniuriam sterilitatis exaruit, infinitae potestatis domitor et frenator animus florescit ipsa vetustate, formam principis non aurum ... melius quam favor hominum exprimit, fovete iudicium eius; disiunctissimas terras ingenio (i. e. liberalitate tua) velut admoves, ibit in saecula fuisse principem etc., iterare gaudii fidem, non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis'. Atque pauca excerpsi e multis eiusdem notae exemplis, quae unus Panegyricus habet! Quae cum ita sint, non video, quo iure Plinius dici possit omnino quasi infra eam licentiae lineam se tenuisse, quam excedant paucae illae dictiones, quae fere e dialogo tamquam singularia quaedam afferri soleant.

Tamen multum diuque re perpensa, cum abhinc biennium paene iam in contrariam sententiam tacitis cogitationibus abiissem, eo postremo redii, ut dialogum a Plinio abiudicarem, ita tamen ut simul statuerem, scriptum videri ab homine studiorum rationibus artissime cum eo coniuncto. Iam hic quoque, quo plenius demonstrentur quae sunt demonstranda, ultra propositi fines paululum egrediens, pauca quaedam disputationi immiscebo, quae non ad unam elocutionem attinent.

Videlicet aliter Quintilianus eiusque sectatores Ciceronem imitabantur atque nos facimus. In summo eum aemulandi studio illi 'sui quisque et animi et ingenii formam reddere' (d. 1) cogebantur neque profecto nolebant. Inde nemo mirabitur, quod dialogus, institutio oratoria, Pliniani libri, cum ex eadem secta rhetorica prodierint per-

multaque similia habeant in omni genere dicendi, tamen multis nominibus differunt. Atque Plinii quidem indoles mihi videtur ex parte Senecae simillima fuisse. Licet iactationis, vanitatis, fastus vulgaria spernentis vitia in hoc magis quam in illo eminuerint, nullo eorum Plinius, homo multo magis amabilis, plane purgari poterit. Neuter unquam rei, quam forte tractat, adeo totus deditus est, ut aequalium posterorumque laudem orationis elegantia aucupari neglexerit. Vel contra luxuriam disputat Seneca luxuriosissime, contra morum mollitiem mollissime, Plinius autem in iis quoque epistolis, quas valde commotus scripsit, non abstinet fere figuris aliisque sermonis artificiis: plane simpliciter perraro scribit. Sprevit ille sane fastidiosum istum Senecae morem, sermonem in minutissima membra nullis vinculis conexa dissecandi, pleraque δραματικῶς per exclamationes, interrogationes, adhortationes tractandi, continuo denique sententiarum orationisque figuris ludendi: neque tamen naturam eius illuc inclinantem adeo Quintiliani disciplina refrenaverat, quin saepe eo efferretur. Non opus est admonere, quam crebra apud Plinium sint asyndeta, anaphorae, epiphorae, chiasmi, similium vocabulorum compositiones, verborum sententiarumque oppositiones, alia id genus. In eo ipso non mediocris ars eius conspicua est, quod alias figuras aliis, brevitati abundantiam, simplicitatem magnificentiae tam scite miscuit, ut sermo eius multo minus aures fatiget quam Senecae. Veluti ille curabat, ut brevi intervallo fere synonymorum, quas supra dixi, copulationes πολυσύνδετοι exciperentur contraria figura. Non raro quaterna, quina, immo sena (Pan. 44, alibi) nomina ἀσυνδέτως profert, maxime autem in usu habet trimembre synonymorum asyndeton (veluti: ope consilio honore), quod in uno Panegyrico tricies fere legitur, saepissime in epistolis. Item in collocandis vocabulis apud eum summa est varietas, ita quidem ut modo vulgarem usum retineat modo ab eo alias aliter deflectat.

At vero dialogus — perpaucis locis exceptis — ab initio usque ad finem in uno eodemque genere aequabili et ad Ciceronis modum molliter fluente versatur. Trimembris illius asyndeti nullum, asyndeti omnino paucissima exempla repperi eaque omnia ita comparata, ut optimum quemque scriptorem ibi similiter scripturum fuisse dicas. Quam moleste in dialogo etiam atque etiam repetuntur illae voculae et, que, ac, ut vel cupidissimus dialogi admirator ea in re non possit non offendere! Non desunt porro in eo libro splendida sententiarum lumina: sed ea quasi quaedam ornamenta periodis rotunde molliterque decurrentibus suo loco inseruntur, non alia ex aliis (veluti saepe apud Plinium, saepius apud Senecam) legenti se obtrudunt omnemque sermonem colorant. Collocatio autem vocabulorum in dialogo tam simplex est, ut plerumque vulgaris ordo retineatur, vix quinto quoque ambitu paululum ab eo recedatur. In eo quoque simplicitatem adgnoscas, quod ἅπαξ εἰρημένα toto libro duo occurrunt clientulus et planitas (ibi tamen lectio dubia), quod in eo apparet nullum

novum vocabulum nisi uniformis (cf. Livianum 'informis', Ciceronianum 'multiformis'). Nam histrionalis (Tac.), antiquarius (Suet.), scurrilitas (Quint.) tum demum iure huc referri poterunt, cum certo sciemus, quando scriptus sit dialogus: stationem autem d. 17 plane eodem quo alibi sensu dici, non novo et inaudito, apud me quidem constat. Contra Plinius multa habet vocabula, quae solus, alia quae primus videtur usurpasse, sive sunt illa e Graeco sermone repetita sive deminuta sive amplificata (veluti ille non pauca nova habet, quae exeant in -entum, -arium, -itas, -orius, -ilis).
Ac tamen in tot Plinii libris non reperiuntur hae dialogi voces:

adcumulare, adfluere, adgregare, adsuefacere, alumna, clarescere, concessu c. gen., conversatio, degenerare, detrudere, dictio, elementum, expromere, fabulari, fastidire, ferme (d. 16?), fugitare, hodieque, ieiunium, immutare, incorruptus, informis, ingenuitas, inlecebrae, inops, inscitia, iuvenilis, lentitudo, libare, lineamentum, livere, lucrosus, maturare, nobilitare, oblectamentum, obliterare, obtrectare (-ator), pacare, penetralia, pensare (Plin.: pensitare), pernoctare, pertrahere, placita, pravitas, primordium, proeliator, propitiare, propugnare, prosternere (Pan. 31 nunc legitur: praesterni), rixari, sacrarium, sectator, subnixus (Plin.: innixus), subministrare, sudare, superfluens, tardare, temeritas, tempestivus, urere, vernaculus, vocitare.[f])

Quin casu factum sit, ut nonnullis horum vocabulorum — quae ad unum omnia in Taciti libris occurrunt — non uteretur Plinius, non dubito: alia usurpandi occasionem ei defuisse largior. Illud tamen apparebit, legi satis multa in dialogo vocabula, quae Plinio usitata non fuerint. Si iam addideris ea, quae Weinkauffius attulit diversarum dictionum exempla (p. CLVIII), deinde reputaveris, permulta vocabula quae saepissime usurpat Plinius (veluti: utcunque, ut si = quasi, alioqui = omnino, nunc ... nunc = modo ... modo etc.) non legi in dialogo, alia legi, sed plane nova significatione (notitia = gloria, cura = scriptio; odorari = obiter attingere etc.): non iam cunctaberis mecum profiteri, quamvis pleraque cum Plinii usu congruant, tamen non videri esse scriptum a Plinio dialogum.

Ex uno sermonis genere nihil ultra concludere ausim. Nam si quis eo refugiat ut dicat, dialogum esse scriptum a Plinio, quo tempore ille ad unam Quintilianeae doctrinae normam se direxerit (primis

---

[f]) Diu scrutatus adhuc non repperi apud Plinium usitatissimas voculas atqui, interim, namque (atqui, d. 41, interim d. 18, namque d. 19): in Panegyrico certe non leguntur, de epistolis idem pro certo affirmare non audeo. Si quidem nusquam occurrunt, iudicabimus videlicet, Plinii auribus has voces minus iucundas quam alias eiusdem significationis fuisse, nihil ultra. At hoc unum sufficeret mihi, ut dialogum ab eo scriptum aegre mihi persuaderem. Sumus enim in levissimis his rebus fere multo quam in magnis pertinaciores.

fortasse Domitiani annis, ut vicenarius fere retulerit, quae modo sumpta virili toga audivisset), ceteros libros ab illo esse emissos postea, cum proprium genus liberiore iudicio adsumpsisset, nesciam profecto, quam rationem ex hoc ipso loco repetitam iure possim opponere. At alia sunt eaque magni momenti, quae contra moneri possint. Nusquam Plinius, suae laudis minime certe occultator, eiusmodi opus commemorat, cum laudandi eius saepe occasionem habuerit, nusquam tam pius ille praeceptorum suorum praedicator Secundum Aprumve nominat aut Maternum inter insigniores suae aetatis poetas refert aut Messallae oratoris mentionem facit, qui frater eiusdem M. Reguli erat, quem totiens Plinius inclementer quidem, sed commemorat tamen. Ille autem, quem ab adolescentulo se frequentatum ipse testatur epp. 6. 6. 3, Nicetes Sacerdos etiam cum irrisione nominatur d. 15. Deinde si reputaveris, solitum esse Plinium 'amicos ex omni occasione ultra modum laudare' (7. 28. 1), vix credes, illum ne verbum quidem de Tacito amico dicturum fuisse, quem narrat (7. 20. 4) iam 'eloquentiae fama gloriaque floruisse', cum 'ipse adolescentulus illum imitari et quamvis longo intervallo sequi' coepisset. Quae de re publica, de eloquentia, de variis scriptoribus, aliis rebus in dialogo leguntur, a Plinio scribi potuisse nolo negare — etsi hoc illudve paulo aliter[g]) eum scripturum fuisse opinor, — ne certarum rerum adlatarum pondus incertis opinionibus adstructis minuam potius quam augeam.

Si quid video, iam status causae hic est: ea quae modo attuli si minus singula, certe in unum collecta paene impediunt, ne Plinio librum adscribamus: nullum testimonium eum Plinio attribuit: sermonis autem rationes eas esse vidimus, ut vix credi possit dialogum compositum esse a Plinio, cum ea ipsa, quae huius libri maxime propria sint, non congruant fere cum Pliniano usu vicissimque permulta in dialogo non legantur, quae Plinio peculiaria sint. Si haec omnia recte se habent, male pervicacis videlicet esset, ob multas magnasque, quas nemo negabit, sermonis similitudines retinere opinionem satis superque aliis rationibus refutatam.

Rursus, ne sua explicatione careat illa sermonis similitudo tam late patens, etiam ad minutas voculas pertinens, hoc concedere nos oportebit, videri scriptum dialogum ab homine, qui non modo aetate, sed etiam omni studiorum ratione vitaeque usu Plinium contigerit.

III.

Eum hominem Tacitum fuisse cum aliis multis ego contendo ea tamen conditione addita, ne post Domitianum libellum ab eo scriptum esse statuatur.

---

g) Antiquos se mirari saepe Plinius testatur: provocatus Reguli dicacitate profitetur, 'sibi esse sane cum Cicerone aemulationem, non esse se contentum eloquentia saeculi' (epp. 1. 5. 12). Magis tamen animum

Non obstare temporum rationes, deinde multa illa, quae continet dialogus de omni eloquentia, de singulis hominibus, de saeculi ingenio, de republica iudicia, ad unum omnia cum Taciti persona dignissima esse tum optime quadrare ad ea, quae de iisdem rebus passim in libris Tacitinis leguntur, apprime denique talem curam in hominem convenire multos per annos eloquentiae studiis deditum, tam accurate nuperrime collectis aliorum iudiciis Gerardus Iansen et Franciscus Weinkauff exposuerunt — quorum uterque Prolegomena Tua, vir doctissime, cum laude commemorat ac saepe adhibet, — ut de summa re cum illis consentiens ad illorum argumentationem[h]) simpliciter relegare possim.

De eo quoque loco, qui unus difficultatem eamque haud parvam habere mihi videtur, longam disputationem supervacaneam fecit Weinkauffii diligentia, quae tantas copias congessit, ut vel accuratissimi sermonis existimatores (si minutiora quaedam, veluti particulas, transitionum figuras, verborum collocationem exceperis) in iis adquiescere possint. Videtur tamen vir spectatissimus interdum, ut fere fit, studio quodam abreptus iusto plura probare voluisse eaque re argumentorum suorum vim aliquantulum imminuisse.[i])

Ac primum quidem e 'novorum' vocabulorum, quae ille (p. 29) recenset, numero eximenda videntur: statio, qua voce dominationis annum significari cum multis nego[k]), et proeliator (cf. Val. Max. 3. 2. 24), contra haud scio an adiciendus sit antiquarius.

Dictiones plane singulares praeter eas, quae ib. p. 29 leguntur, ego adgnosco: 32 longe interest, 22 olentia(?) = oblitterata, 31 collectus = pressus, adstrictus, 20 in studiorum incude positi, ib. veterno inquinatus, 19 odorari = leviter attingere, 9 suum genium propitiare = se colere. Ceteris omnibus locis, qui singulariter scripti sunt, vel plane vel paene similes aliorum scriptorum respondere arbitror.

Deinde, ne Taciti causae faveri videatur, vocum 'poeticarum et insolitarum sed in ipso Tacito obviarum' (ib. p. 29.) indici subtrahan-

---

aperuisse videtur, cum diceret, 'se non despicere temporis sui ingenia' (ib. 6. 21. 1), immo 'favere saeculo, ne esset sterile et effetum' (ib. 5. 17. 6). Quantum saeculo suo deesset, sine dubio Plinius minus sentiebat quam dialogi auctor. Praefert ille novis oratoribus poetisque antiquos, ita tamen ut reliqua eius oratio saepe parum cum illa laude congruat: omnino ille videtur satis contentus fuisse in artibus liberalibus saeculi 'progressu'.

[h]) Magis etiam Ianseni libellus mihi probatur quam longa illa praefatio, quam Weinkauffius novissimo libro praemisit. Hic enim, cum omnino egregie disputarit de materia diu multumque perpensa, tamen nonnulla immiscuit, quae adversariis aggrediendi occasionem datura sint. Veluti p. LXXVI tertium consulatum Muciani, quem iam certo scimus ex actis fratrum arvalium (Marini, Gli atti etc. I. p. 129; Henzen, Scavi nel bosco sacro d. fr. Arv., p. 34) anno 72 cum T. Flavio Sabino consulem fuisse, adsignat anno 75 et contendit, Helvidium Priscum eo anno nondum exulem fuisse.

[i]) Idem quamvis modeste monet Iansenius p. 71. — [k]) Vide p. 25 et adnotat. b.

tur, quae Plinius quoque usurpavit: proceres, obsequium, rubor, suboles.

His praemissis ad rem venio. Quae hic iam contra se habet atque antea in Plinio. Omne Plinii genus vidimus vel maxime cum dialogo congruere, singula multa diversa esse: contra singularia pleraque mirum quantum conveniunt cum Taciti usu, cum universum genus differat. Atqui perspicuum est, si de auctore quaeritur, summam vim habere multarum singularium dictionum cum scriptore aliquo communionem, cum sermonis tenor colorque fere singulorum ingenio minus quam totius aetatis indoli debeatur.

Qaerendum iam est primum, num satis multa et certa Tacitini ingenii morisque vestigia in dialogo appareant, deinde num quando Quintilianeo genere scribere ille et voluisse et potuisse existimandus sit.

Summatim iam recensebo, a levioribus rebus exorsus, quae fere similia habent dialogus et libri sine dubio a Tacito scripti:

a) Grammaticis in rebus utrobique fere idem usus est, iidem licentiae fines, cf. Weink. p. 107 etc. Insigniora haec: manifestus c. inf. pass. (d. 16; ann. 2. 57), habeo dicendum, cognoscendum etc. (hist., ann.), terrere, quo minus (hist.), inhonestum factu (Tac.: inhon. dictu), dignus tractatu (Agr., hist.: d. memoratu), non suffecturus (Germ., ann.: suffecturus) mansurum beneficium (ann., hist.), quominus = quin (Tac. pass.). Novum esset illud ingredi famam auspicatus d. 11, si modo satis constaret lectio: legitur tamen auspicari c. inf. iam Sen. epp. 83. 5; Plinn. h. 31. 41, et ausp. initium Suet. Cal. 54.

b) allitterationis (sit venia verbo usu iam recepto), quam admodum in deliciis habet Tacitus, item adnominationis, syllabarum complosionis, homoeoteleuton, polyptoton — figurarum apud illum frequentium — ingentem exemplorum copiam habet dialogus: allitterationis unius, si recte numeravi, Weinkauffius (p. 48—75) CIIII exempla percenset. Quantum valeant eius indices ad probandum id quod est demonstrandum, non audeo aestimare, cum ad aliorum scriptorum aequalium in his rebus usum non satis attenderim. De anaphora et variata oratione cf. Weink. p. 81 sqq.

c) Recte sine dubio observavit Weinkauffius, solere Tacitum in enumeratione bimembri vel trimembri pluribus vocabulis additis amplificare ultimum membrum (cf. praef. p. CXLI etc. et 89 etc.) idemque probavit saepe fieri in dialogo. Exempla ab eo congesta si recitari audies, ut dissentiat mentis iudicium, certe ipsae aures, opinor, haec omnia ab uno eodemque homine scripta esse non poterunt non iudicare: tam similiter allati a Weink. e dialogo loci cadunt Tacitinis, quos adscripsit. Minus me moverunt gradationis III, chiasmi XXIV exempla, quae leguntur p. 97—99. Eum quoque locum tacitus praeteribo, qui est de verborum collocatione p. 100—103, quoniam a nullo adhuc satis accurate tractatus est: nam Andresenus quoque, qui primus (in progr. Berol. a. 1874) eum ausus est attingere, ex-

clusis tamen dialogo et Germania, non tam absolvit hanc quaestionem quam incohavit. Neque, ut dicam quod sentio, ulla inquisitione probari poterit, hoc nomine esse dialogum Taciti libris similem: utique praevalebunt, quae dissimilia sunt.

d) Maioris etiam momenti est, quod permultae voces, dictiones, notionum et copulationes et oppositiones in dialogo occurrunt, quas constat Tacito vel maxime fuisse usitatas. Ut Weinkauffius p. CXLIII—CLIII, deinde in diligentissimo indice, qui pertinet a p. 131 usque ad p. 292 nonnulla perperam in suum usum verterit, ea, de quibus dubitari non potest, tam multa sunt, ut mihi quidem maximis ponderibus trutinam impellere videantur. Non reperiuntur sane in historicis Taciti libris verba propria artis rhetoricae multaque, quae in id genus cadunt: at nemo prudens hoc mirabitur. Illud contra admiratione dignum, quod hominis e solis historiae monumentis nobis noti ingenium moremque tot dialogi loci nobis repraesentant, ut vel inviti eius reminisci cogamur.

e) Idem fere iudicandum erit de illa synonymorum descriptione, quam exhibet Weink. p. 39—48. Pleraque Cicero, alia alii sibi vindicent, tamen relinquitur tam magnus numerus copulationum, quae certorum Agricolae, Germaniae locorum nos commonefaciant, aliarum (sed pauciorum) quae historiarum et annalium, ut, quo levior res per se est, eo magis unius hominis atque Taciti quidem usum hoc signo adgnoscere mihi videar.

f) Rem confici paene iis locis arbitror, ubi audacter dicta occurrunt, quae proxime absint a simillimis Taciti locis, cum neque prioris neque eiusdem saeculi scriptores, qui quidem soluta oratione scripserint, similia habeant. Valet hoc de singulis vocibus, veluti cura = liber, histrionalis, orbis = orbis terrarum, placita, multo autem magis de multis dictionibus: studium haurire, complecti provincias, nomen inserere famae, famam alicui circumdare, denegat alicui natura ingenium, metum et terrorem ferre, adfluens auditor, subnixus gratia, delegatur infans ancillae, in ore hominum agere, fovere studium, aliud agentes = ἀλλότρια πράττοντες.[1])

[1]) Anxie cautus, ne quid Tacito adsignarem, quod cum Quintiliano, Plinio vel Seneca ei commune esset, exclusi: paupertas et angustiae circumstant aliquem, cf. Sen. dial. 10. 2. 3; Plin. Pan. 3; formare liberos = educare, Plin. Pan. 94; aures aliquid respuunt, Quint. 11. 1. 61; negotium sibi importare (si quidem recte ita legitur d. 3), cf. Cic. off. 2. 18 si quid importetur nobis negotii, de orat. 1. 38 detrimenta publicis rebus importata, Phaedr. 1, 28, 6; lenocinari voluptati = eam iucundiorem facere, cf. Plin. epp. 2. 19. 7 libro isti novitas lenocinatur, 1. 8. 6 (rei) necessitas lenocinatur; sordidius et abiectius nati, cf. Quint. 2. 12. 7 sordida et abiecta; Plin. epp. 6. 33. 2 splendide nata (natus ib. 7. 22. 1); agunt feruntque cuncta (dub. lectio d. 8), cf. Liv. 40. 49. 1 cum ferret passim cuncta atque ageret, ac saepius ita Liv.; Ephesum clamoribus quatit, cf. Plin. Pan. 51 tecta urbis quatiuntur; ib. 94 altissima quaeque quatiuntur; aures =

Vidimus admodum multa similia esse, in his pleraque, id quod plurimum valebit, quae non vulgari sermone trita fuisse apparet, sed unius alicuius hominis morem referunt. Nonnulla habere dialogum, quae frustra in Taciti scriptis requisiturus sis, minime sileo neque tamen hac in re immorandum esse censeo. Nam, quae in uno dialogo leguntur, omnia utique Tacito digna sunt et intra Tacitinae libertatis fines se continent, multa autem eiusmodi sunt, ut rerum scriptor, si voluisset, ne potuisset quidem ea usurpare. Alia (veluti quod ecce, fere, itaque, nempe enim, non solum ... sed etiam, paene, praesertim, utrumne ... an in dialogo leguntur, in Taciti libris non item)[m]), artissime cohaerent cum ea quaestione, quae est de genere dicendi. Quod enim iure maxime nos moveret, si oratoris rhetorisve tempore aequalis sermo in comparationem vocaretur, non recte magni ducemus, si de homine agitur, cuius libri omnes in alia parte liberalium studiorum versantur. Si quid video, aut negandum est, unum hominem tam diversa dicendi genera quam sunt dialogi et Taciti annalium 'coniungere et copulare' (d. 17) potuisse, aut spernendum id genus differentiarum quod significavi.

Ego vero — ut iam rem attingam omnium fortasse difficillimam — mihi persuasi fieri potuisse, ut idem annales scriberet, qui scripsisset dialogum, si quidem aetate provectus illos, multo minor natu hunc librum composuit. Hanc conditionem ita premo, ut cum ea me iudice stetque cadatque res. Cuius sententiae socios contra

---

auditores, cf. Quint. 10. 1. 32 apud aures vacuas atque ineruditas; eloquentiae nascens nec satis adulta, cf. Quint. 10. 3. 2 verba in labris nascentia; ib. 1. 16 nova et nascentia; 2. 4. 5 adulta aetas. Haec omnia si, ut par est, detraxeris, ad nihil paene rediguntur, quae Iansenius p. 65, hac in re certe iusto cupidior, tamquam Tacitini ingenii vestigia recenset. Contra commemorandum fuit notitiae vocabulum, quod — d. 13 solum, d. 11; 36 cum verbo nomen coniunctum — gloriam passivo sensu significat. E solutae orationis scriptoribus primus Nepos videtur ita vocem usurpasse (Dio 9. 4). Vitruvii locum, quem significat E. Georges in lexico suo, non repperi: Quintilianum Pliniumque nihil simile habere affirmare possum.

[m]) Praeter vocabula supra enumerata haec fere habet dialogus, quae non occurrant in ceteris Taciti scriptis, si ἅπαξ εἰρημένα ut antea iam tractata hic praeterire licet: „scurrilitas, uniformis, antiquarius, interitus, (quam vocem ut vulgarem postea sprevisse videtur), parum est c. inf., propter (pro qua vocula maluit dicere ob, veluti en pro ecce, ferme pro fere, prope pro paene, igitur, ergo pro itaque, nescio quo aurium ludibrio motus), tepor, lentitudo, impexus, veternus (?), inquinare, valetudinarium, incus, ineptiae, praedicere = prius dicere (Quint. Plin.), liber = oratio, conferre = colloqui". Adde huc permagnum numerum eorum vocabulorum, quae sunt artis rhetoricae propria omninoque in eloquentiae genere versantur (inutile videbatur ea enumerare): apparebit multa plura dialogi verba non legi apud Tacitum quam apud Quintilianum. At quis prudens hoc admirabitur? Contra, si non tam numeras quam ponderas vocabula et id quaeris, quid uterque pro materiae natura dicere potuerit, illud potius stupebis, quod in tanta rei tractatae diversitate non magis differunt Taciti historici libri a dialogo.

doctissimos viros Haasium, Nipperdeium, alios me habere Steinerum, Weinkauffium, Iansenium, Woelfflinum gaudeo: neque Te, vir doctissime, de summa re aliter iudicasse video. Non tanti profecto mihi est Tacito dialogum vindicare, si ea re magni illius hominis imago, quam mente concepi, plane confunditur et oblinitur. Atqui cum Niebuhrio magnificam illam Taciti austeritatem et sententiosam brevitatem praeter singulare viri ingenium maxime ei dolori deberi iudico, quem homo patriae aeque atque boni honestique amantissimus e saeculi miseriis ceperat. Indignationem sibi satiras expressisse testatur Iuvenalis, ab eadem animi affectione videtur Taciti sermo vel maxime colorem duxisse. Quodsi ita erat, non poterat, credo, pro materiae tractandae natura ille peculiaris Tacitinae orationis color sumi ponique, sed necessitate quadam quidquid scriptor attigerat inficiebat. Inde quovis pignore contendo, si ille anno 96 vel 97, vix recreatus a summa de publicis calamitatibus aegritudine scribere de corruptae eloquentiae causis constituisset, non aliter eum rem tractaturum fuisse, atque fecit in Agricola, id est ita, ut laetiora quoque enarranti etiam atque etiam tristitia obreperet, quo diutius esset suppressa, eo fortius eruptura. Leguntur sane in dialogo aliquot loci, quibus saeculi mala non sine dolore commemorantur, at toto genere differunt modicae hae querelae ab illo odii indignationisque impetu, qui in Agricola hic et illic erumpit. Neque illud unquam credam, virum praetorium consulemve, cuius eloquentia iam remotissimis provinciis innotuerat (Plin. epp. 9. 23. 2) quem adolescentes eius artis studiosi tamquam magistrum sectabantur (ib. 4. 13. 11) tam anxie, ne dicam serviliter, Ciceronis vestigia pressurum fuisse, quam pressit dialogi scriptor. (Cf. Peter, praef. edit. p. 2 sqq., Eckst. prolegg. p. 76 sqq.) Accedit quod nonnulla iuventutis nondum satis maturatae vestigia in dialogo deprehendi contra gravissimam Haasii auctoritatem (edit. 1855 p. XIV) cum aliis multis iudico, veluti cum Carolo Peter, cuius accuratae eius loci tractationi (p. 5) non habeo quod addam.

Cum quae modo exposui tam certa mihi sint, ut nullam dubitationem habeant, non ausim tamen cum Iansenio utique sub Tito, Tecum, vir carissime, sub Domitiano librum compositum esse affirmare. Si quidem recte iudico, non impedire illum de XV annorum tot hominum silentio locum (Agr. 3), ne editum, nedum scriptum sub Domitiano dialogum statuamus, non video, quo iure illius imperatoris initia excludantur, quae satis laudabilia fuisse Suetonius testatur. Unum tamen terminum ego quoque constituere audeo, eum scilicet annum, quo imperatoris invidia Agricola e Britannia revocatus est (a. 85).[n]) Quo primum anno malum principem respublica Domitianum senserit, haud ita facile erit certo definire: sine dubio autem illa soceri dilectissimi iniuria Taciti animo grave vulnus inflixit, prae-

[n]) Cf. Urlichs, de vita et honoribus Agricolae 1868 p. 31.

sertim cum sub idem tempus in medio honorum cursu ipse, ut videtur, principis malevolentia retentus esset.[o]) Civitatis quoque eo anno iam satis tristem fuisse conditionem colligitur ex Agr. c. 39—41. His de causis librum, cuius hilaritas raro querelis ac ne iis quidem admodum acerbis interpellatur, scriptum existumo ante annum 85, quo altiorem e publicis privatisque malis Tacitus dolorem accepit.

Demonstrandum iam esset, quo quasi itinere eloquentia Taciti ab illa hilari abundantia, quam dialogus habet, ad austerum pressumque genus pervenisset, nisi eum locum cum Weinkauffius aliique tum nuper Iansenius egregie pleneque pertractavissent. Nunc in eo me continere potero, ut pauca quaedam illorum argumentationibus adiciam, quamvis aegre post sterilem tot minutissimarum rerum tractationem hunc multo laetiorem locum totum aliis relinquam.[p]) Si quid video, haec fere dicenda sunt:

Cum Tacitus Plinio adolescenti non solum 'imitandus' in eloquentia, sed etiam 'imitabilis' visus sit (cf. epp. 7. 20. 4, ubi Plinius etiam addit: 'ita similitudo naturae ferebat'), cum nulla unquam in Plinii epistolis appareat de genere dicendi cum amico discrepantia, cum Tacitus, diu laudatissimus orator, existimandus non sit — quamvis ϲεμνότερος (Plin. epp. 2. 11. 17) — a vulgari loquendi more ultra modum recessisse, iuvenis ille recte iudicabitur simpliciore, laetiore, aequabiliore quam postea oratione usus esse. [Si quidem dialogum scripsit, non dubito ob ea, quae p. 265 monui, illud quoque iam pro certo affirmare, eum Quintiliani fuisse discipulum, quod per se multis erat verisimile.[q]) Quodsi ita fuit, nemini certe mirum erit, quod liber ille ut in omni descriptione ita in singulis dictionibus latissime patentem prodit Ciceronis imitationem (Ians. p. 61—64), cum huius studium, ut supra monuimus, adolescentibus suis Quintilianus vel maxime commendare solitus sit.]

Egregie tamen docuit Iansenius (p. 65 etc.), in medio illo orationis flumine placido et aequabili observari interdum in dialogo quasi vertices salebrasque, e quibus veluti 'ex ungue leonem' singularem Taciti indolem possis adgnoscere. Praeter insoliti roboris dictiones[r]) p. 65 ille enumerat aliquot sententias dialogi, quas nemo negabit Tacitum redolere, exemplisque docet, illud novandi variandique sermonis studium, quod in historiarum libris Taciti adeo eminet, in dialogo quoque apparere (p. 66).[s])

---

[o]) Cf. Urlichs, de vita et honoribus Taciti, 1879 p. 9; Mommsen, Herm. III p. 88. — [p]) Quantum ille de re publica dolor valuerit ad immutandam Taciti eloquentiam, tam splendide exposuit Iansenius p. 69 sqq., ut profecto omnem illum locum transscribere quam denuo tractare mallem: dignus enim est, quem vel animi causa perlegas. — [q]) Cf. Aem. Walter, de Taciti studiis rhetoricis, Halis 1873. — [r]) Nonnulla falso ab eo huc referri monui in adnot. l, at facili opera pro iis, quae delenda sunt, exempla substitui possunt magis idonea. — [s]) Cf. Woelfflini, doctissimi viri, ea de re commentarios in Philologi tom. XXIV et XXV.

Verissime tum idem admonet, ne postea quidem Tacitum aeque omnia eodem abrupto pressoque genere tractasse: inprimis orationes historiis insertas aequabilius esse scriptas et rotundius, ut in iis passim vulgaria quoque, quae alias adhibere spreverit (p. 73), vocabula admiserit: synonymorum autem copulationem, quae dialogi maxime propria sit, adeo non alienam esse a Taciti more, ut in Agricola Germaniaque saepissime, ne in posterioribus quidem libris raro illa abundantia sermonis occurrat. Omnino, ut ego hoc addam, non recte Taciti usum adsequitur, qui eum ante omnia brevitatis studiosum fuisse dicit. In annalibus quoque, maxime maturo senis opere, haud raro videmus hominem ingeniosum et altissima sentientem dictiones admodum similes coacervare et, quasi sibi satisfacere non possit, graviter dicta saepe gravioribus cumulare, multis nominibus unum idemque significare. Quodsi in iis synonymorum coniunctionibus, quae in dialogo leguntur, non paucae prope absunt ab ἓν διὰ δυοῖν figura (ne plus dicendo Ulbrichtium[t]) lacessam, discipulum carissimum), hoc quoque Taciti nos commonefacit, quem constat — maxime in prioribus libris — tam audacter varia nomina una συζυγίᾳ copulasse, ut sive iure sive iniuria crebra τοῦ ἓν διὰ δυοῖν exempla editores deprehendisse sibi visi sint.[u]) Neque illud leve est, quod minor apparet dialogi cum historiis annalibusque similitudo, multo maior cum Agricola Germaniaque: proprius videlicet ea quae quadragenarius, quam quae sexagenarius scripserat, ad id opus accedunt, quod quaestoria aetate Tacitus, si modo recte ita statuimus, composuerat.

Ad calcem iam pervenimus. Ut ea, quae de aliis impeditae quaestionis partibus Weinkauffius et Iansenius, de elocutione iidem attulerunt et ego hoc libello exposui, paucis complectar, meum iudicium hoc est: 'temporis rationes, colloquii personae, varia de tot rebus hominibusque iudicia, singulae sententiae optime quadrant ad Tacitum, cui boni omnes codices dialogum attribuunt. Elocutio est omnino Quintilianeae Plinianaeque quam Tacitinae longe similior: at multa illorum propria in dial. non leguntur, contra apparet mira saepe in singulis dictionibus cum Taciti locis similitudo. Satis demonstrari potest, quomodo hic ab eo genere, quod in dialogo est, sensim ad illud pervenerit, quod exhibent reliqui libri: praeterea dissimilia multa materiae tractandae diversitati recte imputantur. Ergo non est, cur certo codicum testimonio repugnetur'.[v])

---

[t]) E. Ulbricht, Taciti qui ad figuram ἓν διὰ δυοῖν referuntur loci etc., 1875. — [u]) Cf. Iansen, p. 75; Weink. p. 39 sqq. Quod exeunte libello summam eorum rettuli, quae apud Iansenium leguntur, multis, credo, gratum fecero, quandoquidem dissertationes Groningenses ad nostrates rarius pervenire solent. Accuratius potuisse elocutionem dialogi ab eo tractari non nego, at iudicium eius et argumentatio mihi quidem summa laude digna visa sunt. — [v]) Quid dicturus fuerim, si Plinio vel Victorio Marcello vel cuilibet alii codices librum adsignarent, nescio. Dubito, an ausurus non fuerim contendere, utique Tacito dia-

Utrum aliquem fructum ex hac mea opera litterae percepturae sint, nescio, ut est difficile sua ipsum recte aestimare. Utique libellus Tibi, vir spectatissime, pie dedicatus hac ipsa 'professione pietatis aut laudatus erit aut excusatus'.

Pauca quaedam, quibus epistolam gratulandi causa scriptam onerare nolueram, hic subicere visum est. Weinkauffii liber, in comparanda cum usu dialogi Taciti elocutione aeque copiosissimus atque accuratissimus, eam quaestionem, quae fere nova in dialogo compareant, non ita tractat, ut iis quoque, qui ad regulam et libellam omnia exigi volunt, hac ex parte satisfecisse videatur. Non contentus iis, quae p. 272 obiter adnotavi, iam conabor hunc unum locum, ut cunque potero, separatim tractare, praesertim cum multis iucundum fore arbitrer, si sub unum adspectum subicientur, quae huc referenda sunt.

Nova ea dico, quae vel quorum similia non occurrant apud solutae orationis ante Suetonium scriptores. Posui autem hunc terminum, quia sine dubio Suetonius dialogi scriptorem, Plinium, Tacitum, Quintilianum — quos aequales dicere hic licebit — aetate subsequebatur. Excludenda putavi omnia ea, quae non tam ab elocutione quam a sensu offensionem habent, veluti quae πλεοναστικῶς, ζευγματικῶς, ὑπερβολικῶς etc. dicuntur (3 festino editionem maturare; 5 alicui opem et ... terrorem ferre; 12 virorum et criminum inops; 6 omnibus diebus ac prope omnibus horis), deinde quae scripta sunt tam singulariter, ut nemo prudens iudicaturus sit alios homines eadem eodem modo dicturos fuisse (2 arcana semotae dictionis; 5 perpetua potentia ac potestate munitus; 25 CXX annos [effici] ratio temporum colligit; 26 laudis et gloriae et ingenii loco etc.). Praeterea talia nisi accuratissime singulis locis excussis recte iudicari et comparari non possunt.

Antequam indicem meum exhibebo, nonnulla proferam, quae de industria semovi, cum satis similia apud aequales vel priores scriptores deprehenderim, deprehendisse certe mihi visus sim. Sunt autem litterarum ordine digesta fere haec:

8 abiectius nati, cf. supra p. 274. — 9 alere utilitates = augere, Quint. 1. 2. 26 firmiores alit profectus aemulatio; utilitates,

---

logum esse adscribendum: tantum iis credo dari debere, qui a contraria parte sunt. Aliud est demonstrare, potuisse a Tacito librum scribi, aliud scriptum esse. Quodsi Hofmannus-Peerlkampius olim (bibl. crit. nova I. 1) dixit: 'saepissime auctor dialogi ita scribit, ut praeter Tacitum nemo unquam scripsit', primum nego recte se habere illud saepissime, deinde obicio, neminem iudicare posse, quomodo hic vel ille aequalium eandem materiam eodem tempore tractaturus fuerit, postremo testor, me in singulos menses plura apud Plinium, Quintilianum, Frontinum, Suetonium repperisse, quae antea putaram ab uno Tacito scribi potuisse.

Cic., Quint. 3. 4. 14. — 11 auspicari c. inf., cf. supra p. 273. — 9 beatissimus eventus, Quint. 10. 1. 61 beatissima copia. — 28 circa educandos liberos disciplina, Quint. 5. 7. 36 circa instrumenta firmanda, Plin. Pan.95 c. tuendos socios. Videat iam Georgius Andresen, num recte hunc cum gerundivo usum rariorem dixerit et ad Frontonis auctoritatem refugerit. — 23 ex comparatione Sisennae ... sordet, cf. Curt. 10. 8. 9. ex comp. regis novi desiderium excitabatur amissi. Apparet, hoc Curtii loco illud ex comparatione ita cum enuntiati verbo esse coniunctum, ut causa desiderii significetur; simili modo d. 23 mihi contemptionis causam videtur notare. Dissimiles sunt loci Suet. Aug. 79; Plin. epp. 7. 30. 4; Quint. 4. 2. 99; 2. 4. 24, quibus pendent vocabula ex comparatione e verbis intelligendi, sentiendi, ducendi, sumendi. Eo sensu, quo Graeci dicunt adverbialiter ἐκ παραβολῆς, παραθέσεώς τινος, in usu erat: in comparatione alicuius, Curt. 3. 11. 20; Quint. 7. 4. 12; Tac. hist. 1. 30. — 32 in consuetudine est, cf. Quint. 9. 3. 14 in consuet. remansit, (in consuetudinem venire, Cic.). — 3 consumere tempus circa rem; cf. labor circa Plin. epp. 3. 9. 13, Quint. 5. 14. 34; diligentia circa Quint. 1. 8. 15; circa res tenues morari, Quint. 1. 1. 35. — 30 exundat et exuberat aliquid ex re, metaph. Ita proprie Plin. epp. 5. 6. 20 exundare = effluere. Cf. Cic. de or. 1. 20 efflorescit et redundat. — 19 flectere a via. Ita transit. flectere a studio, proposito Cicero, intransit. flectere ad colles Livius. — 28 formare liberos = educare, cf. supra p. 274. — 5 fovere studium ... gloriam, cf. Quint. 2. 8. 3 propria naturae bona fovere doctrina; Tac. ann. 15. 71 studia ... fovebat. — 21 hians compositio, Quint. 8. 6. 62 hians oratio. — 26. 29 histrionalis, Tac. ann. 1. 16. — 31. 32 implere pectus, pectora, Cic. de or. 3. 121 complendum pectus. — 3 importare sibi negotium, cf. supra p. 274. — 2 ingenia fori nostri, Suet. Aug. 89 ing. saeculi sui; cf. Quint. 10. 1. 122. — 10 nedum ut, Liv. 3. 14. 6. — 13. 26 notitia = gloria, cf. supra p. 275. — 10 oblectare otium, Tac. ann. 12. 49; delectare otium suum Plin. epp. 1. 22. 6. — 31 opus est ut, Plin. epp. 7. 6. 3 opus est ne. — 38 pacare eloquentiam, Cic. Brut. 121 oratio illorum ... pacatior. — 35 per fidem, Petron. 100. — 32 plaudere ineptiis suis, Plin. epp. 9. 14. 1 tibi plaudis; ineptiae, Cic.. — 1. 6 pondus quaestionis, gaudii. Cf. Lucan. 9. 951 curarum proiecit pondera; Plin. epp. 1. 20. 3 vis et pondus accedit. Similia etiam Cicero habet. — 20 pulchritudo orationis, Petron. 2; p. virtutis Cic. off. 2. 37. — 32 quoniam quidem, Cic. Brut. 42, Sen. nat. q. 6. 2. 1. — 34 refertus honestis studiis; Cic. tusc. 5. 20 Xerxes omnibus praemiis refertus. — 26 robur virium de oratoris impetu; alio sensu legitur Liv. 33. 4. 4, Curt. 7. 3. 4 robur virium. Cf. vis virium, Liv. 9. 16. 13; virtus virium Curt. 9. 7. 16. — 22 scurrilitas, Quint. 11. 1. 30. — 17 statio = principis munus, dominatio, Ov. tr. 2. 1. 219, Vell.

2. 124; Plin. pan. 7; 86; Suet. Claud. 38. — 21 stetit non per ipsum quominus, Plin. epp. 6. 34. 3 st. non per te quominus. — 17. 21 ut puto (rarior iunctura), Cic. ad Att. 5. 20. 9; 10. 1. 2.

Illa omnia si subtrahuntur, haec relinquuntur, quorum similia adhuc neque ipse reppererim — solet tamen in eiusmodi curis dies diem docere, ut aiunt, — neque ab aliis adnotata esse sciam:

a) *In uno dialogo leguntur duo vocabula:* 37 clientulus; 23 planitas (at alii malunt 'plenitas', alii alia). b) *Singulariter dicuntur:* 31 collectum genus dicendi; 19 cortina (?) = locus, quo adsistit corona; 18 in fastidio esse; 11 hucusque (dub. lect.) = usque ad hoc tempus; 19 odorari rem = obiter attingere (Lactant.); 32 olentia(?) = prisca (locus dubius; ego malim: 'situm olentia', cf. Plin. n. h. 21. 33 situm redolet; Colum. 2. 18. 2); 13 pallens(?) fama; 18 superfluens orator; 21 tepor orationis; 20 veterno(?) inquinatus. Utroque vocabulo iam Cicero transl. utitur, sed offendit iunctura. Inveteratas sordes veterni voce significari posse etiamnunc nego. b) *Communia sunt dialogo cum posterioribus scriptoribus:* 21. 37. 42 antiquarii (Suet.); 18 elumbis (Prudent.); 8 substantia facultatum (subst. rei familiaris, Paul. sent., subst. paternorum bonorum, Aurel. Vict. Cf. Plin. ad Trai. 10. 4. 5: facultates = opes); 32 uniformis (Apul.). c) *Hoc illove modo dialogi usus a priorum scriptorum elocutione recedit:* 25 adstrictior orator (adstr. oratio Cic. Brut. 120); 18 attritus(?) orator (attritus proprie ap. Cic., translate ap. poetas, Tacitum); 26 deiectus = de omni statu deiectus (Cic. orat. 129); 18 elaboratus orator (elaborati versus, politus orator, Cic.); 30 evolvere antiquitatem = libros antiquitatis; 20 impexus = rudis (proprie Virg.); 20 in incude studiorum positi (cf. Cic. de or. 2. 162 incudem ... tundere; Sid. Apoll. epp. 4. 1 philosophica incude formatus); 23 ieiunium = ieiunitas (proprie Liv., Cels.); 11 ingredi famam = auspicari, incipere (cf. ingredi rationem studiorum, pericula, Cic., et de usu infin. p. 273); 26 insignire = decorare, cf. Virg. Aen. 7. 790, al. Apud solutae orationis scriptores vox significat: signare, notare; 20 laetitia orationis (laeta oratio, Cic. Quint.); 21 lentitudo orationis (lentus in dicendo, Cic.); 32 longe interest, possideat quis ... an. Cf. longe est a voluntate, Quint. 2. 15. 4, deinde: longe abesse, longe diversus. Idem dial. habet 37: multum interest, utrumne ... an; 9 propitiare genium suum, experiri suam liberalitatem. Haec non tam nove quam mire dicta sunt. Omnis offensio tollitur, si reputas, scribentis animo obversatum esse contrarium: 'principis prop. genium, principis exp. liberalitatem'. Cf. usitatissimum 'deos propitiare' et Plin. Pan. 52 'apud genium Tuum gratias agi'; 26 in publicum et in commune. Prius legitur Sen. epp. 95. 72, posterius ib. nat. q. 7. 16. 2: novum esse illud videtur, quod iunguntur vocabula ut synonyma [an est i. publ. glossema?]; 12 sanguinans (?) = saevus, crudelis (proprie Quint. decl. 10. 9). Fortasse legendum: 'sanguinaria',

cf. Plin. epp. 4. 22. 6 sanguinariae sententiae; Plin. n. h. 19. 50 nuntium saevum atque sanguinarium; 26 tinnitus = inanis verborum strepitus (proprie Virg.).

Singula deinceps verba dialogi accurate perscrutatus ego plura non repperi, quae huc referenda esse viderentur. Exspectabo, quid aut additura aut subtractura sit copiis meis doctrina aliorum.

DE ARISTOPHANE BYZANTIO ET SUETONIO TRANQUILLO EUSTATHI AUCTORIBUS

SCRIPSIT

LEOPOLD COHN.

Eustathi commentarios Homericos multas et bonas e veterum grammaticorum libris reliquias continere inter omnes constat. quae dispersa doctae eruditionis documenta colligere et ab ineptiis scriptoris Byzantini secernere et suo quodque auctori vindicare maxime necessarium est. amat enim Eustathius morem illius aetatis secutus saepe auctorem suum non nominare et quae ex fontibus suis describit vel tamquam sua proferre vel breviter significare se 'veterum' tradere doctrinam. itaque non mirum quod etiam hoc tempore haud raro a viris doctis 'Eustathi' testimonia afferuntur, cum vetus quidam grammaticus laudandus fuerit. ut insigne exemplum afferam, ab eis qui de Graecorum lusibus scribunt etiam nunc Eustathius solus semper testis laudatur, cum in illis enarrandis Eustathium Suetonium Tranquillum secutum esse iam intellectum sit. itaque cum anno 1876 ordo philosophorum Vratislaviensis hanc quaestionem ut certamen fieret commilitonibus proposuisset: 'Auctores ab Eustathio in scholiis Homericis adhibiti indagentur', vasta illa commentariorum mole non deterritus ad eam quaestionem accessi mihique contigit, ut ordo commentationem meam praemio constituto ornaret. quorum studiorum specimen hanc dissertationem esse volui.

Quae adhuc viri docti in hoc studiorum campo praestiterunt, ea ut perscrutarer omnem dedi operam. omnes autem quotquot de Eustathi auctoribus scripserunt, ex quibus nomino Valckenaerium[1]) Lehrsium Nauckium Meierum Reifferscheidium Naberum Lentzium[2]),

---

[1]) Summam Valckenaeri disputationis (Opusc. philol. I 337 ss.), quam pro fundamento omnium de Eustathio quaestionum habendam esse arbitror, huc apposui: 'Perlustrato indice auctorum quos Eustathius citat Hudsoniano (ap. Fabric. Bibl. Gr. I 306) mirabar saeculo XII tantum bonarum rerum superfuisse . . . tandem credidi e centenis quorum testimoniis utitur legisse paucissimos et praeter grammaticorum scripta nihil adeo, quod ad nos non pervenerit. . . . qui tot comicos plerosque satis frequenter laudat, nullam tamen legerat comoediam sive tragoediam quae perierit. . . . comicorum istorum verba pleraque descripsit ex Athenaeo . . . diligens Herodoti lector geographica hausit e Strabone et e Stephano Byzantino. . . . his adde Apionis et Herodori in Iliada aliorumque vetustissima in utrumque poema scholia, copiosa Aelii Dionysii Pausaniae et aliorum aliquot lexica, perpaucorum technicorum Heraclidae Alexandrini et Herodiani scripta: fontes habebis quibus solis longe maximam commentariorum partem derivaverit'. — [2]) K. Lehrs, De Aristarchi studiis Homericis, ed. II. Lips. 1865; imprimis p. 33. 370 ss. — Aug. Nauck, Aristophanis Byzantii fragmenta, Halis 1848. — M. H. E. Meier, commen-

non nisi data occasione Eustathium attigerunt, universe in Eustathi fontes adhuc nemo inquisivit. nam quae La Roche libro „Die Homerische Textkritik im Alterthum" inscripto de Eustathio disputavit (p. 151—174), ea nemini satisfecisse confido.[3])

Ut de ratione et via pauca dicam, qua usus sim ad rem propositam iuste perficiendam, Eustathi commentarios cum superstitibus libris grammaticis lexicis scholiis comparavi indeque omnia quae ad Eustathi auctores investigandos emendandos supplendos aliquid conferre mihi videbantur adhibui. itaque si quae in his quaestionibus attigerim, quae proprie ad Eustathium pertinere non videantur, viros doctos non indignaturos spero.

Distinguenda sunt Eustathi auctorum genera quattuor, quorum primo scholia Homerica continentur, altero grammatici qui dicuntur technici (Heraclides Herodianus Choeroboscus), tertio scriptores lexicorum et similes, quarto reliqui scriptores (Athenaeus Strabo Stephanus Byzantius Arrianus Aelianus alii). tertium genus, ut quod longe utilissimum sit, elegi quod primum accuratius tractarem. pertinent ad hoc fontium genus Aristophanis Byzanti lexeon liber, Suetoni Tranquilli libri grammatici et antiquarii, Aeli Dionysi et Pausaniae aliorumque lexica rhetorica, Erenni Philonis liber de differentiis verborum. atque hac quidem commentatione de Aristophane Byzantio et de Suetonio disserui: quos nunc cum maxime licet melius tractare, postquam Milleri industria excerpta quaedam Aristophanea et Suetoniana e tenebris Byzantinis in lucem prolata sunt (E. Miller, Mélanges de littérature grecque. Paris 1868), quibus de excerptis nuper disputavit Aug. Fresenius (de λέξεων Aristophanearum et Suetonianarum excerptis Byzantinis. Aquis Mattiacis 1875).

---

tationis Andocideae sextae particulae IV—XII sive de lexicis rhetoricis in Opusc. acad. II 62 ss. — Aug. Reifferscheid, Suetoni Tranquilli reliquiae p. 273. 322. 454. 462 p. XVIII ss. — S. A. Naber, Prolegomena ad Photii lexicon, Leidae 1864. — Aug. Lentz, Herodiani Technici reliquiae, Lips. 1867—1870. — [3]) Qua ratione La Roche rem tractaverit, aliquot exemplis demonstrare liceat. Stephanum Byzantium inter Eustathi auctores ab eo non nominari iure miratus est Lentz (l. l. I p. CCXV). sed ille nec Aristophanem Byz. nec Suetonium ab Eustathio adhibitum esse audivit. ignorans Aelium Dionysium lexicon suum Scymno cuidam dedicasse (cf. Phot. Bibl. cod. 152) haec scribit (p. 173): 'Eine andere Schrift von Aelius Dionysius citiert Eust. p. 228, 38 Αἴλιος Διονύσιος ἐν οἷς γράφει πρὸς Σκύμνον'. ridicule autem de dignitate Aeli Dionysi et Pausaniae sic iudicat: „Beide Schriftsteller sind Grammatiker untergeordneten Ranges und den erhaltenen Fragmenten nach zu schliessen nichts weiter als Compilatoren, wie Choeroboscus oder Theognost, denen sie aber an Bedeutung weit nachstehen". in universum de Eustathi fontibus miram opinionem hanc statuit (p. 172): „Mit Ausnahme der Hypomnemata des Apio und Herodor hat Eust. keine irgendwie bedeutende Schrift benützt, die wir heutzutage nicht mehr besitzen".

DE ARISTOPHANE BYZANTIO

Fragmenta Aristophanis grammatici diligentissime collegit ac disposuit Augustus Nauck.[4]) et ceterorum quidem operum pauca supersunt testimonia; de iis vero celeberrimi grammatici studiis quae in lexeon et glossarum interpretationibus versabantur accuratius nobis iudicare licet per Eustathium. multis locis excitat Eustathius Aristophanem grammaticum, pluribus tacite exscripsit. nihilo vero secius omnia fere λέξεων Aristophanearum fragmenta Eustathiana felici coniectura collegit Nauck tenui nisus fragmento Parisino, quod e codice Regio 1630 primus edidit Boissonade post Epim. Herod. p. 283 (Nauck p. 79). sed erravit Nauck de fonte unde hauserit Eustathius, cum contenderet: 'alia ex Athenaeo deprompsit alia eaque graviora ex scholiis Homericis: quod cum haud paucis in locis etiam nunc demonstrari possit (cf. Eust. p. 711, 29 fr. V. item fr. VIII. LIX. LXI all.)[5]), de ceteris indubia ratiocinatione colligitur' (p. 79 not.). quae opinio cum non confirmatur scholiis Homericis, tum refutata est invento nuper in Atho monte codice, ubi fere exstant quae prius tantum ex Eustathio erant cognita. iam excerptis quae ex libro Athoo edidit Emmanuel Miller constat Eustathium ad manus habuisse λέξεων Aristophanearum exemplar vel (quod magis credo) excerpta.

Statuerat Nauck λέξεων libri Aristophanei capita sex: 1. περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν. 2. περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων. 3. περὶ προσφωνήσεων. 4. περὶ βλασφημιῶν. 5. Ἀττικαὶ λέξεις. 6. Λακωνικαὶ γλῶσσαι. quorum duo priora in codice Athoo exstant, reliqua desunt, capita dico περὶ προσφωνήσεων, Ἀττικαὶ λέξεις, Λακωνικαὶ γλῶσσαι; nam caput περὶ βλασφημιῶν Aristophani Byzantio abiudicandum est (cf. Fresenius p. 72 sqq.). novum vero caput ex illo codice innotuit περὶ τῶν ὑποπτευομένων μὴ εἰρῆσθαι τοῖς παλαιοῖς inscriptum. cuius capitis glossae apud Eustathium cum alio titulo exstant. codicis Athoi simillimus ex eodemque archetypo deductus est cod. Laurentianus plut. LXXX 13, quem descripsit Fresenius: sed is codex unum tantum caput Aristophaneum (περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων) exhibet. quorum codicum notitia ideo maxime utilis est,

---

[4]) Περὶ αἰγίδος commentatio (Nauck p. 271) ab ipso Nauckio addubitata Aristophani abiudicanda est. nam quae ex Aristophane Eustathius p. 603, 28 sese proferre simulat, ea in Porphyriano scholio codicis Veneti B (ad B 787) nunc leguntur. pro Aristotele a Porphyrio laudato scripsit Eust. Ἀριστοφάνης. cf. Rose, Aristot. pseudepigr. p. 162. schol. Iliad. ed. Dindorf. — [5]) E scholiis Eust. unum fr. LIX deprompsit (p. 150, 17 coll. schol. A 567), reliqua scholia a Nauckio laudata ex Eustathio descripta sunt: schol. L ad E 266 ex Eust. p. 546, 27 (fr. LXI); Cram. An. Par. III 229 ex Eust. p. 711, 29 (fr. V); Cram. An. Par. III 221 ex Eust. p. 648, 53 (fr. VIII). idem valet de ceteris quae huc pertinent scholiis et Lipsiensibus et a Cramero l. l. editis. nam scholiasta Lips. et scriptores codicum Paris. 2681 (Cram. p. 29—96) 2767 (p. 179—246) 3058 (p. 371—389) multa ex Eustathi copiis descripserunt. cf.

quod multa fragmenta quae apud Nauckium, quod titulis carebant, sedis erant incertae nunc certam obtinent sedem (cf. Fresenius p. 20).[6]) archetypum eorum multis locis corruptum et mutilatum fuisse codicibus illis inter se et cum Eustathio collatis luculentissime apparet. Eustathi exemplar multo erat plenius: testimonia scriptorum (χρήcειc) frequenter ab Eustathio laudata omnia fere a codd. ML absunt.[7])

1. Περὶ τῶν ὑποπτευομένων μὴ εἰρῆcθαι τοῖc παλαιοῖc.

Eustathius p. 1761, 20 plures glossas deinceps profert his verbis: ὁ δὲ τὸν cάνναν τοῦτον παραcημηνάμενοc Ἀριcτοφάνηc ὁ γραμματικὸc[8]) καὶ ἄλλαc ἐκτίθεται καινοφώνουc λέξειc, οἷον ἄcιλλαν κτλ. similibus p. 279, 38 ... ὡc ὁ γραμματικὸc Ἀριcτοφάνηc παρέπηξεν οἷc ἔφη περὶ καινοτέρων λέξεων. quibus titulis nihil tribuit Nauck, cum diceret (p. 181 not. 1): 'sed quas Eust. p. 279, 38, p. 1761, 19. 23 affert καινοτέραc et καινὰc καὶ ἀcυνήθειc sive καινοφώνουc λέξειc, iis nemo amplius opinabitur ordinem indicari ab Aristophane institutum: immo Eust. nil praebet nisi syllogen variorum nominum sive glossarum e diversissimis Aristophanei operis partibus conflatam'. itaque glossas ab Eustathio p. 1761, 22 prolatas fragmentis sedis incertae ascripsit (frg. XLIII—LVIII). Naucki sententia improbata Otto Schneider (Neue Jen. Litt.-Ztg. 1848 p. 977) peculiare caput περὶ καινοτέρων λέξεων fuisse coniecit eique fragmenti Parisini paragraphos 1—11, undecimam haud recte, aliaque fragmenta vindicavit. quam coniecturam veram esse docuit exc. M, ubi omnes fere glossae ab Eustathio l. l. congestae in capite περὶ τῶν ὑποπτευομένων leguntur, ut dubitari nequeat, quin idem caput indicet Eustathius, idem excerptum M: Eustathius nempe titulum capitis suis verbis circumscripsit.

Habemus igitur tres huius capitis Aristophanei fontes, Eustathi commentarios excerptum M fragmentum Parisinum. fragmenti Parisini

---

Fresenius p. 23. 71 n. 4. — [6]) Fresenius certas sedes vindicavit fragmentis apud Nauckium sedis incertae 37—58. 60. 61. 65—68. 70—74. 82. 85. 89. de reliquis quoque coniecturam equidem facere audeo. de frg. 36. 79 capiti π. τ. ὑποπτ. tribuendis infra dicam (p. 297). frg. 75 Λακωνικαῖc γλώccαιc assignandum videtur coll. frg. 31. 34. ex Ἀττικαῖc λέξεcι desumpta opinor frg. 64. 69 (cf. Nauck p. 182 n. 4). 76. 77. 78. 81 (cf. Erot. p. 57, 3 Klein). 86. 90, indidem fortasse frg. ex Erot. frg. 65 (Klein p. 19) Aristophaneis addendum κοχώνη. restant observationes quaedam ad interpretationem et prosodiam vocum Homericarum spectantes, quae in scholiis Homericis commemorantur, frg. 62. 80. 83. 84. 87. 88, quibus accedit notatio prosodiaca in schol. Ar. Nub. 1150 servata (frg. 63): quas observationes ab λέξεων libro, quo recepit Nauck, prorsus alienas eoque removendas puto. videntur autem haec adnotamenta sicut cetera quae feruntur ad exegesin Homeri spectantia per discipulos fuisse propagata (Nauck p. 21. 23). de sede frg. 59, quod unum superest, infra dicam. — [7]) M et L litteris Fresenium secutus Athoum et Laurentianum codices significavi. — [8]) Sic Eust. Aristophanem omnibus locis laudat, ubi glossarum exemplar adiit.

huic capiti vindicandae sunt decem paragraphi priores et paragraphus septima decima. quarum glossarum duae neque apud Eustathium neque in exc. M comparent (§ 1 Ἀθηναία, § 4 καταφαγᾶς). M exhibet glossas viginti tres, quarum quattuor et ab Eustathio et a fragm. Par. absunt (μεγαλοψυχεῖν, μεγαλοψυχία, ἄρχειν, τάγηνον), Eustathius glossas huius capitis plurimas congessit p. 1761, 16, quas vel repetiit vel supplevit his locis: p. 279, 38. 546, 27. 728, 51. 916, 51. 1034, 13. 1469, 47. 1402, 1. 1405, 34. 1455, 33. 1479, 43. 1770, 11. 1535, 21. 1599, 14. 1627, 43. 1680, 24. 1731, 55, 1752, 56. 1827, 47. 1863, 49. 1915, 16, omnes glossas triginta septem, quarum quattuor (ἀμύνεσθαι, ἐπικύλλωμα, ἐπιστάτης, κόλλοψ), quae neque in excerpto M neque in fragmento Parisino exstant, probabili coniectura Fresenius (p. 21 sqq. 70) propter argumenta huic capiti vindicavit. decem glossarum auctor non laudatur ab Eustathio (βλακεύεσθαι, γόμος, ζωή, κοκκύζειν, λεπύχανον, πλεονεξία, ψευδολογία, σπανοσιτία, φερνή, ψελλός), quarum octo (βλακεύεσθαι, γόμος, κοκκύζειν, λεπύχανον, πλεονεξία, ψευδολογία, σπανοσιτία, φερνή) Aristophaneas esse testatur exc. M, duae reliquae (ζωή, ψελλός) huic capiti Aristophaneo vindicandae sunt propter consensum fragmenti Parisini. de ψελλός glossa (Eust. p. 1535, 21. cf. frg. Par. § 6) consentire videtur Fresenius (p. 115 not. 3), glossam ζωή (frg. Par. § 17 Eust. p. 1752, 56. 1758, 29) ex Aristophanis reliquiis ille removit. mirum sane locum ζωή glossa obtinet in fragmento Parisino; nam cum reliquae huius capitis glossae continuo sese excipiant (§ 1—10), deinde sequatur una glossa capitis περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν (§ 11), tum quinque glossae capitis περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων (§ 12—16), una ζωή glossa (§ 17) separata a ceteris eiusdem capitis finem efficit excerptorum ex Aristophane Byzantio (sequuntur glossae Suetonianae). hanc ipsam ob causam 'quod locus quam maxime refragatur', Fresenius (p. 78) Aristophani glossam tribuere non ausus est, etsi eius argumentum capiti περὶ τῶν ὑποπτευομένων convenire non negavit. itaque aliam viam exploravit ad difficultatem tollendam, confugit ad Zenodorum, cuius libri περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας epitomen codices M L exhibent (cf. Miller Mélanges p. 407 sqq. Fresenius p. 38). ex his Zenodoreis, quorum in codice illo Regio Parisino nec vola nec vestigium, fluxisse statuit Fresenius fragmenti Parisini glossam ζωή et qui conveniant locos Eustathianos p. 1752, 56. 1758, 29. iam igitur conferamus Zenodorum fragm. Par. Eustathium:

Zenodori epitome M L (Miller p. 408): ζωή· παρ' Ὁμήρῳ οὐκ ἐπὶ τοῦ ζῆν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν χρημάτων καὶ κτημάτων καὶ ἁπλῶς τοῦ πλούτου.	frg. Par. § 17 ζωὴ λέγεται καὶ ἐπὶ τῆς περιουσίας ὡς παρ' Ὁμήρῳ (Ξ 96) 'ἦ γὰρ οἱ ζωή γ' ἦν ἄσπετος, οὔ τινι τόσση, δώδεκ' ἐν ἠπείρῳ ἀγέλαι'.

Eust. p. 1752, 56 (ad Ξ 96) . . . οἷα διχῶς τῆς ζωῆς λεγομένης

κατὰ τοὺς παλαιούς, ἐπί τε τῆς συνήθους δηλαδὴ καὶ ἐπὶ τῆς περιουσίας. id. p. 1758, 29 λέγει δὲ καὶ ζωὴν ἐν τούτοις, καθὰ καὶ πρὸ ὀλίγων, τὴν εἰς τὸ ζῆν περιουσίαν, εἰπὼν 'οἱ δὲ ζωὴν ἐδάσαντο' (ξ 208). vides indidem fluxisse Eustathi locos et fragmenti Parisini glossam, neutrum congruere cum Zenodoro. Zenodorus enim unum Homerum respiciens vocabulum ζωή nisi de pecunia vel divitiis a poeta non usurpari docet, Eustathi et fragmenti Parisini auctor generalem vocabuli usum illustrans passim idem esse quod περιουσίαν observat, cum vulgo 'vitam' significet (cf. Ellendt Lex. Soph. s. v.), et exemplum affert ex Homero. quae observatio capiti περὶ τῶν ὑποπτευομένων optime convenit. tractavit enim Aristophanes Byzantius hoc capite eas notationes, quae ut barbarae vel noviciae ab 'antiquis' (i. e. classicis, ut vulgari verbo utar) scriptoribus usurpatae non esse existimabantur, et vocabulorum quorundam novas vel insolitas significationes et ipsas 'veteribus' falso abiudicatas. itaque ζωή glossam quin capiti Aristophaneo tribuam facere non possum.

Altera glossa, quam Fresenius in indicem non recepit, ego item Aristophani assigno, est λέμφος, quae exstat in ampliore illo loco Eust. p. 1761, 16: δῆλον δὲ ὅτι τε λέμφος [διὰ τοῦ φ οὐ μὴν διὰ τοῦ β] ἡ πεπηγυῖα μύξα κατὰ τοὺς παλαιοὺς [ἐκ τῶν μυκτήρων v. Nauck p. 173 not. 22], ὅθεν καὶ λέμφος ὁ εὐήθης, ἐπειδή, φασιν, εἰς μωρίαν διέσκωπτον τοὺς ῥεομένους ἐκ τῶν μυκτήων· ὅθεν καὶ ἀπομύξαι τινὰ τὸ ἐξαπατῆσαι, καὶ ὅτι καὶ τὰ μυξώδη κρέα λέμφοι ἐκαλοῦντο. καὶ ὅτι ὥσπερ ὁ λέμφος ὁ προσεχῶς ῥηθεὶς καινὴ καὶ τοῖς πολλοῖς [παλαιοῖς coni. Nauck Mélanges Gréco-Romains III p. 173] ἀσυνήθης λέξις ἐστίν, οὕτω καὶ ὁ παρὰ τῷ κωμικῷ Κρατίνῳ σάννας. αὐτὸς μέντοι οὐ τὸν εὐήθη ἁπλῶς δηλοῖ, ἀλλὰ τὸν μωρόν .... ὁ δὲ τὸν σάνναν τοῦτον παρασημηνάμενος Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς καὶ ἄλλας ἐκτίθεται καινοφώνους λέξεις, οἷον ἄσιλλαν κτλ. — λέμφος et σάννας ut Aristophaneas glossas inter βλασφημιῶν fragmenta recepit Nauck (frg. 22). sed apparet λέμφος glossam ab Eustathio ex eodem capite esse sumptam unde σάννας. nam unde scire potuit, λέμφος esse λέξιν καινὴν καὶ τοῖς πολλοῖς (vel παλαιοῖς) ἀσυνήθη nisi e capite 'περὶ καινοτέρων λέξεων'? interpolavit sane Eust. more suo Aristophanis verba alienis; ex Aristophane descripsit verba ὅθεν καὶ λέμφος — ἐξαπατῆσαι, reliqua aliunde.[9])

[9]) Locus e quattuor glossis compositus est hisce: 1. λέμφος ἡ πεπηγυῖα μύξα. 2. λέμφος ὁ εὐήθης, ἐπειδὴ εἰς μωρίαν διέσκωπτον τοὺς ῥεομένους ἐκ τῶν μυκτήρων. 3. ἀπομύξαι τὸ ἐξαπατῆσαι. 4. λέμφοι τὰ μυξώδη κρέα. primam glossam eisdem verbis interpretantur Hesych. Phot. Moeris, itaque e lexico rhetorico ab Eustathio sumptam esse arbitror. in altera glossa, quam Aristophaneam censeo, explicanda nemo verbis cum Eustathio conspirat (cf. Suet. βλασφ. εἰς μωρούς ap. Miller Mélanges p. 421, Hesych. Phot. λέμφος). tertia glossa, etsi ab Aristophanis consilio per se aliena, tamen memorari potuit: solet enim Ar. Byz. doctas suas disputationes minoribus ornare observationibus (cf. Hesych. ἀπομύττειν· ἐξ-

Quo consilio quemque ad finem Aristophanes hoc caput scripserit supra iam dixi. quo de consilio certiores facti sumus titulo capitis in M exhibito. ratio autem, qua rem suam Aristophanes egerit, perspici non potest nisi ex Eustathio. exc. M et fragmentum Parisinum nullam fere utilitatem praeberent, nisi per Eustathium supplerentur. etenim quod in grammaticorum veterum libris pretiosissimum litterarum antiquarum cognitioni utilissimum doctis illorum temporum studiis recte iusteque iudicandis commodissimum est, testimonia dico veterum scriptorum (χρήσεις), id incredibili compilatorum Byzantinorum neglegentia frequenter silentio praetermissum est. idem Aristophani Byzantio accidit in M et frag. Paris., ubi ne unum quidem testimonium exstat. eo maiorem Eustathio debemus gratiam, quod omnes fere quas in exemplari suo legit χρήσεις descripsit ac tot tamque bona fragmenta e veteribus scriptoribus petita memoriae prodidit.

Verum enim vero testimonia ab Aristophane Byzantio ad illustrandas glossas allata sine dubio uberiora fuerunt quam tradita ab Eustathio. etenim ne Eustathi quidem excerpta lacunis carere — quae Eustathio an priori cuidam epitomatori debeantur nihil refert —, cum e comparatione cum frg. Parisino et excerpto M supra instituta iam apparuit[10]), tum ipsa excerptorum forma docet. Aristophanem huius quidem capitis glossas ad unam omnes testimoniis ornavisse scriptorum neminem spero futurum qui neget, nisi forte grammaticorum aetatis suae principem non praestitisse putas id quod ipso capitis titulo quasi promisit. atqui cum κοκκύζειν, ut exemplum afferam, quattuor testimoniis muniatur Sophoclis Cratini Platonis Diphili, glossae ἀπόστα, ἐλέγοσαν, ἐπικοκκάζειν[11]), ἐπικύλλωμα (κατακύλλωμα), ἐπιστάτης[12]), λέμφος, μαγίς, μοιχή (μοιχίς), στεγανόμιον testimoniis apud Eustathium carent: nimirum Eustathi exemplar non iam integrum fuit.

Accedunt alia vitia ac diversae corruptelae, quibus non integrum caput Aristophaneum ad nos pervenisse probatur. aliquot exempla proferam. Eust. p. 1761 . . . συνάπτει δὲ τούτοις ξενικὸν καὶ τὸ ἀρδαλῶσαι ἤγουν μολῦναι, προφέρων καὶ τὸ 'τὴν μὲν ἄρδαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγισον' καὶ τὸ 'Αἰγύπτιος θοιμάτιον ἠρδάλωσέ μου' prior versus non ἀρδαλῶσαι verbum illustrat, sed vocem ἄρδα. nempe omissa sunt ab Eustathio vel in eius exemplari omissa erant

---

απατᾶν, γοητεύειν). verba καὶ τὰ μυξώδη κρέα λέμφοι ἐκαλοῦντο iure Nauck Aristophani abiudicavit (cf. Phot. s. v. λέμφοι). — [10]) Absunt ab Eustathio glossae frg. Par. Ἀθηναία, καταφαγᾶς, exc. M μεγαλοψυχεῖν, μεγαλοψυχία, ἄρχειν, τάγηνον. — [11]) Derivatum ab ἐπικοκκάζειν verbo nomen ἐπικοκκάστρια ab Aristophane (Thesm. 1059) usurpatum esse dicit Eust. p. 1761, ἐπικοκκάζειν quis dixerit ignorat. ceterum verba παρὰ Ἀριστοφάνει τὸ 'ἀοιδὸς [immo ἀντῳδὸς] ἐπικοκκάστρια' num Aristophanis sint sine causa dubitat Nauck p. 202. cf. βαυβᾶν glossam. — [12]) Ἐπιστάτης glossam Aristophanes ap. Eust. p. 1827, 47 primum ex aliorum sententia explicat (δοκεῖ τοῖς πολλοῖς τάττεσθαι) eorumque nomine laudat Homerum, tum de suo alteram vocis significationem addit, cuius testem non nominat Eust.

ante ἀρδαλῶcαι verba ἄρδα ὁ μολυcμός. cf. Hesych. ἄρδα· μολυcμός. — Eust. p. 1761 . . . λέγει δὲ καὶ λαπίζειν παρὰ Coφοκλεῖ τὸ cυρίζειν.[13]) est glossa difficillima. cυρίζειν sine dubio corruptum est[14]); nam λαπίζειν, si ceteris fontibus fides habenda, 'gloriari, iactare' significat. cf. Nauck p. 202, qui pro cυρίζειν legendum esse coniecit ὑβρίζειν, coll. Hesych. λάζειν· ἐξυβρίζειν, in λάζειν latere λαπίζειν. at ὑβρίζειν minime idem est quod ἀλαζονεύεcθαι, quod γαυροῦcθαι. corruptela quo modo tollenda sit adhuc nescio. — Eust. p. 1761 . . . ἔφη δὲ καὶ ὅτι ἡ μαγὶc [ἀπὸ τῆc μάζης ἢ τοῦ μαcτεύειν ῥηθεῖca][15]) παράγει τὸν μάγειρον, ὃc οὕτω, φηcί, λέγεται παρὰ τὸ μαγίδαc αἴρειν ἤγουν προcφέρειν. mira observatio[16]), quae quid sibi velit in capite περὶ τῶν ὑποπτευομένων μὴ εἰρῆcθαι τοῖc παλαιοῖc inscripto non perspicuum. atque hoc quidem loco Eustathius videtur neglegentiae arguendus; nam comparatis ceterorum grammaticorum testimoniis (quibus de infra dicemus) id egisse videtur Aristophanes, ut 'mensae' significationem vocis μαγίc sua aetate vulgarem iam antiquis scriptoribus cognitam fuisse demonstraret.[17]) quod ad confirmandum μάγειροc vocabuli notationem adiecerit. Eust. igitur glossae μαγίc interpretatione et testimoniis, si quae erant, neglectis additamentum minus memorabile exscripsisse satis habuit. idem paullo ante commisit in glossa ἐπικοκκάζειν[18]) (v. not. 11), ubi quod addiderat Aristophanes ex hoc verbo formasse Aristophanem comicum verba 'ἀντῳδὸc ἐπικοκκάcτρια' (Thesm. 1059), hoc descripsisse satis esse putavit. atque hac neglegentia non semel utiles veterum observationes silentio praetermisit, inutiles alias vel adeo ineptas oblivioni eripuit.

Sed forte fortuna Aristophani Byzantio subvenire et aliunde hoc eius glossarum caput supplere licet. ac primum quidem lexicon illud quod Ἀντιαττικιcτής nomine inscripsit Bekker (Anecd. Gr. I 77—116) similitudinem quandam habere cum capite Aristophaneo animadvertit Fresenius (p. 15 n. 3). exstant apud Antiatt. hae tredecim glossae Aristophaneae:

1. Ἀθηναία (frg. Par. § 1): Antiatt. 77, 5
2. ἀπόcτα (κατάβα): Antiatt. 81, 12
3. βαυβᾶν: Antiatt. 85, 10
4. βλακεύεcθαι: Antiatt. 84, 4
5. ἐλέγοcαν ἐγράφοcαν ἐcχάζοcαν: Antiatt. 91, 14
6. ἐπιcτάτηc: Antiatt. 96, 12

---

[13]) Eustathium 'sua habere indidem atque Photium nempe e lexicis rhetoricis' Naberum (ad Phot. λαπίττειν) existimare satis mirum. — [14]) Corruptelam Eustathio esse antiquiorem docet M: λαπύζειν (sic). τὸ cυρίζειν. — [15]) Verba ἀπὸ—ῥηθεῖca inclusit Nauck p. 205. — [16]) 'annotatiuncula parum digna nostro grammatico': Nauck p. 205. — [17]) cf. O. Schneider, Jen. Litt.-Ztg. 1848 p. 977. — [18]) Eust. p. 1761 . . . καὶ τὸ ἐπικοκκάζειν ὕβρει, M ἐπικοκκάζειν· τὸ κράζειν· Ar. Byz. fortasse scripsit τὸ ὕβρει κράζειν.

7. καταφαγᾶς (frg. Par. § 4): Antiatt. 105, 20
8. κοκκύζειν: Antiatt. 101, 4
9. κόλλοψ: Antiatt. 102, 33
10. μεγαλοψυχία (M): Antiatt. 108, 26
11. μόμφος: Antiatt. 107, 19
12. στίμμις: Antiatt. 114, 7
13. ψελλός: Antiatt. 116, 18.

Admodum conspirant inter se Aristophanes et Antiatticista s. v. ἐλέγοσαν (uterque laudat Lycophronem)[19]), κοκκύζειν (uterque Diphilum laudat), κόλλοψ (uterque Eubulum laudat: cf. Meineke Com. III 209), μόμφος (uterque laudat Euripidem). unde sequitur, ut invicem sese suppleant: nam ne Antiatticistam quidem integrum tulisse aetatem primo oculorum obtutu intellegitur. simul memoravit Aristophanes imperativi formas rariores ἀπόστα κατάβα, ἀπόστα testimonio caret apud Eustathium: addit Antiatt. ἀνάβα δίαβα et laudat Menandrum. — s. v. βαυβᾶν tragici cuiusdam poetae testimonium attulit Eustathius (v. Nauck frg. trag. adesp. 136): Antiatticista laudat Euripidem et Cantharum. — μεγαλοψυχία glossae nihil in M superest nisi lemma: iam conferamus Antiatt. 108, 26 μεγαλοψυχίαν οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλὰ μεγαλοφροσύνην. qui Antiatticistae dicendi rationem norunt, non integram esse glossam intellegent. sine dubio ille veterum testimoniis allatis ostenderat μεγαλοψυχία vocabulum pro μεγαλοφροσύνη esse usurpatum. atque idem Aristophanes egerat: praecedunt enim in M haec: τὸ μεγαλοψυχεῖν τάττουσι καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφανεύεσθαι. tertius eandem observationem tradidit Hesychius, cuius glossa adhuc corrupta facili coniectura restituenda est. inter μεγαλοφυέστερος et μεγαλώνυμον voces exhibet Hesych. hanc: μεγαλουχία· μεγαλαυχία. ὑψηλοφροσύνη, quam frustra temptavit Schmidt. ψ littera inserta scribendum est μεγαλοψυχία. testem huius vocabuli μεγαλοψυχία usus neque Hesych. neque Antiatt. attulit. cf. Plat. Alcib. II 140c. — de ψελλός glossa non satis perspicue disputat Eust. p. 1535, 21: εἰ δὲ τοῦ ἄρκτου ὑπεξαιρεθέντος τοῦ τ, ὡς εἴρηται, οὐ γέγονε σημασίας ἐναλλαγὴ οὐ μὴν οὐδὲ [οὐ μὲν οὐ δὲ vulgo] γελοιασμός, ἀλλ' ὁ κωμικὸς τὸ κ ἐξελὼν γέλωτα ἐκίνησεν εἰπὼν οὕτω·

ψελλόν ἐστι καὶ καλεῖ
τὴν ἄρκτον ἄρτον, τὴν δὲ Τυρὼ τροφαλίδα
τὸ δ' ἄστυ σῦκα' (Ar. frg. 536 Dindorf).

ταῦτα δὲ τί δηλοῖ, περιττόν ἐστι φράσαι. ἀρκεῖ δὲ μόνον ἐπισημήνασθαι. ὡς οὐ ψελλὰ τὰ εἰρημένα κυρίως, εἰ μή τις πᾶν παιδίον μὴ σαφῶς διαλεγόμενον ψελλίζεσθαι λέγει, ὁποῖόν τι καὶ Αἰσχύλος φαίνεται δηλοῦν ἐν τῷ 'ψελλόν τε καὶ δυσεύρετον' (Prom. 816). καὶ τοιοῦτον μὲν καὶ τοῦτο. ψελλός glossam exsti-

[19]) Sed Aristophanes barbaras eiusmodi formas Chalcidensibus tribuit, Antiatticista Alexandrinis.

tisse in capite Aristophaneo constat ex frg. Par. § 6, ubi: καὶ ψελλός, nec plura. sed quae descripsi Eustathium ex Aristophane habere fidem facit Antiatticista, qui eundem Aeschyli locum excitat 116, 18 ψελλός· Αἰσχύλος Προμηθεῖ. τέθεικε δὲ τὴν λέξιν ἐπὶ τοῦ σαφῶς μὴ εἰρημένου. ac similiter Aeschyli locum eius scholiasta explicat: ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ψελλιζόντων παιδίων καὶ ἄγνωστον ποιούντων τὸ λαληθέν. proprie enim ψελλός 'blaesus' est; Aristophanes igitur Byzantius testimoniis Aristophanis comici et Aeschyli allatis ψελλός vocabuli usum generalem iam antiquis scriptoribus cognitum fuisse demonstravit.[20])

Rationem quae inter Aristophanem et Antiatticistam intercedat vides. itaque propter Antiatticistae consensum nescio an capitis Aristophanei glossis addi possit κῦμα. quattuor locis (p. 656, 58. 1234, 42. 1640, 60. 1681, 42) κῦμα vocabulum a veteribus ἀντὶ τοῦ κύημα esse usurpatum adnotavit Eustathius eamque observationem testimonio ex Euripidis Cercyone petito 'γέμουσαν κύματος θεοσπόρου' (frg. 107 Dindorf) ornavit[21]), nullo tamen loco unde haec derivarit indicavit. Aristophanem Byzantium eius auctorem fuisse suspicor propter Antiatt. 104, 9 κῦμα· ἀντὶ τοῦ κύημα.

Iam quaeritur num Antiatticista auctore usus sit Aristophane Byzantio. affirmavit Bergk (Poet. lyr. Gr. I[4] 372) propter Ἀθηναία glossam. insignis est de hoc vocabulo disputatio Suidae s. v. Ἀθηναίας, de qua Bergk l. l. haec adnotavit: 'Haec Suidas neque ex Phrynicho neque ex Pausaniae Aeliive Dionysii lexicis repetiit, sed ex Antiatticista, qui ut Atticistarum notissimum illud praeceptum Ἀττικήν sive ἀστήν, non Ἀθηναίαν esse dicendam redargueret, adhibuit hunc Pindari versum'. Suidam autem integriore opusculo, quam nunc exstat, esse usum. 'Antiatticista autem videtur hoc exemplum ex Aristophane grammatico descripsisse.' quam sententiam equidem probare non possum. Suidae enim glossa e duabus partibus est composita, quarum prior ex Aeli Dionysi Pausaniaeque lexicis (coll. Eust. p. 84, 18. 1456, 50), posterior (ὁ Φρύνιχος μέντοι κτλ.) ex Oro Milesio[22]) deprompta est. cf. Naber Phot. Proleg. p. 98. Ori enim de usu vocis Ἀθηναία disputationem exhibere videtur (cf. Ritschl de Oro p. 58 sive Opusc. I 646) Stephanus Byzantius s. v. Ἀθῆναι· . . . ὁ πολίτης Ἀθηναῖος καὶ θηλυκὸν Ἀθηναία. ἡ δὲ θεὸς Ἀθηναία λέγεται

[20]) Eodem fere modo Aristophanis consilium explicavit Otto Schneider (Jen. Litt.-Ztg. 1848 p. 978) 'von ψελλός (möchte Ar. bemerkt haben), dass es nicht blos den blaesus und balbus, sondern auch jede andere in einem Fehler der Zunge nicht begründete Undeutlichkeit der Rede mitunter bezeichne'. — [21]) Praeterea afferre potuit Aesch. Cho. 128 Eum. 659. saepius illud vocabulum usurpant posteriores ut Apoll. Rh. IV, 1492. Leon. Tar. Anth. Pal. VI, 200. — [22]) Qua via Suidas (vel si mavis Photius) Ori excerptum nactus sit nescio. ipsi certe nec Photius nec Suidas Ori librum habuerunt. coniecerim finem glossae e Stephano Byzantio esse interpolatum. nam Stephanum a Suida adhibitum esse non memini.

μονογενῶς. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ γυναικός, ὡς ἄλλοι μὲν πολλοί, Φιλήμων δὲ οὕτως ἐν Πτερυγίῳ.

'Νυνὶ δ'ὅταν λάβῃ τις εἰς τὴν οἰκίαν
τὰς 'Ιπποvίκας τάσδε καὶ Ναυσιστράτας
καὶ Ναυσινίκας, τὰς 'Αθηναίας λέγω.'

Δίδυμος δέ φησιν ὅτι 'Αθηναίας λέγουσιν ἀντὶ τοῦ 'Αττικάς. ὁ δὲ Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν καὶ θαυμάζει πῶς ὁ Φερεκράτης ἀττικώτατος ὢν χρῆται. ἀστὰς δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λέγειν 'Αθηναίας, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄνδρας ἀστοὺς ἐκάλουν.[23]) ex hoc Stephani loco apparet Orum ad Phrynichum refutandum Didymi copias adhibuisse, Didymum vero Aristophane Byzantio usum esse auctore. itaque Antiatticistam, quem vix quisquam Oro Milesio antiquiorem existimabit[24]), ipsum Aristophanis grammatici λέξεις adiisse ut credamus nulla ratione postulatur. namque apud Didymum et qui hunc sequebantur[25]) lexicographos satis multa invenit, quibus Atticistas posset refutare. grammaticorum illius aetatis mos non fuit, ut in auctoribus eligendis regrederentur ad antiquissimos, immo vero novissimos exscribere maluerunt.[26]) quam rem confirmant ceteri lexicographi, quorum nemo Aristophanis λέξεις ipse inspexit, qui tamen multis locis eius observationes tacite tradunt, Pollucem dico Hesychium Photium alios, quibus accedunt scholiastae. exempla quaedam afferre liceat.

---

[23]) Eust. p. 84, 21 excerptis ex Aelio Dionysio et Pausania haec adiunxit: ἕτεροι δὲ τῶν παλαιῶν οὕτω συντόμως εἶπον· ἀνάττικον 'Αθηναίαν γυναῖκα εἰπεῖν· ἀστὰς δὲ τὰς 'Αττικὰς γυναῖκας ἔλεγον ὡς καὶ τοὺς ἄνδρας ἀστούς. haec Eust. non ex Oro habet, ut contendit Naber (p. 98), sed ex Stephano Byzantio. nam Orum Eust. non nisi technicorum (h. e. Choerobosci) fide laudat: cf. p. 859, 52 παρὰ δὲ τοῖς τεχνικοῖς κεῖται καὶ ὅτι ὁ μὲν Ὧρος οὐχ Ἑλληνικὴν λέξιν τὴν ἰατρίνην εἶναί φησιν, 'Αλέξανδρος δὲ ὁ Κοττυαεὺς πρὸς ἀκρίβειαν λαλῶν μὴ 'Αττικὴν εἶναι αὐτὴν λέγει. quae ex Ori κατὰ Φρυνίχου libro petita esse coniecit Ritschl de Oro p. 42 (Opusc. I 627). praeterea duobus locis Orum laudat Eust. p. 837, 45. 857, 42, utroque loco ex Choerobosco: cf. Et. Mg. 411, 53. Choerob. Orthogr. 235, 27. Et. Mg. Voss. 567, 4. — [24]) Antiatticistam qui vocatur Orum esse ipsum, id quod Ruhnkenius olim coniecit, demonstrare studuit Naber (l. l. p. 97 seqq.). quam opinionem nec defendere nec refellere huius est loci. Ritschl (de Oro p. 43. 58 sive Opusc. I 628. 646) ex Ori contra Phrynichum libro non nulla in Antiatticistae libellum transisse suspicatus est. — [25]) Aelium Dionysium et Pausaniam non sequi Megaclidem (quo de cf. Sengebusch diss. Hom. I p. 88) ex Eustathi Suidaeque locis apparet: scilicet Didymi auctoritatem sequuntur, qui Aristophanis doctrinam qua Megaclidem is refutaverat suam reddidit. Phrynichus vero acrior ille puri sermonis Attici propugnator Megaclidem secutus Atticam esse 'Αθηναία formam noluit. sed idem diligens Aeli Dionysi lexici lector non mirari non potuit, quod Pherecrates antiquae comoediae poeta 'Αθηναία dixerat. nam novae comoediae poetas (Philemonem Diphilum) non tantidem fecit: ubique fere Menandrum castigat propter barbarismos: cf. Ecl. p. 196 Epit. p. 331. 363. 387, aliis locis. de Philemone cf. Epit. p. 355. — [26]) Accedit quod Antiatticista semel (p. 96, 12 ἐπιστάτης) ab Aristophane discrepat: qui cum ἐπιστάτης de omni magistrorum genere dictum esse affirmare non auderet, ille affirmavit.

Scripserat Aristophanes de imperativi formis ἀπόστα κατάβα sim.; Antiatticistam vidimus ἀπόστα laudavisse e Menandri Ἐπικλήρῳ: alia duo exempla e Menandro afferunt Suid. lex. Bekk. 436, 14 (Aeli Dionysi fide ni fallor) ἀπόστα· οὐ μόνον ἀπόστηθι λέγουσι.[27]) καὶ παράστα. Μένανδρος Παιδίῳ· 'ἐνταῦθ' ἀπόστα μικρόν' (Mein. Com. IV 182). Διὶ ἐξαπατῶντι· 'ἐμοὶ παράστα. τὴν θύραν κόψας ἐγὼ | καλῶ τιν' αὐτῶν' (Mein. Com. IV 105). Didymum agnoscimus ap. schol. Ar. Ran. 35 (quem versum ipse Aristoph. Byz. laudavit) κατάβα πανοῦργε· τὸ χ̄, ὅτι κατάβα φησί· πρὸς τοὺς ἀξιοῦντας ὅτι κατάβηθι λέγεται μόνως. — ἄρδα et ἀρδαλῶσαι vocabula Pherecratis et Philemonis versibus allatis iam veteribus cognita fuisse observavit Aristophanes. utrumque poetam laudat, omissis tamen versibus, Erotianus Voc. Hippocr. p. 56, 9, Pherecratis versum iterum affert Eust. p. 707, 31 e Pausaniae lexico. — leviter corrupta est glossa ἐμίας: (Eust. p. 1761 . . .) καὶ οἱ ἔμετοι ἐμίαι ὡς κοχλίαι. Εὔπολις δέ, φησιν, ἐπὶ τοῦ κακοφώνου τὸν ἐμίαν τίθησιν. pro ἔμετοι scribendum esse ἐμετικοί intellexit Nauck p. 211 coll. Eust. p. 996, 39 (ubi technicum sequi videtur) ἰστέον δὲ ὅτι τε ἐκ τοῦ ἐμεῖν . . . . καὶ ἐμίας ὡς κοχλίας ὁ ἐμετικὸς ἢ εὐεμής. eadem corruptela in M: ἐμίας· ὁ ἔμετος. sed multo eam esse antiquiorem docet qui solus hanc glossam praeter Aristophanem exhibet Galenus Gloss. Hippocr. p. 466 ἐμίαι· ἔμετοι. Ἀττικὸν τὸ ὄνομα. — μαγίς glossa maxima cum neglegentia ab Eustathio tractata (v. sup. p. 292) optime potest illustrari ceterorum grammaticorum testimoniis adhibitis. diximus Aristophanem observasse videri μαγίς vocabulum iam apud veteres idem valuisse quod τράπεζα. quae sententia confirmatur Pollucis disputatione, quam fere Aristophaneam dixerim: VI 83 αἱ δ' ἐπιτιθέμεναι καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι, ἃς νῦν μαγίδας καλοῦσιν. ἔστι μέντοι καὶ τὸ τῆς μαγίδος ὄνομα παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν χρήσει [Χρύσῃ coni. Dindorf] 'τὰς Ἑκαταίας μαγίδας δόρπων' (frg. 651). accuratius X 81 καὶ μὴν καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα τοῖς τρίποσι τράπεζαι καλοῦνται καὶ μαγίδες . . . . ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ εἴρηται 'τὰς Ἑκαταίας μαγίδας δόρπων'. Κρατῖνος ἐν Βουσίριδι εἴρηκεν 'ὁ βοῦς ἐκεῖνος χἡ μαγὶς καὶ τἄλφιτα' (Mein. Com. II 31). παρὰ μέντοι Ἐπιχάρμῳ ἐν Πύῤῥᾳ ἢ Προμηθεῖ καὶ κατὰ τὴν ἀνθρώπίνην χρῆσιν εἴρηται 'κύλικα μαγίδα λύχνον' (frg. 81 Ahrens). eadem fere tradit Helladius ap. Phot. Bibl. p. 533^{b}.[28]) — quo iure

[27]) Ἀλλά ante καί apud Suidam delendum. — [28]) Photi glossam μαγίδες· μᾶζαι. καὶ τὰ τῇ Ἑκάτῃ συντελούμενα δεῖπνα. οὕτως Ἀριστοφάνης Nauck p. 206 grammatico tribuere maluit quam comico (frg. 644). sed haec dicendi formula οὕτως ὁ δεῖνα ubique ad scriptorem aliquem spectat, non ad grammaticum. idem valet in μάθος glossam, qua de idem coniecit Nauck p. 207 [ceterum μάθος glossa in editione Naberi non exstat]. in μαγίδες glossa equidem potius crediderim pro οὕτως Ἀριστοφάνης scribendum esse οὕτως Σοφοκλῆς coll. Polluc. l. l.; eandem confusionem Photius commisit s. v. τάλιδος, ubi οὕτως Ἀριστοφάνης, intelleg. Soph. Ant. 629.

Pollucis de μαγίς glossa disputationem ad Aristophanem grammaticum rettulerim, στίμμις glossa docet. observavit Aristophanes veteres formam vocabuli femininam usurpasse[29]) et Ionis versum attulit. cum Aristophane facit Pollux V 101 καὶ ἡ στίμμις παρ' Ἴωνι ἐν Ὀμφάλῃ· 'καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον'. cave autem ne Pollucem ipsum Aristophanis λέξεις adiisse credas. Choeroboscum certe eas non inspexisse concedes, qui idem tradit Dict. in Theodos. p. 373, 16 ... εὑρέθη δὲ καὶ τὸ στίμμι θηλυκῶς λεγόμενον οἷον ἡ στίμμις τῆς στίμμιδος. Ἴων Ὀμφάλῃ 'καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον'. Antiphanem laudat Phot. s. v. στίμην.[30]) — de Attico vocis στεγανόμιον usu tacite cum Aristophane consentiunt Pollux Hesych. Phot. lex. rhet. Bekk. (cf. Nauck p. 201).

Exemplis quae protuli satis demonstrasse mihi videor, quemadmodum ab Aristophane pendeant lexicographi superstites, quorum nemo caput περὶ τῶν ὑποπτευομένων laudat, nemo vidit. memorabili igitur fortuna per saeculorum XII et XIV (cf. Fresen. p. 11) homines Byzantinos eius memoria ad nos pervenit, cum plus mille annos oblivione fuisset obrutum.

Aristophanis grammatici fragmenta sedis incertae cum perlustrarem, num quae alia huic capiti tribuenda essent, in duas incidi glossas Aristophanis nomine explanatas, quae optime huc pertinere mihi videntur. sunt autem frg. 36 et 79, glossae κωλακρέτης et ὀρείχαλκος. priorem exhibet schol. Ar. Av. 1541 'τὸν κωλακρέτην'· ... Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς τούτους ταμίας εἶναί φησι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ. οὐ μόνον δὲ τούτου τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ὥς φησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα διὰ τούτων ἀνηλίσκετο, ὡς Ἀνδροτίων γράφει οὕτως· 'τοῖς δὲ ἰοῦσι Πυθῶδε θεωροῖς τοὺς κωλακρέτας διδόναι ἐκ τῶν ναυκληρικῶν ἐφόδιον ἀργύρια, καὶ εἰς ἄλλο ὅτι ἂν δέῃ ἀναλῶσαι. ταμίαι δὲ ἦσαν καὶ προεστῶτες τῆς δημοσίας σιτήσεως.'[31]) quae docta observatio cuinam capiti convenit nisi capiti περὶ τῶν ὑποπτευομένων μὴ εἰρῆσθαι τοῖς παλαιοῖς?[32]) hanc glossam Didymo debere scholiastam

[29]) Aristophanem τὸ στίμμι damnasse tradunt Eust. frg. Par.; discrepat M: στίμμις καὶ στίμμι. τὰ εἰς ὄμματα χρήσιμα· λέγεται δὲ καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως, quae ex librarii cuiusdam commentis orta esse consentio cum Fresenio (p. 31). Aristophanis sententiam falsam esse iudicavit Nauck p. 205: τὴν στίμμιν esse accusativum heteroclitum nominativi τὸ στίμμι. adversus Nauckium formam ἡ στίμμις iure defendit O. Schneider (Jen. Litt. Ztg. 1848 p. 979). cf. Moeris 209, 12 στῖμις [στίμμις l.] Ἀττικοί, στῖμι Ἕλληνες. — [30]) Formas vocabuli στίμη στίβι iure librariorum errori tribuerunt Meineke Com. III 103 Nauck p. 205. στίβη scriptum est apud Phryn. Bekk. 68, 18 Hesych. Phot. Antiatt. 114, 7. in minuscula quae dicitur scriptura confusio litterarum β et μ facillima. — [31]) Nauck nihil nisi verba Ἀριστοφάνης — μισθοῦ Aristophani Byzantio tribuit: meo quidem iudicio illud ὥς φησιν docet omnia esse Aristophanis verba. — colacretarum munera post Clisthenem apodectas suscepisse idem testatur Androtio ap. Harp. s. v. ἀποδέκται. — [32]) Aristophanis doctrinam tacite omnes lexicographi tradunt: Hesych. Tim. lex. Plat. p. 171. Phot. lex.

argumentis probari non opus est. altera certo testimonio Didymo tribuitur: schol. Apoll. Rh. IV 973 ὀρειχάλκοιο· φασὶν ὀρείχαλκον εἶδος χαλκοῦ, ἀπὸ Ὄρείου τινὸς γενομένου εὑρετοῦ ὠνομασμένον. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Τελεταῖς φησι μηδὲ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα μηδὲ τὸ τούτου εἶδος. τὸν γὰρ ὀρείχαλκον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσι λέγεσθαι μέν, μὴ εἶναι δέ. τῶν δὲ εἰκῇ διαδεδομένων καὶ τοῦτο. οἱ γὰρ πολυπραγμονέστεροί φασιν αὐτὸν ὑπάρχειν. μνημονεύει καὶ Στησίχορος (frg. 88) καὶ Βακχυλίδης (frg. 68), καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς σεσημείωται τοῦτο. [ἄλλοι δὲ ἀνδριαντοποιοῦ λέγουσιν ὄνομα, ὡς Σωκράτης [ὁ Κράτης coni. M. Schmidt] καὶ Θεόπομπος ἐν εἰκοστῷ πέμπτῳ]. οὕτως ἦν ἐν τῇ κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ. Didymus totum locum ex Aristophane descripsit, verba tantum ἄλλοι δέ — πέμπτῳ de suo adiecit. Aristophanes Byzantius Aristotelem[33]), qui vocabulum exstare negaverat, Stesichori et Bacchylidis testimoniis prolatis refutavit. quae refutatio sine dubio aptissimum locum habuit in capite περὶ τῶν ὑποπτευομένων μὴ εἰρῆσθαι τοῖς παλαιοῖς.[34]) — duo haec exempla melius demonstrant qua diligentia quaque doctrina rem suam egerit Aristophanes, ut facile intellegatur, quam bonam veterum studiorum frugem haberemus, si Aristophanis disputationem in manibus teneremus talem, qualis e grammatici manibus prodiit.

2. Περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν.

Eustathius quinque locis Aristophanem laudat ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν: p. 772, 58. 1625, 32. 1720, 23. 1752, 11. 1817, 18, quinque locis omisso capitis titulo: p. 877, 49. 962, 8. 1404, 59. 1784, 22. 1828, 56, ceteris tacite grammaticum exscripsit: p. 727, 14. 711, 35. 753, 54. 763, 20. 1592, 56. 1648, 53. 1821, 34. 1872, 13. tractavit Aristophanes grammaticus hoc capite varias aetatum et hominum et animalium appellationes eo ordine dispositas, ut initium efficerent ἡλικίαι hominum sexus virilis et muliebris, sequerentur ἡλικίαι animalium mansuetorum, tum ferorum, denique avium.

Disputatio de aetatum sexus virilis appellationibus eisdem fere verbis traditur in M et apud Eust. p. 727, 14 (partes disputationis repetiit Eust. p. 763, 20. 962, 8. 1592, 56. 1720, 23). sed eadem per alterum rivulum ad nos pervenit, per Didymi συμμίκτων

Cantabr. lex. rhet. Bekk. 275, 22. cf. schol. Ar. Vesp. 695. — [33]) Aristotelem pro Aristocle librariorum errore laudari censet Val. Rose, Arist. pseud. p. 619, qui non vidit omnia ex Aristophane habere Didymum; Aristoclem Aristophanes laudare non potuit. cf. Heitz, Verlor. Schr. d. Arist. p. 295. — [34]) Hesychius quanto opere ab Aristophane pendeat hoc quoque loco egregie ostendit: ὀρειχάλκων· τῶν εἰκῇ διαδεδο[νη]μένων εἶναι τοὔνομα. οἱ δὲ πλείους ὑπάρχειν αὐτόν. ἔστι δὲ [καὶ] ὕλη ὁμοία χαλκῷ, nisi quod auctor Hesychi Aristophanis Byzantii verba τῶν δὲ εἰκῇ διαδεδομένων καὶ τοῦτο falso interpretatus est, cum ad glossam ille referret, quod de Aristotelis sententia dixerat Aristophanes.

epitomen ab Alexione confectam et ab Ammonio p. 35 Erennio Philone ap. Eust. p. 1788, 52[35]) Et. Gud. 124, 2 Et. Angel. (ed. Ritschl Opusc. I 684) adhibitam. atque Ammonius quidem et Etymologica sic auctorem denuntiant: γέρων καὶ πρεσβύτης καὶ προβεβηκὼς διαφέρει. Ἀλεξίων δηλοῖ ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Διδύμου Συμμίκτων λέγων οὕτως· ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους περὶ ἀνθρώπου γενέσεως καὶ αὐξήσεως ἄχρι γήρως. βρέφος μὲν γάρ ἐστι κτλ., Eust. breviter sic: ... ὧν τὴν ἀκολουθίαν Ἀλεξίων ἐκτιθέμενος γράφει οὕτως· βρέφος κτλ. Alexionis excerptum cum M et Eust. p. 727, 14 fere congruit, nisi quod disputatio de ἀπό praepositione et glossae ἱππεῖς, ἱππαγρέται, νυμφίος, πατήρ, ἀνὴρ νέος ab illo absunt. quod ex hoc consensu collegit Fresenius (p. 25), hanc partem hodie nos ita fere legere, ut ex ipsius scriptoris manu prodierit, equidem probare nequeo. recte dixisset Fresenius, si ipsa Didymi σύμμικτα hoc loco haberemus. atqui συμμίκτων epitomen tantum habemus et ne eam quidem sed excerptum ex epitome. itaque non mirum, quod tanto opere cum excerpto M conspirat. refutatur Freseni sententia eo maxime, quod in hac parte veterum scriptorum testimonia fere nulla exstant, cum Aristophanes Byzantius nihil fere scripserit sine testimoniis. in M et in Alexionis excerpto testimonia desunt. Eust. p. 727, 21 unum laudat Callimachum ad glossam ἀπότριχες. sed hoc loco (quo optime cum M concinit) non omnia se descripsisse quae in exemplari suo legit, ipse demonstrat p. 1720, 25, ubi disputationem de adiectivis cum ἀπό praepositione compositis accuratius repetens ἄπιχθυς vocabulum testimonio ornat ex Euripidis Erechtheo petito.

Aristophanis copias ut in capite περὶ τῶν ὑποπτευομένων ita hoc loco a Didymo exhaustas videmus. sed quae in illo capite erant tractatae glossarum natura ferebat, ut in hypomnematis et in λέξει κωμικῇ Didymus eas attingeret. ea vero quae hoc capite Aristophanes enarravit nec in hypomnematis nec in λέξεων collectione certis finibus circumscripta locum habebant idoneum; itaque in Miscellaneorum librum recepit. num quae alia Aristophanea ibidem exstiterint, prorsus incertum est, quoniam συμμίκτων libri memoria nullo alio testimonio ad nos propagata est.[36]) ne hoc quidem pro certo potest affirmari, totumne caput περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν descripserit Didymus an primam tantum partem.

Tertius fons, ubi ὀνόματα ἡλικιῶν continuo recensentur, est

---

[35]) Ex Erennio Philone esse hunc locum Eustathianum — qua de re dubitare non debebat Fresenius — patet ex fragmento illius in cod. Ambr. C. 222 inf. servato (cf. Keil Mus. Rhen. nov. VI 109 sive Ritschl Opusc. I 198. Fresen. p. 53 n. 2). omnibus enim locis ubi cum Ammonio conspirat Erennium Philonem Eustathius sequitur. — [36]) Num συμποσιακῶν et συμμίκτων libri idem opus fuerint (quod Schmidt Didym. frg. p. 378 statuit) dubito. titulus ἐν τῇ κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ (v. sup. p. 298) quid sibi velit, adhuc sub iudice lis est.

Pollucis Onomasticon (II 8—13).[37]) quem si cum Aristophane et Didymo comparaveris, ipsum intelleges nec Aristophanis λέξεις nec Didymi σύμμικτα adhibuisse nec Alexionis epitomen. sed ordo disputationis is est, ut primarius auctor Aristophanes facile agnoscatur. scilicet epitomatores qui celeriter saeculis I et II sese excipiebant multa resecabant alia interpolabant. accedit quod Pollux disputationi suae synonymorum collectiones inseruit, quales per totum Onomasticon ab eo adhibitas esse constat (cf. Rohde l. l. p. 81. Schmidt Qu. Hesych. p. CXXVII). nec praecepta Atticistarum apud Pollucem frequentia ab Aristophane Byzantio non esse aliena consentaneum. sic explicandum est quod Pollucis disputatio in nominum dispositione cum excerptis Aristophaneis congruit, in ceteris vero originem suam dissimulat.

Ceteri quidem lexicographi passim ὀνόματα ἡλικιῶν tractant, ita vero ut non multum ad excerpta Byzantina vel emendanda vel supplenda conferant. omnium maxime Hesychius non nullas Aristophanis doctrinae reliquias servavit. cf. Hesych. ἀντίπαις, βούπαις, τριακάτιοι[38]), ἀποβώμιος, ἀπόθριξ, ἄπιχθυς, ἱππαγρέτας, ὠμογέρων. Creticam vocem ἀπόδρομος in Hesychiano lexico non legimus, synonymam vero ἀπάγελος, cuius mentionem ipsi deberi Aristophani recte Nauck p. 95 existimavit. idem corruptam glossam ἀγελάστους· ἐφήβους. Κρῆτες huc rettulit, emendatio vero quam proposuit (ἀγέλας· τοὺς ἐφήβους. Κρῆτες) vix est probabilis. coniecerim ἀγελάτας· τοὺς ἐφήβους. Κρῆτες. ἀγελᾶται enim videntur appellati fuisse adolescentes eidem ἀγέλῃ adscripti: cf. Heracl. Pont. Polit. 3 (Schneidewin p. 8) Ephor. ap. Strab. X 482. Laconici vocabuli ἱππαγρέτας synonyma exhibet Hesych. ἵππαρχος· ὁ τῶν νέων ἐπιμελητὴς παρὰ Λάκωσιν et παιλαγρέται· ἀρχή τις ἐπὶ ἱππέων (παιδαγρέται coni. Ruhnken ad Tim. lex. Pl. ἱππαγρέται, ἱλαγρέται M. Schmidt). Aristophanis vocabulorum ἀντίπαις et βούπαις explanatio, quae excerptis Byzantinis non iam traditur, servata videtur ab Ammonio p. 109 (Et. Gud. 447) παῖς, ἀντίπαις καὶ βούπαις διαφέρει· παῖς μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ· ἀντίπαις δὲ ὁ ἐκβεβηκὼς τοῦ παιδὸς τὴν ἡλικίαν καὶ ἤδη πρόσηβος· βούπαις δὲ ὁ μέγας παῖς. ipsum Aristophanem grammaticum videtur laudare loco valde corrupto (cf. Nauck p. 93) Suidas s. v. ἀντίπαις· ὁ ἐγγὺς ὢν τοῦ ἴουλος γενέσθαι, ὁ τὸν πώγωνα ἐκφύων. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ὁ πρόσηβος καὶ ἀνδρόπαις εἶπεν. verba corrupta coll. lex. Bekk. 407, 16 ἀντίπαις· ὁ πρόσηβος καὶ ἀνδρόπαις καὶ ὑπὲρ τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν (huic enim compilatori communem cum Suida fontem fuisse apparet)

---

[37]) Cf. E. Rohde, de Iulii Pollucis in apparatu scaenico enarrando fontibus, p. 14 sqq. Fresenius p. 12 sq. — [38]) Hoc vocabulum excerptis Byzantinis varie corruptum legitur: τριακάπους Eust. p. 727. 1592, τρικάπους M, τρικαδίους Eust. p. 1788. mire Nauck p. 95 formam τριακάδιοι probavit. scripturam unice veram τριακάτιοι exhibent Hesych. et Ammon. (τριακατίοι Ahrens Dial. Dor. p. 281).

equidem sic restituenda puto: ὁ δὲ Ἀριστοφάνης εἶπεν· (ἀντίπαις) ὁ πρόσηβος καὶ ἀνδρόπαις καὶ [ὑπὲρ] τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν (ἐκβεβηκώς).

Aristophanis disputationem de mulierum ἡλικιῶν nominibus unum excerptum M servavit. atque ad hanc Aristophanei capitis partem restituendam et emendandam propter fontium inopiam plus Pollux confert quam ad primam, ut, si aliena additamenta exemeris, excerptum M et Pollux fere invicem sese suppleant.

exc. M: Ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν τὸ μὲν βρέφος καὶ τὸ παιδίον ὁμοίως· μετὰ δὲ ταῦτα παιδισκάριον καὶ παιδίσκιον, καὶ κόριον καὶ κοράσιον[39]), καὶ κορίσκη καὶ παρθενίσκη· μετὰ δὲ ταῦτα παῖς καὶ παρθένος καὶ κόρη· εἶτα ἤδη πάλιν καὶ ταύτῃ ὁ τοῦ γαμεῖσθαι καιρός, εἴη γὰρ ἂν τὸ ‘πέμπτον ἀμφ’ ἤβης’, ὡς Ἡρόδοτος [immo Ἡσίοδος: Op. 698] ἀξιοῖ, ὅτε δὴ καὶ νύμφη ἂν κληθείη· μετὰ δὲ τὸν γάμον γυνὴ καὶ μήτηρ. ἤδη καλοῖτ’ ἂν καὶ μεῖραξ· καὶ μετὰ ταῦτα γυνὴ νέα, εἶτα μέση, εἶτα πάλιν ὁμοίως προβεβηκυῖα, προπόλιος, εἶτα γραῦς, καὶ πρεσβῦτις ἡ αὐτή, εἶτα ἐσχατόγηρως.

Pollux II 17. 18: Ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν τὰ μὲν πρῶτα ταὐτὰ μέχρι τοῦ παιδαρίου (καὶ γὰρ τοῦτο κοινὸν ἀμφοῖν θηλειῶν τε καὶ ἀρρένων), τὰ δ’ ἐφεξῆς παιδίσκη, κόριον παρ’ Εὐπόλιδι, κόρη, κορίσκιον· τὸ γὰρ κοράσιον εἴρηται μέν, ἀλλὰ εὐτελές, ὥσπερ καὶ τὸ κορίδιον ... καὶ Φρύνιχος μὲν ὁ κωμικὸς τὰς νέας ἀφήλικας λέγει· ‘ἦσαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀφήλικες’ (Mein. Com. II 604). Φερεκράτης δὲ τὴν γεραιτάτην ὡς ἀφηλικεστάτην, ὡς καὶ Κρατῖνος ἀφήλικα γέροντα. ἐρεῖς δὲ παρθένος ὡραία γάμου .. μεῖραξ, μειρακίσκη ... γυνή ... γραῦς, καὶ ὡς Ἰσαῖος γεραιτέρα, γραῖα, καὶ ὡς Θεόπομπος ὁ κωμικὸς πρεσβῦτις, φίλοινος, μεθύση, οἰνοκάχλη, κοχώνη (Mein. Com. II 822), τὰ δὲ λοιπὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄρρεσιν οἷον ἐσχατόγηρως, βαθύγηρως καὶ τὰ τοιαῦτα.

παιδάριον M omittit: iure Pollux Atticistarum praecepta secutus observat promiscue usurpari, cf. Ar. Vesp. 568 ‘τὰ παιδάρι’ εὐθὺς ἀνέλκει | τὰς θηλείας καὶ τοὺς υἱεῖς’. idem testantur Clemens Alex. Paed. I, 4, 11 (Mein. Com. IV 198) Phot. lex. rhet. Bekk. 298, 10 Moeris 207, 32 Suid. — vocabulum παιδίσκιον (M) alibi nusquam invenitur; itaque Nauck (Mélanges Gréco-Romains III p. 175) e Polluce παιδίσκη legendum censuit. equidem nescio an utrumque tenendum sit, ut παιδίσκη in M παιδίσκιον apud Pollucem exciderit. contrarium accidisse videtur in κορίσκη (M) et κορίσκιον (Poll.). — non iustum locum in M accepit μεῖραξ vocabulum, quod post κόρη vel παρθένος transponendum est coll. exc. ἐπ’ ἀρρένων

[39]) Unam hanc glossam ex hoc capite servavit frg. Par. § 11 καὶ κοράσιον, ἡ κόρη.

et Polluce. fragmentum huius disputationis exhibere videtur Eust. p. 1164, 20 ὑποκοριστικώτερον δὲ παιδίσκου τὸ παιδισκάριον.[40]) θῆλυ δὲ ἐκείνου ἡ παιδίσκη, ὡς καὶ τοῦ μειρακίσκου ἡ μειρακίσκη. cf. Ar. Ran. 409. Plut. 963. — κόριον κοράσιον κορίσκη sine differentia in M recensentur, Pollux κοράσιον (et κορίδιον) improbat cum Atticistis: cf. Phryn. Ecl. p. 73 κόριον ἢ κορίδιον ἢ κορίσκη λέγουσι, τὸ δὲ κοράσιον παράλογον. Phot. παιδισκάριον· κοράσιον δὲ οὐ λέγεται, ἀλλὰ καὶ κεκωμῴδηκε Φιλιππίδης ὡς ξενικόν (Mein. Com. IV 477). itidem propter ἀφῆλιξ vocabuli usum Phrynichum comicum vituperat Phrynichus Atticista Ecl. p. 84 Phryn. Bekk. 1, 1. cf. lex. Bekk. 470, 21 Suid. ἀφηλικέστερος. — puellarum nominibus nescio an addendum sit vocabulum παλλακή. ad Aristophanem enim referenda videntur quae narrat Eust. p. 763, 23 ... ταὐτὸν πάλλακα εἰπεῖν ἡλικίας λόγῳ καὶ βούπαιδα καὶ ἀντίπαιδα καὶ μελλέφηβον, ἐξ οὗ δὴ πάλλακος ἡ παλλακίς ... σαφέστερον δὲ ταῦτα φράζει ὁ γράψας ὅτι παλλακαὶ καλοῦνται τὸ μὲν ἀκριβὲς τῶν παιδισκῶν αἱ νέαι, καθὰ καὶ τῶν ἀρρένων πάλλακες. [ταύταις δὲ ἡσσώμενοί ποτε διὰ τὴν ἀκμὴν οἱ δεσπόται ἀφιᾶσι καλεῖσθαι αὐτὰς οὕτω, κἂν μηκέτι νέαι ὦσι]. ultima verba Eustathii ingenio videntur deberi. — μεῖραξ vocabulum Aristophanes Byzantius et de adulescentibus et de puellis memoravit: Pollux rursus Atticistas sequitur, qui μείρακας non dici nisi puellas iubent: cf. Ael. Dion. ap. Eust. p. 1390, 52. Phryn. Ecl. p. 212. Ammon. p. 93. Moeris 203, 19. — προπόλιον mulierem senescentem dicit M, ὑποπόλιον virum senescentem Eust. et M; Nauck (p. 97 n. 20) ὑποπόλιον corruptum et προπόλιον legendum esse existimavit. sed videtur Aristophanes utramque formam probasse: quam sententiam confirmat Pollux II 12. — ἐσχατόγηρως de mulieribus dictum ex Aristophane Byzantio affert etiam Eust. p. 1784, 23 ... καὶ ἔστιν οὕτως ὠμογέρων ὁ λεγόμενος προπόλιος [οὗ πέρας ὁ σῦφαρ, ὡς ἐν ἄλλοις δεδήλωται][41]), ὥσπερ γραὸς ἡ ἐσχατόγηρως κατὰ τὴν τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους παράδοσιν. [ἴσως γὰρ οὐκ ἐχρῆν ἀνδρὶ τὴν τοιαύτην προσρηθῆναι λέξιν διὰ τὸ ἀδρανὲς καὶ δυσοιώνιστον.] extrema verba inepta adiecit Eustathius, qui non meminerat se ipsum ἐσχατόγηρως vocabulum in ἀρρένων ἡλικίαις bis tradere (p. 727. 1788). cf. Fresen. p. 117 n. 3.

[40]) Sed falso Eust. de pueris παιδισκάριον accipere videtur, quod nisi de puellis non dicitur. cf. Menand. Com. IV 169. Hesych. παιδισκάριον· τὸ κοράσιον Ἀττικοί· ἐπὶ τῆς ἡλικίας. — [41]) Remittit Eustathius p. 1330, 7 et p. 1762, 17, ubi ex alio quodam fonte senum nomina recenset ὠμογέρων, γέρων, πέμπελος, σῦφαρ: p. 1330, 7 ὠμογέρων δὲ ἡλικία πρεσβυτική, μεθ' ἣν γέρων, εἶτα πέμπελος, ἔπειτα σῦφαρ, καθὰ καὶ Λυκόφρων οἶδεν. p. 1762, 17 ὠμογέρων μὲν γὰρ ἡλικία γέροντος ἄρτι παραλλάξαντος τὸν ἀκμάζοντα καὶ ἐλευσομένου εἰς τὸ λέγεσθαι γέρων, εἶτα εἰς τὸ πέμπελος, μετὰ δέ γε εἰς τὸ σῦφαρ. πέμπελος et σῦφαρ nomina non memoravit Aristophanes, quod ipse Eust. indicat. p. 1788, 58 ... ταῦτα ὁ Ἀλεξίων, μὴ εἰπὼν καὶ τίς ὁ πέμπελος (Lyc. 125) καὶ ὁ παρὰ τῷ Λυκόφρονι (793) σῦφαρ, ἀλλ' ὡς εἰκὸς διὰ τοῦ ἐσχατόγηρως συνδηλώσας καὶ αὐτούς. nec Pollux memorat.

Altera parte capitis περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν Aristophanes animalium cuiusvis aetatis nomina recensuit. ac de mansuetis quidem animalibus disputationem integriorem quam cetera capita Aristophanea exhibent M et Eustathius p. 1625, 32. initium disputationis tribus locis tractavit Eust.: p. 1625, 32: 877, 49. 1648, 53. singulis animalium generibus in M praecedunt appellationes pastorum gregumque his formulis: οἱ δὲ ... νέμοντες ..., τὸ δὲ πλῆθος ... Eust. p. 1625, 32 consulto eas omisit, omnes vero simul congessit p. 1648, 53. tertio denique loco (p. 877, 49) fideliter fontem expressit, disputationi de μῆλα et μηλωτή vocabulorum usu praemissis nominibus pastoris gregisque ovium; incipit autem a generali observatione αἰπόλων καὶ συβωτῶν καὶ τῶν ἄλλων γένος ὁ νομεύς. quae verba quid sibi velint, ignorare videtur Fresenius. qui cum de priorum locorum (p. 1625. 1648) ratione recte disputaverit, de verbis descriptis sic iudicat (p. 61): 'peculiare autem disputationis Aristophaneae membrum haec verba mihi esse videntur'. in appendice vero his verbis eum locum tribuit (44), ut νομεύς nomen nisi de ovium pastore non dici credas. initium totius disputationis illis verbis significari manifestum est: νομεύς glossa ante num. 33 append. Fresen. transponenda est. Eustathi verba τὰ τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους ἔχοντα οὕτω πως indicant non continua omnia describi, sed inter νομεύς glossam et verba οὕτω δὲ καὶ ποιμένων aliquid omitti (nempe disputationem de capris). excerpti M quoque verba αἰπόλος μὲν ὁ τῶν αἰγῶν νομεύς vocabulum νομεύς in initio exstitisse demonstrant. nam in ceteris generibus constanter codicis M librarius hac formula utitur: οἱ δὲ ... νέμοντες. verba αἰπόλων καὶ συβωτῶν καὶ τῶν ἄλλων γένος ὁ νομεύς ille omisit, nomen vero νομεύς cum sequentibus coniunxit: αἰπόλος μὲν ὁ τῶν αἰγῶν νομεύς.

Consulto Eust. p. 1625 omnia praetermisit quae p. 877 et p. 1648 satis accurate tractavit. p. 1648 praeter pastorum gregumque nomina nihil fere exhibet, quin p. 877 legatur: atque eadem breviter tertium repetiit p. 1828, 56. Nauck eos locos non receperat in fragmenta capitis περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν (v. Nauck p. 197), nec potuit recipere, quoniam nihil in eis invenitur quod ad animalium ἡλικίας pertinere videatur. exhibent enim praeter collectionem pastorum gregumque nominum doctam de μηλωτή οἰέη μῆλα πρόβατα vocabulorum usu disputationem. depromptos esse locos e capite περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν reliquiae docent in M servatae.

Excursum de μῆλα et πρόβατα vocabulis excipiunt in M equorum pastorum gregumque nomina, adduntur etiam equilium appellationes ἱπποφόρβια μάνδραι, ἡλικιῶν vero equorum nomina exciderunt. apud Eustathium de equis nihil invenimus (nisi quod p. 1648 pastorum nomina ἱππονόμοι et ἱππηπόλοι memorantur). lacunam supplendam esse conicio glossis λειπογνώμων et ἄβολος ἵππος, quae in excerpto M non commemorantur. λειπογνώμων glossam egregie

illustravit Eust. p. 1404, 59 (Nauck frg. 2): [ἔτι ἐκ τοῦ βάλλειν ἢ τῆς βολῆς καὶ ὁ πρωτοβόλος ἵππος, οὐ χρῆσις ἐν τῷ·] τὰ τέλεια ἐπὶ πλείστων γενῶν καὶ κατηρτυκότα λειπογνώμονα καλεῖται, διὰ τὸ μηκέτι ἔχειν ὀδόντας τοὺς γνώμονας καλουμένους, οἷς ἐπιγινώσκουσιν οἱ ἔμπειροι τοὺς πρωτοβόλους. ὁ δὲ τοῦτο γράψας Ἀριστοφάνης λέγει καὶ Ἀττικήν τινα δωδεκῆδα θύεσθαι λεγομένην λειπογνώμονα, οἷον τελείαν. καὶ ὅτι ἔνιοι τὸν ῥηθέντα ὀδόντα οὐ γνώμονα καλοῦσιν, ἀλλὰ γνῶμα, οἷον 'νέα δ' ἔτ' ἐστίν· οὐχ ὁρᾷς; καὶ γνῶμ' ἔχει'. καὶ πάλιν 'γνῶμα γοῦν βέβληκεν ὡς οὖς' ἑπτέτις' (Mein. Com. IV 627).[42]) proprie λειπογνώμων de equis dicebatur (cf. Eust. p. 1627, 14), tum vero ad ceteros quadrupedes translatum est. maxime Pollucis consensu (I 182) commoveor ut de λειπογνώμων vocabulo egisse Aristophanem suspicer, ubi equorum nomina illustravit.[43]) cum λειπογνώμων vero glossa coniungendam esse arbitror ἄβολος ἵππος paullo post ab Eustathio p. 1405, 19 his verbis explicatam ... καὶ ὁ ἄβολος ἵππος ὁ μηδέπω, φασίν, ἐκβεβληκὼς πῶλος τὸν εἰρημένον γνώμονα ὀδόντα. verbis τὸν εἰρημένον remittit ad excerptum Aristophaneum paullo ante a se laudatum.

In eis quae sequuntur de mulis asinis bubus invicem se supplent Eust. et M. omisit Eust. glossas ὀρεωκόμοι, ὀρεῖς, ὀνοφορβοί, πῶλοι, M ὑποζύγιοι, πόρτιες, κεράδες[44]) et glossae βούβαλις testimonia ex Aeschylo et Sophocle laudata. de vitulorum nominibus discrepat M ab Eustathio; cum hic in illis recensendis sexum non discernat: τὰ δὲ νέα δαμάλαι καὶ δαμάλιες καὶ μόσχοι καὶ πόριες καὶ πόρτιες καὶ πόρτακες, M distinguit: τὰ δὲ νέα ἄρρενα μὲν μόσχοι καὶ πόριες καὶ πόρτακες, θήλεα δὲ δαμάλαι καὶ δαμάλιες [καὶ βουβάλιες].[45]) quae distinctio num Aristophanis sit valde dubito (cf. Fresen. p. 119 n. 5). nam quod de μόσχος et πόρις nominibus praecipitur falsum est. μόσχος promiscue usurpabant: de vitulo Plat. Apol. 20a. Crat. 393c, de Api Aegyptiorum Herod. III 28, de leone Eur. Bacch. 1184; de vitula Eur. Iph. Aul. 1113. Bacch. 736. Cycl. 389. idem a tragicis poetis de hominibus promiscue usurpatum est: de puero e. g. Eur.

---

[42]) Ab Aristophaneo loco supra descripto prorsus secernendus est alter Eustathi locus p. 1627, 14, cuius gemelli exstant apud Etym. Mg. 3, 54. Zonar. p. 3 (et Eudemum teste Bekkero): quo e consensu efficitur Eustathium p. 1627, 14 hausisse e lexico rhetorico. falso igitur Nauck p. 100 de hoc loco iudicavit: 'in quo Aristophanis grammatici agnoscimus vestigia'. — [43]) Fresenius (p. 59 n. 1) λειπογνώμων glossa supplendam esse putat lacunam ab Eust. p. 1625, 45 verbis σὺν δὲ ἄλλοις διαφόροις παραδίδωσι καὶ ὅτι indicatam. at eam ipse Eust. supplevit p. 1752, 11 (συῶν ἡλικίαι). — ceterum idem fecit Ar. Byz. cum nomine πῶλος, quod in asini ἡλικίαις profert, cum de aliis quoque dicatur; cf. exc. M τούτων δὲ πάντων τὰ νεώτατα πῶλοι, πρὸς δὲ καὶ τῶν καμήλων καὶ ἐλεφάντων. — [44]) Glossam κεράδες apte βούβαλις glossae adiunctam Fresenius cur συῶν ἡλικίαις postposuerit, non intellego. — [45]) Quod βούβαλις nomen cum vitulis coniunctum est, epitomatoris neglegentiae tribuendum.

Iph. Aul. 1623, de puella e. g. Eur. Hec. 205. 526. πόριc omnibus locis vitulam significat: κ 410 (ubi schol.: πόριες· νέαι βόες, μόςχοι). Eur. Suppl. 629. Bacch. 737. Arat. 1120. πόρτιc vitulam significat E 162. hymn. Cer. 174. Soph. Trach. 539 aliis locis, vitulum duobus locis Aesch. Suppl. 42. 313 (ubi Δῖος πόρτις appellatur filius Ius et Iovis). cf. Hesych. πόρτις· δάμαλις ἢ νέα βοῦς. — πόρταξ non legitur nisi P 4, ubi genus agnosci nequit: scholia πόρταξ idem esse quod πόριc et πόρτιc adnotant.

In disputatione de suum nominibus Eustathius p. 1752, 11 Aristophanem grammaticum laudat ἐν τῷ περὶ ἡλικιῶν, cum aliis locis hoc caput iusto titulo laudet περὶ ὀνομαcίας ἡλικιῶν. causam perspexit Fresenius (p. 67); Eustathius enim, cum Athenaeum hoc loco excerperet, verba quoque Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ ἡλικιῶν ex Athenaeo (IX 375a) descripsit, verba autem grammatici non ex Atheneao sed e suo Aristophanis λέξεων exemplari deprompsit.

Ex hac parte capitis περὶ ὀνομαcίας ἡλικιῶν unum locum cum Aristophanis grammatici nomine servavit etiam Hesych. ἵννος· ὁ πῶλος ὁ ἐξ ἵππου πατρὸς καὶ μητρὸς ἡμιόνου, ἄλλοι δὲ ὄνου Ἀριστοτέλης δέ φηcιν ἵννον ἡμίονον ἄρcενα τουτέστιν ὀρέα, τὸν ἐπὶ θηλείας ἀναβαίνοντα· (γ)ίννον δὲ ἐξ ἵππου νοcηcάcης (cf. Arist. A. H. VI 24, 1). ἄλλοι δὲ ἡμιόνιον ἢ ἱππάριον ἀναυξές. Ἀριστοφάνης δὲ τοὺc ἵννουc γίνεcθαι ἐξ ἵππου πατρός, ὄνου δὲ μητρός. quae cum M et Eust. p. 1625 concinunt. Aristotelem fortasse Aristophanes excitavit, ut qui philosophi celeberrimi libros studiose tractaret (v. sup. p. 298) eiusque Animalium Historiam in epitomen redigeret (Nauck p. 280. Valentin Rose, Anecd. Gr.-Lat. II p. 1 ss.).

Atque duo haec fragmenta nominatim Aristophani tribuuntur ab Athenaeo et Hesychio. sed in Hesychii lexico nec minus apud ceteros lexicographos et apud scholiastas alia non pauca inveniuntur, quae Aristophaneam doctrinam studiose a posteris esse adhibitam demonstrant. agmen ducit Aristarchus Aristophanis discipulus praeclarissimus, cuius observationes Homericae per scholia vetera dispersae non semel discipulum vestigia legisse magistri produnt. quantam vero Aristophanes vel in λέξειν carminum Homericorum habuerit rationem, primo oculorum obtutu nemo non videt. de ἰονθάc vocabulo (ξ 50) observavit Aristophanes ὅτι ἐφ' ἡλικίας τινὸς καὶ μεγέθους αὐτό φηcιν ὁ ποιητής (Eust. p. 1625): idem igitur esse quod τέλειος existimavisse videtur. probavit Aristarchus teste Apoll. lex. 91, 30 ἰονθάδος· ὁ Ἀπίων τῆς δαcείας ... διὰ δὲ τοῦ Ἀριστάρχου ὑπομνήματος 'ἰονθάδος' ἔνιοι ἀποδιδόαcι τελείου κτλ. alii ἰονθάς idem esse quod νέος affirmabant, ἴονθον esse πρώτην τριχῶν ἔκφυcιν. cf. Phryn. Bekk. 44, 23. — quae de μῆλα et πρόβατα nominum usu Aristophanes observavit, omnes descripserunt, primus Aristarchus teste Aristonico schol. K 485: ὅτι μῆλα οἱ νεώτεροι

(Aristoph. Byz. Sophoclem et incertum quendam poetam laudat) πάντα τὰ τετράποδα. Ὅμηρος δὲ αἶγας καὶ ὄϊς ‘μῆλ’ ὄϊές τε καὶ αἶγες’ (ι 184). v. Lehrs Arist.[2] p. 100. cf. Apoll. lex. 11, 7 (Hesych.) μῆλα· κοινῶς μὲν πάντα τὰ τετράποδα, ὅθεν καὶ πᾶσα βύρσα ὅ ἐστι πᾶν δέρμα μηλωτὴ λέγεται, κατ’ ἐπικράτειαν δὲ τὰ πρόβατα καὶ αἶγες: Et. Mg. 584, 13 Phot. Suid. lex. Bachm. — πρόβασιν apud Hom. β 75 Aristophanes interpretatur τὴν τῶν τετραπόδων βοσκημάτων κτῆσιν (Eust. p. 877. 1648). item Hesych. Tim. lex. Plat. p. 224 πρόβασις· ἡ τῶν βοσκημάτων κτῆσις. item Aristophanem sequitur Aristarchus ap. Aristonicum schol. Ξ 124 ὅτι πρόβατα πάντα τὰ τετράποδα κτλ. (Lehrs Arist.[2] p. 101): eadem Apoll. lex. 136, 11. nec aliter Hesych. Phot. Suid. πρόβατα· τὰ τετράποδα. Erot. p. 108, 3 πρόβατα· οὕτω καλεῖται κοινῶς πάντα τὰ τετράποδα νῦν. Antiatt. 112, 1 πρόβατα· πάντα τὰ τετράποδα. Ἡρόδοτος τετάρτῳ (IV 61).[46]) neglegenter sane ab his omnibus πάντα τὰ τετράποδα dictum, cum Aristophanes accuratius τετράποδα βοσκήματα diceret.[47]) — multae glossae praecipue in Hesychi lexico insunt, quarum primarium auctorem haud difficile agnoscas Aristophanem Byzantium: cf. Hesych. πρητῆνας, ἐπιπρητήν, ἄρνες, ἀμνόν, φάγιλος, γνῶμα, λειπογνώμων, λιπογνώμων, ἄβολος, ὀρεοκόμος, ὀρεῖς, ἀστράβη (Aristophanea interpretatio in fine memoratur, sicut in ἴννος glossa supra p. 305 descripta), ἀτιμαγέλας, γρομφάς. Photiani lexici glossae ad Aristophanem referendae sunt hae: λιπογνώμων, ὀρεωκόμος (= Suid.), ὀρεῖς; in eodem olim exstabat (nunc maiore lacuna deperdita) glossa ἀστράβη: cf. lex. Bekk. 454, 18. Et. Mg. 159, 50. Suid. ἀστράβη.[48])

Iam ut ad eum librum transeamus quo res secundum argumenta dispositae tractantur, Pollux de hoc argumento tribus locis disputavit. ac primum quidem duos similes locos inspiciamus.

Pollux I 249 μέρη δ’ ἂν εἴη τῶν κατ’ ἀγροὺς βουκόλια, αἰπόλια, ποίμνια. καὶ ὅπου μὲν αἱ βόες ἵστανται βούσταθμα, βοαύλια, βουστάσεις· ὅπου δὲ αἱ ὄϊς καὶ

Pollux VII 184 νομὴ νομεῖς νέμειν . . . προβατεῖς . . . πρόβατα, προβατοκάπηλος. καὶ αἱ προβάτων ἡλικίαι· τὸν μὲν ἀπὸ γονῆς εἴποις ἂν μοσχίον, τὸν δ’ ἐσθίοντα ἄρνα, εἶτα ἀρνειὸν ὃς

[46]) Eundem Herodoti locum laudat Eust. p. 1648. sed Nauck ea verba iure uncis inclusit; Eust. enim Herodotum scholiorum fide excitavit, cf. schol. (B) Δ 476 μῆλα ὁ ποιητὴς τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας, Ἡρόδοτος δὲ (πρόβατα) τὰ τετράποδα πάντα. πρόβατα addendum esse vidit etiam Dindorf (Schol. Il. tom. IV p. 411). — [47]) Itaque recte quidem Nauck p. 200: ‘tandem epitomatores tradunt πρόβατα esse πάντα τὰ τετράποδα, qui significatus Homero certe ignotus’. non item τετράποδα βοσκήματα. cf. Ξ 124. — [48]) Ab Aristophane ἀστράβαι dicuntur οἱ καταμόνας σωματηγοῦντες ἡμίονοι. alii nescio qui ἀστράβην ‘clitellas’ esse voluerunt. Aristophanem sequuntur Pollux VII 186 Harp. Moeris 190, 22, utramque explicationem praebent Hesych. lex. Bekk. Suid. Et. Mg. Hellad. (Phot. Bibl. p. 533a).

αἱ αἶγες αὐλὴ καὶ σηκός. καὶ ὁ μὲν βουκόλος καὶ βουτρόφος ἂν λέγοιτο καὶ βουφορβός, ὥσπερ ὁ ὑποζευγνὺς αὐτὰς βοηλάτης, ὁ δὲ τῶν προβάτων ἡγεμὼν ποιμήν, ὥσπερ ὁ τῶν αἰγῶν αἰπόλος. οἱ δὲ πάντων τῶν τετραπόδων νομεῖς (v. sup. p. 303). τῶν δὲ προβάτων καὶ αἰγῶν τὰς ἡλικίας ὁ ποιητὴς διακρίνων προγόνους καὶ μετάσσας καὶ ἔρσας ὠνόμασεν. καλεῖται δὲ τῶν μὲν βοῶν τὰ νέα μόσχοι, τῶν δὲ προβάτων ἄρνες, τῶν δὲ αἰγῶν ἔριφοι, ὥσπερ τῶν μὲν αἰγῶν ὁ ἡγεμὼν τράγος, τῶν δὲ οἰῶν κριὸς καὶ κτίλος, τῶν δὲ βοῶν ταῦρος. [τὰ δὲ ῥήματα νέμειν . . .] συβώτης δὲ ἐρεῖς καὶ συβόσια καὶ συφεοὶ καὶ συφοὶ καὶ χοιροκομεῖα, ἐργμὸς ὑῶν· χοῖροι, ὗες τέλειοι, ὗες ἀγάλακτοι καὶ γαλαθηνοί, καὶ δέλφακες καὶ τὰ ὀψίγονα μετάχοιρα. καὶ ἀρὴν παρὰ τοῖς ποιηταῖς καλεῖται, εἶτα λιπογνώμονα. ποιμένες, αἰπόλοι, ποίμνια, αἰπόλια, ποιμαίνειν, αἰπολεῖν, ποιμνῖται κύνες, αἰπολικοὶ κύνες. ἱπποφορβοί, ἱπποφορβία, καὶ ὡς Σοφοκλῆς ἱπποβουκόλοι [Εὐριπίδης coni. Valckenaer coll. Phoen. 28], ἱπποφορβεῖς. βοηλάται, βουφορβοί, βουκάπηλοι, ζευγηλάται, Σοφοκλῆς δ' ἔφη· 'ποππύζεται ζευγηλατρίς' (frg. 883). ἀστραβηλάται, καὶ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν ὀνοκίνδιοι καὶ κιλλακτῆρες. ὄνος, ἡμίονος, ἀστράβη, νωτεῖς ἡμίονοι καὶ ζύγιοι .... τὸ δὲ τοῦ ἀστραβηλάτου ῥῆμα ἀστραβεύειν Πλάτων εἴρηκεν ἐν Ἑορταῖς (Mein. Com. II 628) . . . Ἀριστοφάνης δὲ καὶ βοηλατεῖν καὶ ὀνηλατεῖν εἶπεν (frg. 598). ὑοπῶλαι [ὑοπόλοι conicio], ὑοφορβοί, συβῶται, συφορβοί, συβώτριαι, χοιροπῶλαι [χοιροπόλοι conicio] Ἀριστοφάνης ἐν Ὥραις (frg. 485). καὶ ὗες σύες, χοῖροι χοιρίδια, δελφάκια, καὶ τὰ ὀψίγονα καὶ σμικρὰ μετάχοιρα, συφεός, ὑφεός, συφός, χοιροκομεῖον, χοιροτροφεῖον δὲ ὅ τε συφὸς καὶ πλέγμα τι, ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται.

Quos locos si inter se et cum Aristophane Byzantio comparaveris, statim eos e diversis fluxisse fontibus intelleges et alterum locum (VII 184) ab Aristophane omnino esse removendum. nam nihil fere is continet quod ad Aristophanem aliquo modo possit referri: est mera verborum synonymorum collectio sine ulla utilitate confecta. id vero quod unum hoc loco utile narratur, προβάτων ἡλικίας dico, ab Aristophanis Byzantii doctrina prorsus discrepat. Aristophanes duas distinguit προβάτων ἡλικίας, τὰ τέλεια (quibus ὄϊς κριός ἀρνειός nomina tribuit) et τὰ νέα (quibus ἄρνες ἀμνοί φάγιλοι nomina ascribit). Pollux (VII 184) quattuor vel potius quinque ἡλικίας recenset: μοσχίον — ἄρνα — ἀμνόν — ἀρνειόν — λιπογνώμονα. accedit quod λειπογνώμων ab Aristophane alio loco tractatum est. sequitur autem Pollux Istrum Callimacheum, quem ἐν Ἀττικαῖς λέξεσιν illum προβάτων ἡλικιῶν ordinem tradi-

disse testantur Suid. s. v. ἀμνόν Eust. p. 1627, 12: Ἵστρος ἐν ταῖς Ἀττικαῖς (λέξεσιν)· ἄρνα, εἶτα ἀμνόν, εἶτα ἀρνειόν, εἶτα λειπογνώμονα. μοσχίον δὲ τὸν πρῶτον.[49])

Verum priore loco (I 249) Pollux totus fere ab Aristophane Byzantio pendet, si pauca synonyma exemeris. nulla fere observatio, nullum fere verbum, quod non invenias apud Aristophanem. quod autem gravissimum est, etiam errorem Pollux descripsit quem grammaticus Alexandrinus commisit. ubi de capris disputat, Homericos versus ι 221. 222 sic interpretatur: ὁ δὲ ποιητὴς ἐν Ὀδυσσείᾳ τὰ τέλεια μὲν προγόνους καλεῖ, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα μετάσσας, τὰ δὲ ἔτι νεώτερα ἔρσας. at poeta non caprarum aetates distinxit sed haedorum (ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων). recte interpretatur Apoll. lex. 135, 10 πρόγονοι· πρωτόγονοι ἄρνες. αἱ δὲ μετὰ ταῦτα γεννώμεναι μέτασσαι λέγονται. ἔρσαι δὲ αἱ ἁπαλαὶ [καὶ αἱ ἐν τῷ ἔαρι γεγενημέναι]. cf. Et. Mg. 377, 37 ἔρσαι· ... ἢ αἱ ἁπαλαὶ καὶ τελείως νέαι, μεταφορικῶς, ὡς Ἀριστόνικος ἐν σημείοις. itaque iure Nauck (p. 105) iudicavit: 'si vere Aristophanes scripsit quod scripsisse ab Eustathio traditur, fugacitatis culpa non eximendus est'. errorem non ab Eustathio sed ab Aristophane prodiisse M docet. Pollux (vel potius eius auctor) vero sine ulla dubitatione errorem descripsit: τῶν δὲ προβάτων[50]) καὶ αἰγῶν τὰς ἡλικίας ὁ ποιητὴς διακρίνων κτλ.

Tertius huc pertinet locus Pollucis I 181: Ἱππικὰ ὀνόματα, ἀγέλη ἵππων, ἱπποτρόφος, ἀγελητρόφος, ἱππονόμος, ἱππαγωγός ... ἱπποφορβός. εἶτα ἵπποι φορβάδες, ἵπποι ἀγελαῖοι ... πῶλοι ἄβολοι οἱ πώλων καὶ τελείων μέσοι· οὕτω γὰρ Πλάτων τοὺς δευτεροβόλους ὀνομαζομένους ἐκάλεσεν τελείους. οἱ δὲ γεγηρακότες ἀγνώμονες καὶ λιπογνώμονες· γνώμων γὰρ λέγεται ὁ ἀποπίπτων ὀδούς, τῆς ἡλικίας ὢν γνωριστικός. Aristophaneam esse doctrinam facile intellegitur. ἀγέλην etiam de equis usurpari nemo observavit praeter Aristophanem (M) et Pollucem (cf. T 281. Anaxandr. Com. III 182 v. 24). item nemo ἱπποννόμος nomen tradidit.[51]) maxime autem ab Aristophane Pollucem pendere demonstrant glossae πῶλοι ἄβολοι, λιπογνώμονες, γνώμων.[52]) itaque hoc praecipue Pollucis consensu commotus in equorum ἡλικίαις eas glossas locum habuisse conieci

---

[49]) Corrupta Eustathi verba ἐλέγετο δὲ καὶ μοσχίας ὁ τριέτης κριός e Suida et Hesychio corrigenda sunt in μοσχίον (δὲ τὸν πρῶτον)· ἐλέγετο δὲ καὶ (ἀρνειὸς) ὁ τριέτης κριός. cf. Hesych. ἀρνειός· ὁ τριέτης κριός. — falso Lobeck Prol. p. 31 Eustathium p. 1627 ex Aristophane hausisse contendit: quem errorem non refutavit Nauck p. 107 n. 42. — Pollux verbis ὃς καὶ ἀρὴν παρὰ τοῖς ποιηταῖς καλεῖται (quae Eust. Suid. omittunt) quid sibi velit non perspicio. — [50]) Ad oves et capras refert versus Homericos, rectius ille quam excerpta Aristophanea. — [51]) Ἱπποννόμος in libris exstat Soph. Ai. 232 ('καὶ βοτῆρας ἱπποννόμους'), sed in cod. Laur. 'ό in litura alius litterae et ους ex ας facto' (Dindorf). e Porsoni coni. legitur ἱπποννώμας. — [52]) Cetera testimonia partim corrupta sunt: Phryn. Bekk. 49, 33. Hesych. ἄβολος. schol. Plat. Legg. VIII 834c. lex. Bekk. 322, 2.

(v. sup. p. 304). Pollucis igitur auxilio equorum ἡλικίαι apud Aristophanem Byzantium fortasse sic restituendae sunt: ἵππων οἱ τέλειοι λειπογνώμονες . . . οἱ δὲ νέοι πῶλοι, μέσοι δὲ ἄβολοι ἵπποι.

Extremam huius capitis partem, disputationem de feris animalibus et de avibus supplere licet ex Aeliani Natura Animantium VII 47. M in hac parte tantam epitomatoris neglegentiam prae se fert, ut nihil fere utilitatis praeberet, nisi Eustathius et Aelianus subvenirent: permulta ille omisit, cetera vel contraxit vel conglutinavit, passim meras glossas servavit interpretationibus omissis. nec Eustathius in his eandem curam diligentiamque praestitit quam in superiore parte. Aeliano vero ne iusto plus fidei habeamus maxime cavendum est: ne is quidem celeberrimi grammatici observationes satis magna fidelitate expressit. sed videtur ipse non iam integrum ad manus habuisse exemplar, perpauca praebet quae in excerptis Byzantinis exstitisse non videantur.

Initio disputationis Aristophanes Byzantius pullorum omnium ferarum nomina congessit: omnia omisit M, pauca descripsit Eust. (p. 1625), multo plura Aelianus.[53]) nominibus pulli leonis quae excerptis Byzantinis et ab Aeliano traduntur addendum videtur δρόcoc vocabulum ab Aeschylo Agam. 141 usurpatum. huc enim refero quod Herodianus schol. A 567 (v. sup. not. 6) memoriae prodidit (Nauck frg. 59): ἐν δὲ ταῖc Ἀριcτοφάνουc γλώccαιc διὰ τοῦ ε̄ ἐγέγραπτο ἀέπτουc. Aristophanes grammaticus δρόcoc vocabuli illustrandi causa Aeschyli versum δρόcoιcιν ἀέπτοιc μαλερῶν τε λεόντων laudaverit. Aristonicus quoque hunc λέξεων Aristophanearum locum videtur respexisse: cf. Et. Mg. 377, 37 ἔρcαι· .... ὡc Ἀριcτόνικοc ἐν cημείοιc. ἔρcη γάρ ἐcτιν ἡ δρόcoc. καὶ Αἰcχύλοc ἐν Ἀγαμέμνονι τοὺc cκύμνουc τῶν λεόντων δρόcουc κέκληκε, μεταφράζων τοῦτο. — secutae sunt ἐλάφων ἡλικίαι in M et apud Eustathium traditae. quod Aelianus eas omisit, causam reperisse mihi videor. huc enim pertinere videntur quae de Anacreontis quodam versu ex Aristophane Byzantio profert Aelianus N. A. VII 39: Ὅcoι λέγουcι θῆλυν ἔλαφον κέρατα οὐ φύειν, οὐκ αἰδοῦνται τοὺc τοῦ ἐναντίου μάρτυραc, Coφοκλέα μὲν εἰπόντα ‘νομάc τέ τιc κεροῦcc’ ἀπ’ ὀρθίων πάγων | καθεῖρπεν ἔλαφοc’, καὶ πάλιν ‘ἄραcα μύξαc _ ∪ καὶ κερακφόρουc | cτόρθυγγαc εἶρφ’ ἔκηλοc’. καὶ ταῦτα μὲν ὁ

[53]) Aeliani verba παρδάλεων δὲ cκύμνοι τε καὶ ἄρκηλοι ex Eustathio emendanda esse sic: παρδάλεων δὲ cκύμνοι (καὶ παρδαλιδεῖc, ἄρκτων δὲ cκύμνοι) τε καὶ ἄρκηλοι monuit Nauck p. 115. Fresenius (p. 120 n. 3) sequentia verba εἰcὶ δὲ οἵ φαcι γένοc ἕτερον τῶν παρδάλεων τοὺc ἀρκήλουc εἶναι delenda esse censet non dubitans ‘quin addita sint aut a librario qui Aeliani verba aut, quod equidem malim, ab Aeliano qui Aristophanis verba mutilata legerit’. verba illa sana sunt, si pro τῶν παρδάλεων scripseris τῶν ἄρκτων. cf. Hesych. ἄρκηλα· ὠόν [ζῷον Nauck]. Κρῆτεc τὴν ὕcτριχα. iam apparet errorem esse ipsius Aeliani, non librariorum.

τοῦ Coφίλλου ἐν τοῖc Ἀλεάδαιc (frg. 110). ὁ δὲ Εὐριπίδηc ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ (v. Dindorf ad Iph. Aul. 1532)

ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν ἐνθήcω φίλαις
κεροῦccαν, ἣν cφάζοντεc αὐχήcουcι cὴν
cφάζειν θυγατέρα'.

ἐν δὲ τοῖc Τημενίδαιc τὸν Ἡράκλειον ἆθλον κέρατα ἔχειν ὁ αὐτὸc Εὐριπίδηc φηcὶ τὸν τρόπον τόνδε ἄδων

ἦλθεν δ'
ἐπὶ χρυcόκερων ἔλαφον, μεγάλων
ἄθλων ἕνα δεινὸν ὑποcτάc
κατ' ἔναυλ' ὀρέων ἀβάτουc ἐπί τε
λειμῶνac ποίμνιά τ' ἄλcη' (frg. 740).

ὁ δὲ Θηβαῖοc μουcοποιὸc ἔν τινι τῶν ἐπινικίων ὑμνεῖ λέγων

Εὐρυcθέοc ἔντυ' ἀνάγκα πατρόθεν
χρυcόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξονθ'' (Olymp. III 28).

καὶ Ἀνακρέων ἐπὶ θηλείαc φηcίν

οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα
γαλαθηνόν, ὅc τ' ἐν ὕλῃ κεροέccηc
ὑπολειφθεὶc ὑπὸ μητρὸc ἐπτοήθη' (frg. 52).

πρὸc δὲ τοὺc μοιχῶντac τὸ λεχθὲν καὶ μέντοι καὶ φάcκοντac δεῖν ἐροέccηc γράφειν ἀντιλέγει κατὰ κράτοc Ἀριcτοφάνηc ὁ Βυζάντιοc καὶ ἔμεγε αἱρεῖ τῇ ἀντιλογίᾳ. impugnat Aristophanes Zenodotum, qui ἐροέccηc scripsit pro κεροέccηc teste schol. Pind. Ol. III 52, ubi idem Anacreontis frg. legitur.[54]) totusne locus quem descripsi an Anacreontis tantum versus ex Aristophane deprompti sint ab Aeliano dubitari potest: prius vero probabilius videtur coll. Polluce V 76, ubi Anacreon et Sophocles eodem modo coniunguntur (etsi uterque vituperatur quod cervas κεροέccαc dixerit): Τῶν δὲ ἐλάφων ἄκερωc μὲν ἡ θήλεια, ὁ δ' ἄρρην κερωφόροc ἢ κεραcφόροc ἢ κεράcτηc . . . καὶ Ἀνακρέων μὲν cφάλλεται κερόεccαν ἔλαφὸν προceιπών, καὶ Coφοκλῆc κεροῦccαν τὴν Τηλέφου τροφόν, Ὅμηροc δὲ ὀρθῶc λέγει 'ἀμφ' ἔλαφον κεραόν' (Λ 475). in capite autem περὶ ὀνομαcίαc ἡλικιῶν illa exstitisse iure coniecit Nauck (p. 61), quoniam de editione Anacreontis ab Aristophane curata vel diorthosi nihil accepimus. locum vero quem significavi magis illi observationi convenire arbitror quam cui Nauck eam vindicavit.[55])

Cervos sequuntur lepores, vulpes, apri. vulpium nomina omisit Eust., aprorum appellationes uberius tractat quam M et Aelianus. desinunt M et Aelianus in voce μονιοί et omittunt observationem de significatione vocabuli χλούνης bis ab Eustathio traditam (p. 772, 58. 1872, 13).[56])

---

[54]) Idem servavit Athen. IX 396d, unde Eust. p. 711, 34 haec habet: φέρεται δὲ καὶ Ἀνακρέοντοc χρῆcιc αὕτη· 'οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν'. Athenaeo opponit Aristophanem Byzantium verbis ἕτεροc δέ τιc γράφει οὕτω κτλ. — [55]) Coniungi voluit cum κεράδεc glossa a solo Eustathio tradita: sed ea et ipsa falsam sedem obtinere et huc trahenda videtur. cf. schol. Ap. Rh. IV 175. — [56]) Eustathi verba (p. 1817, 18)

Finis capitis valde mutilatus et corruptus ad nos pervenit. M caprearum nominibus δορκάδες ζόρκες πρόκες adiungit haec: τὰ δὲ νέα τούτων ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα, quae ad ὑστρίχους referenda esse testantur Ael. et Eust. p. 1625. tum in M sequuntur haec: τὰ ἔμβρυα δὲ τὰ ἀρτιγέννητα καὶ ψάκαλα. ap. Eust. p. 1625 haec: ἔμβρυα δέ τινα καὶ ἀρτιγενῆ δὲ ψάκαλα λέγει καλεῖσθαι [καὶ ὀρταλίχους[57])], p. 777, 62 ... καὶ ὅτι ψάκαλα τὰ ἔμβρυα καὶ τὰ ἄρτι δὲ γεγονότα. quibus comparatis in M καί inserto sic legendum videtur: τὰ ἔμβρυα δὲ καὶ τὰ ἀρτιγέννητα καὶ ψάκαλα (scil. καλοῦσιν). at valde discrepat Aelianus, qui haec scribit: τὰ δὲ ἔτι ἐν τῇ γαστρὶ ἔμβρυα καλοῦσι. τὰ δὲ τῶν ὀρνίθων καὶ τὰ τῶν ὄφεων καὶ τὰ τῶν κροκοδείλων ἔνιοι ἔμβρυα καὶ ψακάλους [ψάκαλα l.] καλοῦσι, ὧν εἰσι καὶ Θετταλοί. recte de hoc loco disputavit Fresenius (p. 26 n. 2), qui Aeliani locum probabiliter hunc fere in modum restituere conatus est: τὰ δὲ ἔτι ἐν τῇ γαστρὶ ἔμβρυα καλοῦσι. τὰ δὲ τῶν ὀρνίθων καὶ τὰ τῶν ὄφεων καὶ τὰ τῶν κροκοδείλων (ἔκγονα τὰ ἐν τοῖς ὠοῖς ἔτι ὄντα ὡσαύτως).[58]) ἔνιοι (δὲ) ἔμβρυά (τινα καὶ ἀρτιγενῆ)[59]) καὶ ψάκαλα λέγουσιν, ὧν εἰσι καὶ Θετταλοί.

Apud lexicographos huius partis capitis Aristophanei reliquiae perpaucae inveniuntur. ad Aristophanem referendae videntur Hesychi glossae plerumque vel mutilatae vel corruptae ἀχαιῖναι, σπαθίνης, δασύπους, ταχίνης, σκαφώρη, κίδαφος, κιδαφίων, μολόβρια, μονιός, ψακαλοῦχοι, ψά[ι]καλα, ὀρτάλιχοι: quae quidem nihil fere ad Aristophanem supplendum vel emendandum conferunt. maxime vero et in hac parte ab Aristophane pendet Pollux V 15[60]): καλεῖται δὲ τὰ μὲν τῶν λεόντων ἔκγονα σκύμνοι, τὰ δὲ τῶν ἄρκτων ἀρκτύλοι, τὰ δὲ τῶν ἐλάφων νεβροί, τὰ δὲ τῶν ἀλωπέκων ἀλωπεκιδεῖς, τὰ δὲ τῶν λύκων λυκιδεῖς καὶ τὰ τῶν λαγωῶν λαγιδεῖς καὶ λαγίδια, παρὰ Ξενοφῶντι (Cyneg. III 15) δὲ καὶ λάγια. ἐφ' ὧν δ' οὐκ ἔστιν ἴδιον ὄνομα, τὰ τούτων τέκνα καλεῖται σκυλάκια ἢ σκυμνία. τὰ δὲ πάντων τῶν ἀγρίων τέκνα ὀβρίκαλα οἱ ποιηταὶ καλοῦσι καὶ ὄβρια.[61]) quae si cum Aelianeo excerpto comparaveris, quin ab Aristophane Byzantio originem duxerint non dubitabis.

3. Περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων.

Capite περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων Aristophanes Byzantius praecipue cognationis et affinitatis vocabula tractavit. de ambitu et fine capitis nunc codice M invento nihil constat. namque in M duo tan-

---

ὄν, φησι, Νεοπτόλεμος κτλ. num ex Aristophane sint dubito: praestat cum Nauckio (p. 119 n. 70) φασίν scribere, ut Eust. illa ex scholiis deprompserit: cf. schol. ρ 219. — [57]) Καὶ ὀρταλίχους Eust. inepte de suo adiecit. — [58]) Adiecit Fresenius sine ulla causa ἔτι δὲ καὶ νεοττούς: nusquam νεοττός idem est quod ἔμβρυον. — [59]) Rectius cum M et Eust. p. 777 scribendum: ἔνιοι δὲ τὰ ἔμβρυα καὶ τὰ ἀρτιγέννητα καὶ ψάκαλα λέγουσιν. — [60]) V 76 Pollucem adversari Aristophani supra dixi p. 310. — [61]) Dedi scripturam codicis Pal. C: Bekker e ceteris codd. falso ὀβρίκια ... καὶ ὀβρίας scripsit.

tum capita λέξεων Aristophaneārum inscripta sunt, unum Περὶ τῶν ὑποπτευομένων μὴ εἰρῆσθαι τοῖς παλαιοῖς, alterum Ὀνόματα ἡλικιῶν. omnes quae sequuntur in M λέξεις Aristophanis cum capite περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν conglutinantur. ac finis quidem huius capitis et initium capitis περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων facile perspiciuntur, incipiunt συγγενικά a voce τήθη (Miller p. 431); num vero omnia quae sequuntur in capite περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων olim exstiterint, valde dubitandum, quoniam λέξεις in eis inveniuntur a cognationis et affinitatis argumento prorsus alienae. itaque Nauck (Mélanges Gréco-Romains III p. 173) servorum nomina quae in fine leguntur singulare caput περὶ δουλικῶν ὀνομάτων effecisse coniecit. quae coniectura Fresenio non suffecit, qui συγγενικῶν ambitum magis etiam contrahendum et omnium glossarum quae inde ab ἀστός voce (Miller p. 432 inf.) leguntur peculiare caput περὶ πολιτικῶν ὀνομάτων statuendum esse censuit (p. 13). gemellus codicis M liber Laurentianus (v. sup. p. 287) nihil confert ad rem diiudicandam, eundem exhibet ordinem glossarum quem cod. M. nec minus hac in re Eustathius nos destituit. male enim factum, quod ubicumque πολιτικὰ ὀνόματα (ut Freseni notione utar) attingit capitis titulum indicare omittit. συγγενικὰ ὀνόματα cum Aristophanis nomine uno tantum loco laudat p. 648, 53 ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ συγγενικοῖς, bis vero Aristophanis nomine omisso p. 316, 10 ὁ ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων ὧδέ πως διαστείλας et p. 971, 23 ὥς φησί τις ἀποσημειωσάμενος ὀνόματα συγγενικά. aliis locis συγγενικά descripsit capite non significato, uno quidem loco Aristophanis nomine addito (p. 589, 19 ὡς ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης φησί), ceteris locis omisso (p. 650, 20. 652, 41. 674, 27. 779, 53. 1119, 11). ac similiter excerpta ex eis quae συγγενικοῖς in ML adhaerent nomine tantum Aristophanis addito tradit p. 566, 10. 659, 46. 1246, 10.[62]) 1327, 22, semel et hoc omisso p. 1336, 9. eundem fuisse in Eustathi exemplari ordinem glossarum atque in ML eo probatur, quod p. 777, 54, ubi quattuor glossae Aristophaneae (ἄττα, νέννος, σάννας, ψάκαλα) sic enumerantur, ut quattuor capita λέξεων[63]) indicentur, nulla comparet, quae ad quintum quoddam caput referatur.

Fragmentum Parisinum tres exhibet λέξεις συγγενικάς (§ 12 ἀνεψιαδοῦς ἐξανέψιοι, § 13 παράνυμφος, § 14 χῆρος), duas λέξεις πολιτικάς (§ 15 ξένοι, § 16 μέτοικος). archetypus codicum ML hoc capite corruptissimus fuit: misella servavit frusta doctrinae Aristophanis, quae nisi ex Eustathi commentariis aliisque fontibus supplerentur atque corrigerentur, parum essent utilia. multa codicum ML vitia facile tolluntur Eustathio comparato, ut gl. τήθη, πάτρως μήτρως, ἀνεψιοί (Nauck Mélanges III p. 174), πενθεροί (v. Fresenius

[62]) P. 1246, 10 Eust. primum vocabula λάτρις et θῆτες illustrat quae ad πολιτικά pertinent, tum adiungit θῆσσα nomen συγγενικόν. — [63]) Περὶ προσφωνήσεων, π. συγγενικῶν ὀνομάτων, π. τῶν ὑποπτευομένων, π. ὀνομασίας ἡλικιῶν.

p. 30), θῆcca. miror nec Nauckium nec Fresenium offendisse in ML verba κηδεcταὶ καὶ πηοί· οἱ cυμπένθεροι sine dubio corrupta. nam cυμπένθεροι sunt, qui uno eodemque socero utuntur. vocem κηδεcτής aliter interpretantur. Eust. p. 779, 53 (quem locum iure Aristophani tribuit Fresenius) εἰcὶ δέ, φαcι, κηδεcταὶ οἱ cυνοικειούμενοι ἀλλήλοιc κατ' ἐπιγαμίαν, οἵ τε διδόντεc καὶ οἱ λαμβάνοντεc. οἱ δ' αὐτοί, φαcι, καὶ πηοί. κηδεcταί igitur generaliter dicuntur affines (cf. Nauck p. 136). duae observationes in ML in unam coaluerunt: nominum κηδεcταὶ καὶ πηοί interpretatio excidit, verba οἱ cυμπένθεροι explicant omissum vocabulum cυγκηδεcταί: sic enim appellantur qui sorores in matrimonium duxerunt i. e. qui eundem habent socerum. cf. Pollux III 32 οἱ δὲ ἀδελφὰc γήμαντεc ὁμόγαμβροι ἢ cύγγαμβροι[64]) ἢ καὶ μᾶλλον cυγκηδεcταί. — In famulorum (θεραπόντων) nominibus in ML memoratur ἐπαίτηc. at ἐπαίτηc mendicum significat. hoc vitio nullum frequentius. scribendum est ἑπέταc pro ἐπαίταc: cf. Eust. p. 1400, 56 (qui locus nescio an Aristophani tribuendus sit) φαcὶ δὲ οἱ παλαιοὶ καὶ ὅτι ὥcπερ ἀμφίπολοι οὕτω καὶ ἑπέται οἱ θεράποντεc παρὰ τὸ ἕπεcθαι.[65]) — Vocem οἰκότριβεc ML eisdem verbis interpretantur quibus Eust. p. 1327, 22, tum pergunt: οἱ δὲ τραγικοὶ προcπόλουc λέγουcι. καὶ ἀμφότερα δὲ ἐπί τε ἀρρένων καὶ θηλειῶν. at quis credat tragicos poetas πρόcπολοι dixisse pro οἰκότριβεc? conferas mecum Eust. p. 394, 31 οἱ δὲ παλαιοί φαcι καὶ ὅτι πρόπολοc μὲν καὶ ἐπὶ ἀρρένων, ἀμφίπολοc δὲ ἀεὶ ἐπὶ γυναικῶν· Eust. p. 642, 33 ἡ ἀμφίπολοc καὶ πρόcπολοc λέγεται κατὰ τὸ 'προcπόλων τινὸc ὑποcτενούcηc' παρὰ Cοφοκλεῖ (El. 78), τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἀρcενικῶc, ὡc δηλοῖ παρὰ τῷ αὐτῷ τὸ 'ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν προcπόλων' (El. 23) καὶ ὅτι καὶ πρόπολοc ὁ τοιοῦτοc λέγεται κατὰ τὸν κωμικόν. quae num ex Aristophane Byzantio hauserit Eustathius pro certo non affirmaverim; sed Aristophaneam esse doctrinam arbitror, qua demonstretur idem significare voces ἀμφίπολοc πρόπολοc πρόcπολοc, quae tamen ita inter se differant, ut ἀμφίπολοι nisi mulieres non dicantur (cf. ML ἀμφίπολοι· αἱ θήλειαι ἀκόλουθοι), πρόπολοι et πρόcπολοι tam viri quam mulieres. iam apparet quo vitio ML laborent: ante verba οἱ δὲ τραγικοί interpretatio vocabuli πρόπολοc excidit, adnotavit Aristophanes vulgo πρόπολοc usurpari, πρόcπολοc a tragicis poetis. et recte quidem: πρόcπολοc nemo dixit praeter tragicos, qui πρόπολοc aspernantur.[66]) — similis corruptela glossas ἀπελεύθεροc ἐξελεύθεροc inquinavit: ἀπελεύθεροc τῷ δεcπότῃ καὶ ἐξελεύθεροc ὁ αὐτόc. οὐc ἐν Κρήτῃ μινώταc κτλ. at Minoitae Penestae Helotes minime possunt libertini nuncupari. exciderunt quaedam ante οὐc ἐν Κρήτῃ similia eis quae

[64]) Cύγγαμβροι sunt iidem qui cυμπένθεροι: paullo enim ante (III 31) Pollux adnotat γαμβρόν etiam pro socero accipi. — [65]) Eadem Hesych. Suid. s. v. Et. Mg. 354, 56. cf. Pind. Pyth. V 5. — [66]) Πρόπολοc ter legitur apud Euripidem: Hippol. 200 Hel. 576 (Suppl. 72 ex Heathi coniectura).

Pollux III 83 habet μεταξὺ δὲ ἐλευθέρων καὶ δούλων οἱ Λακεδαιμονίων εἵλωτες κτλ. — Μινῶται πενέσται εἵλωτές et alia huius modi nomina[67]) olim finem capitis fecerant: in ML vero aliquot glossae sequuntur, quas primo diversis locis omissas postea in fine congestas esse apparet. ἴνιες, κέλωρες, νέπτυες, νέποδες vocabula inter glossas τηλύγετος et ἄμναμος inserenda sunt coll. Polluce III 19. ὁμόσφυροι, ὁμόπτεροι, ὁμότριχες sunt poeticae amicorum appellationes ante γνώριμος vocem ponendae coll. Poll. III 61. VI 156. ἀμόρβαι, ἄοζοι famulorum (θεραπόντων) nominibus adicienda sunt. τηθαλλαδοῦς glossa post τηλύγετος ponenda videtur coll. Poll. III 20. ac de excerptis ML haec hactenus.

Eustathius ex hoc capite pauca memoriae prodidit, quae in excerptis ML non legantur vel significentur, sed eius excerpta multo sunt accuratiora et uberiora. cavendum est autem, ne omnes loci Eustathiani quibus συγγενικά (vel πολιτικά) tractantur huic capiti Aristophaneo assignentur, quoniam Eustathius non pauca ex aliis fontibus derivavit: ut p. 565, 18 (ἐν δὲ ἐκθέσει συγγενικῶν λέξεων φερομένων ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ), ubi de Aristophane Byzantio cogitare ridiculum est.[68]) duobus locis caput περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων expresse laudatur ab Eustathio, nomen Aristophanis omittitur: p. 316, 10. 971, 23. prior locus quin Aristophani vindicandus sit, cum iam Nauck non dubitaverit, nunc minus dubitandum est coll. exc. M. difficilior causa est alterius loci (p. 971, 22—44) propterea quod Eust. auctores suos non satis accurate ibi distinxit. recte Nauck (p. 138) adnotavit maximam partem esse doctrinam Aristophaneam, sed alienis additamentis auctam. distinguendae sunt tres partes, quarum primam et tertiam Aristophaneam (p. 971, 22—27. 37—44), alteram (971, 27—37) ab Aristophane alienam esse censeo.[69])

1. p. 971, 22—27. Aristophanis doctrinam produnt glossae in M et ab Eust. p. 316, 10 tractatae τήθη, θεῖος νέννος, πάτρως μήτρως[70]), ἀνεψιός. restant nomina πάππος γεροντίας ἐππαππος ἐπιτήθη, quae etsi in M non leguntur Aristophani tribuere quasi iubemur (cf. Nauck p. 142). qui de cognationis nominibus disputaturus sit, nonne potius eum a voce πάππος initium facere quam a voce τήθη consentaneum est? an qui τήθην commemoravit, is πάππον omiserit? iam verbis ὃς καὶ γεροντίας ἐλέγετο Λακωνικῶς

[67]) In ML eius modi nomina tria tantum leguntur; plura Aristophanem recensuisse et per se consentaneum est et confirmatur eis quae de hoc argumento Athen. VI 263 disputat nomine Callistrati, Aristophanis discipuli, quem in his vestigia legisse magistri conicere pronum est. cf. Rud. Schmidt de Callistr. p. 25. Nauck p. 6 n. 9. — [68]) Quod tamen mirifice commisit Ervinus Rohde, de Polluc. font. p. 6. — [69]) Fresenius (p. 54) de aliis recte iudicavit, de aliis minus recte. — [70]) Verba ἰακὰ μᾶλλον fortasse ab Eustathio addita sunt. πάτρως patruum significat saepius apud Herodotum, semel apud Pindarum Pyth. IV 46, μήτρως avunculus dicitur ab Homero Herodoto Pindaro. — mox pro οἵπερ scribendum est εἴπερ.

nemo Aristophanem Byzantium non cognoscet (v. sup. p. 300). itaque initium capitis περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων habemus apud Eust. p. 971, non in ML: nempe archetypo codicum ML cum inscriptione initium capitis deerat. — alter quoque locus Eustathianus ubi nomina πάππος ἐπίπαππος memorantur (p. 565, 29) ad Aristophanem referendus est, id quod probatur verbis ἡ μέντοι τηθὶς ἄλλο τί ἐστιν, ἀναλογοῦσα τῷ θείῳ repetitis illis ex p. 316, 10 τηθὶς δὲ ἀνάλογόν τι τῷ θείῳ, quem ad locum remittit Eust. verbis περὶ οὗ ἀλλαχόθι δηλοῦται (565, 29). at vero dicat aliquis hunc locum discrepare ab eo quem tractamus (p. 971) de nomine πρόπαππος, cum p. 971 legamus ἐπίπαππος οὐχὶ πρόπαππος, p. 565 ἐπίπαππος . . . ὁ καὶ πρόπαππος. sed verba οὐχὶ πρόπαππος Nauckio quoque suspecta (p. 142) non sunt Aristophanis grammatici neque Eustathi quidem, sed a librario quodam Eustathi verbis adiecta.[71])

2. p. 971, 27—37. Verbis καὶ ὅτι κηδεσταί Aristophane Byzantio relicto ad alium fontem Eust. se convertit. ac primum quidem κηδεσταί et συγκηδεσταί glossas e capite Aristophaneo non esse derivatas arbitror (cf. Nauck p. 142), primum quod πηός omissum est (v. sup. p. 313), deinde quod explicatio vocis κηδεστής non tam cum Aristophaneo loco Eust. p. 779, 53 concinit quam cum Photio (κηδεστής· ὁ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖος . ἢ πενθερός). itaque haec ab Eustathio e lexico rhetorico deprompta esse censeo. — sequitur glossa τηθαλλαδοῦς ex Aeli Dionysi lexico statim laudato sine dubio descripta. indidem Phot. τηθαλλαδοῦς· ὃν οἱ πολλοὶ μαμμόθρεπτον λέγουσι: cf. Phryn. Lob. p. 299 Pollux III 20. tum vero pergit Eust. λέγει δὲ ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥηθέντα συγγενικὰ ἐκγραψάμενος καὶ ὅτι ἀπφὺς κτλ.[72]) et paullo post λέγει δὲ ἐκεῖνος καὶ ἄπφαν κτλ. num credamus eum ad Aristophanem Byzantium reverti? cave ne credas. si probavimus prima parte Aristophanem esse Eustathi auctorem, nullo modo fieri potest ut in his eundem auctorem ab eo adhibitum esse arbitremur. nam glossas ἀπφύς ἄπφα ἄπφιον e lexico rhetorico derivavit eodem quod p. 565, 18 adhibuit, quem locum ipse indicat verbis περὶ ὧν ἐν ἄλλοις γέγραπται. duos locos iuxta posuisse satis erit.[73])

---

[71]) Cum olim verba illa οὐχὶ πρόπαππος delenda esse coniecissem, postea coniecturam probatam inveni Eustathi codice Vratislaviensi inspecto, ubi illa desunt. est cod. bibl. Rhedig. I. A. 25 continens Iliad. N—Ω cum Eustathi commentariis, foll. 389 (fol. 390—393 a recentiore manu scripta aliunde accesserunt, continent Υ 199—272). suppletur codice eiusdem bibl. I. A. 24 multo elegantius scripto, qui continet Iliad. A—K 377 cum Eustathi commentariis, foll. 403. cf. La Roche, Hom. Textkritik p. 469 no. 73. 74. utrumque librum ad aliquot locos Eustathianos contuli, sed multam operam perdidi. longe plurima vitia quae in editione Lipsiensi ex ed. Romana descripta leguntur, praeterea alia multa in illis inveni: nimirum vitia plurima ab ipso Eustathio commissa sunt. — [72]) Post verba ὡς δηλοῖ Θεόκριτος ineptias quasdam etymologicas Eust. de suo adiecit. — [73]) Falso hanc Atticistarum doctrinam cum Aristophanis grammatici capite περὶ προσφωνήσεων composuit Nauck p. 157; quem temere secutus est Naber (Phot. Proleg. p. 73).

Eust. p. 565, 18 ἐν δὲ ἐκθέσει συγγενικῶν λέξεων φερομένων ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ γράφεται καὶ ταῦτα· ... καὶ ὅτι τῶν συγγενικῶν ὀνομάτων τὰ μέν ἐστι κοινὰ πάντων, ... τὰ δ' ἐκ προσώπου λέγεται ἰδίως, οἷον ἄπφαν τὴν ἀδελφὴν Ἀττικῶς μόνη ἡ ἀδελφὴ εἴποι ἄν, καὶ πάππαν τὸν πατέρα μόνος ὁ παῖς, ὥσπερ καὶ μαμμίαν τὴν μητέρα καὶ τὰ ὅμοια [ἐν οἷς θήσει τις καὶ τὸ ἠθεῖος]. ἰστέον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ὡς ἐρρέθη ἄπφα γίνεται καὶ τὸ ἄπφιον ὑποκόρισμα ὂν ἐρωμένης. τινὲς δὲ καὶ τὸ ἄπφα ὑποκόρισμά φασιν Ἀττικόν. ὁ μέντοι ἀπφὺς παρὰ Θεοκρίτῳ (XV 13) πατρὸς κλῆσις, ἣν βρέφος ἂν προσείποι πατέρα.

Eust. p. 971. ... λέγει δὲ ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥηθέντα συγγενικὰ ἐκγραψάμενος καὶ ὅτι ἀπφὺς παρά γε τοῖς Ἀττικοῖς βάρβαρόν ἐστιν. ἔστι δὲ ὁ πατήρ, ὡς δηλοῖ Θεόκριτος. ... λέγει δὲ ἐκεῖνος καὶ ἄπφαν τὴν ἀδελφὴν καὶ ἄπφιον ὑποκόρισμα ἐρωμένης, καὶ ἄλλα τινά, περὶ ὧν ἐν ἄλλοις γέγραπται.

idem lexicon adhibuit Photius, ut mox demonstrabimus; a Photio pendet Suid. ἄπφα· ἀδελφῆς ἢ καὶ ἀδελφοῦ ὑποκόρισμα καὶ ἀπφὺς ὑποκοριστικῶς ὁ πατήρ. cf. lex. Bekk. 440, 11 (ubi ἀποψάς corruptum ex ἄπφα) et 441, 11. — sequitur glossa ἐξανέψιοι e 'veterum' doctrina explicata (εἴρηται καὶ αὐτὸ ἐν τοῖς παλαιοῖς). eandem vocis interpretationem exhibet Hesych. ἐξανέψιοι· ὧν οἱ πατέρες ἀλλήλων ἀνεψιοὶ ἢ αἱ μητέρες (ἀνεψιαί). Aristophanes vero sic explicavit: frg. Par. § 12 ... ἐξανέψιοι δὲ οἱ τῶν ἀνεψιῶν παῖδες, οὓς νῦν λέγομεν δισεξαδέλφους, quibus coniungenda sunt codicis M verba haec: ταύτην δὲ τὴν γενεὰν οὐ πάνυ ἔτι ἐξηκριβοῦντο, ὅθεν καὶ ἡ παροιμία 'ἀνεψιῶν δὲ παῖδες οὐκέτ' ἐν λόγῳ'. quorum nihil apud Eustathium. itaque glossam ἐξανέψιοι ab Eustathio e libro Aristophanis depromptam non esse arbitror. — quae sequuntur de τήθη et μάμμη vocabulis, rursus ex eo lexico rhetorico hausta sunt, quod et Eust. p. 565, 18 et Photius adhibuerunt, ita ut invicem se suppleant loci Eustathiani p. 565, 18. 971, 35 et hi Photiani:

Eust. p. 565. ...παππάζειν [παππίζειν vulgo] τὸ πάππαν καλεῖν καὶ παππίαν. οὕτω δὲ τὸν πατέρα οἱ Ἀττικοὶ ὑποκορίζονται ... καὶ πάππαν τὸν πατέρα μόνος ὁ παῖς, ὥσπερ καὶ (μάμμην καὶ) μαμμίαν τὴν μητέρα καὶ τὰ ὅμοια.

Eust. p. 971. ... περὶ δέ γε τήθης καὶ μάμμης οὕτω φασί τινες· τήθην οἱ Ἕλληνες τὴν πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα, οἱ δὲ πολλοὶ (Nauck p. 139 n. 25) ἀκύρως μάμμην καὶ μαῖαν· μάμμην γὰρ Ἀττικοὶ καὶ μαμμ[α]ίαν τὴν μητέρα καλοῦσιν, ἣν δὲ οἱ πολλοὶ τήθην τηθίδα, μαῖαν δὲ ὡς ἡμεῖς τὴν ὑπὸ Ἰώνων ὀμφαλητόμον, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ δηλοῦται.

Phot. παππάζοιεν· πατέρα καλοῖεν.

Phot. πάππας· τοὺς πατέρας καλοῦσιν.

Phot. μάμμην· τὴν μητέρα καλοῦσιν· καὶ μαμμίαν. καὶ τὸν πατέρα πάππαν καὶ παππίαν.

Phot. μαῖαν· ὡς ἡμεῖς τὴν ὀμφαλητόμον. ἡ δὲ ὀμφαλητόμος Ἰακὸν μᾶλλον ὄνομα.

iam equidem huius partis (p. 971, 27—37) auctorem esse Aelium Dionysium conicio. nam verbis modo descriptis ea fere accuratius enarrantur, quae paullo ante illius Atticistae nomine laudato leviter attigit: ... τήθην ... ἦν, ὡς δηλοῖ Αἴλιος Διονύσιος, ὀκνοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ μάμμην καλεῖν, ὡς τῶν παλαιῶν οὕτω τὴν μητέρα λεγόντων. observationes et per se Atticistam produnt et a Phrynicho Atticista repetuntur: Phryn. Lob. p. 133 μάμμην τὴν τοῦ πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα οὐ λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι ἀλλὰ τήθην. μάμμην μὲν οὖν καὶ μαμμίαν τὴν μητέρα. ἀμαθὲς οὖν τὴν μάμμην ἐπὶ τῆς τήθης λέγειν. cf. Moeris 203, 12 (Bekker). Hellad. ap. Phot. Bibl. p. 530a. nec minus vocabula ἀπφύς ἄπφα ἄπφιον Atticistam ostendunt auctorem. denique nomen κηδεστής eisdem verbis a Photio explicatur. iam vero si hoc loco (p. 971) Eust. Aelium Dionysium secutus est, idem lexici rhetorici p. 565, 18—28 adhibiti scriptor iudicandus est[74]), quoniam ibi ea fere leguntur quae vel hoc loco (p. 971) repetuntur vel in Photiano lexico exstant.

3. p. 971, 37—44. Ea parte, de qua modo diximus, non Aristophanem Byzantium ab Eustathio usurpari eo confirmatur, quod lexico rhetorico iam relicto rursus ad ipsas eas glossas revertitur (πάτρως μήτρως), quibus in tractandis ab Aristophanis libro discesserat p. 971, 27, et quae ibi omisit hoc loco adiungit breviter repetens quae p. 316, 10 accurate exposuit. sed ne hic quidem unum Aristophanem excerpere satis habuit. nam glossam quae sequitur τηθαλλαδοῦς interpretatione instruxit e Suetoniana et Aristophanea composita. partem priorem e Suetoni libro περὶ βλασφημιῶν derivavit, posteriorem ex Aristophaneo capite περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων, tametsi neutrum laudavit. rem ita esse ipsa comparatio docet:

Eust. p. 971. ... καὶ ὡς ὁ τηθαλλαδοῦς καὶ σκῶμμα εὐηθείας ἔχει, ὡς τῶν ὑπὸ τοιαύταις τεθραμμένων εἰς εὐήθειαν ἐπιδιδόντων διὰ τὸ ἀνειμένον τῆς τροφῆς. διὸ καὶ ὁ εἰπὼν ἐρωτηματικῶς 'ὀκνεῖς λαλεῖν; οὕτω σφόδρ' εἶ τηθαλλαδοῦς'; (Mein. Com. ed. min. p. 1259) ὀνειδίζων κέχρηται τῇ λέξει, παίζων εἰς ἀνδραποδώδη τινά, φησι, καὶ γραοτραφῆ. εἰ δέ τινές, φησι, πλανῶνται προσηγορίαν συγγενείας εἶναι κατὰ τὸ ἀνεψιαδοῦς, ἀλλ' ἔστιν ἄλλως, ὡς εἴ τις ἔμπληκτόν τινα παίζων ἐμπληκταδοῦν ὀνοματοποιήσει ἢ τὸν μωρὸν μωραλλαδοῦν.

Suet. βλασφ. εἰς μωρούς (Miller p. 421): τηθαλλαδοῦς· ὁ ὑπὸ τήθης τρεφόμενος, ὡς τῶν τοιούτων διὰ τὸ ἀνειμένον τῆς τροφῆς εἰς εὐήθειαν ἐπιδιδόντων.

Aristoph. π. συγγ. (Miller p. 434): ἐν δὲ ταῖς κωμῳδίαις τηθαλλαδοῦς ὁ ἀνδραποδώδης καὶ οἷον γραοτραφής, (ὡς) καὶ ἐμπληκταδοῦς ὁ ἔμπληκτος καὶ μωραλλαδοῦς ὁ μωρός.

---

[74]) Itaque non recte indicavit Nauck (p. 155 n. 9), cum diceret 'barbariem arguere aetatis Byzantinae' illud, quod (p. 565) συγγενικὰ ὀνόματα non discernantur a προσφωνήσεσιν: Atticista non distinguit συγγενικά et προσφωνήσεις (sicut Aristophanes Byzantius) sed συγγενικὰ κοινὰ πάν-

res tam est manifesta, ut de partitione huius loci Eustathiani quin Fresenio assentiar facere non possim.[75]) — omnia quae sequuntur Eust. ex Aristophane quidem descripsit, non vero e capite π. συγγ. ὀν. sed e capite περὶ προσφωνήσεων, quo de plura derivavit p. 1118, 8, quem ad locum remittit verbis ὡς καὶ ἀλλαχοῦ παρασεσημείωται.[76])

De ceteris Eustathianis ex hoc capite excerptis, ut solet, Nauck tam egregie exposuit, ut nihil fere habeam quod adiciam. p. 648, 53 (loco Aristophaneo) Eust. vocabulum εἰνάτερες omittit. nam paullo ante Aeli Dionysi nomine eam explicavit p. 648, 44: Αἴλιος δὲ Διονύσιος οὕτω φράζει· εἰνάτερες αἱ τοῖς ἀλλήλων ἀδελφοῖς γεγαμημέναι, ἃς συννύμφους τινές φασιν. praecedunt autem haec: ἡ δὲ εἰνάτειρ τὴν σύννυμφον δηλοῖ, ὁποία ἡ Ἑλένη τῇ Ἀνδρομάχῃ, quae ex Aristophane Eustathium habere puto coll. M εἰνάτερες δὲ αἱ νῦν παρὰ τῇ συνηθείᾳ σύννυμφοι: exempla Homerica adicere amat Aristophanes. — verbis ex Aelio Dionysio descriptis Eust. haec adiungit: ὥσπερ δὲ εἰνάτερες αἱ ἐπὶ ἀδελφοῖς σύννυμφοι, οὕτω καὶ ἀέλιοι κατὰ τοὺς παλαιοὺς αἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἔχοντες καὶ [πλεοναςμῷ τοῦ ῑ] αἰέλιοι, quae Aelio Dionysio an Aristophani Byzantio tribuenda sint potest dubitari.

Capitis περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων excerpta ML Eustathiana supplentur duobus fragmentis cum Aristophanis nomine traditis, quorum unum (de fratrum nominibus) exstat in epistula quadam ad Alexium Comnenum data (Cram. An. Ox. III 194 Nauck p. 130), cuius scriptor exemplar λέξεων Aristophanearum ad manus videtur habuisse quale Eust. habuit, alterum (de gl. οἰκεῖοι) in lexico Photiano (s. v. οἰκείαν, Nauck p. 129). tacite vero permulta huius doctrinae specimina in lexica vetera et scholiorum veterum collectiones transierunt. συγγενικὰ ὀνόματα ubicunque leguntur omnia fere revocanda sunt ad Aristophanem Byzantium. non laudato auctore ipsa grammatici verba exstant apud Athen. VIII 362e (quem descripsit Eust. p. 1702, 6), qui cum Aristophane Byzantio apud Eust. p. 1119, 11 fere concinit (cf. Fresen. p. 68), et apud Ioann. Sicel. in Hermog. VI 363 Walz (sive schol. Luc. Phalar. 2, 1), qui cum frg. Par. § 15 congruit. praeterea mirum cum excerptis Aristophaneis consensum ostendunt schol. Plat. Rep. V 460d (cf. M Eust. p. 650, 20), schol. Eur. Alc. 989 (M), Suid. ἐπίκληρος (Eust. p. 674, 27), Et. Gud. 238, 17 ἠθεῖος (Eust. p. 659, 46). quorum nemo Aristophanem grammaticum ipse adiisse putandus est. — non pauca συγγενικὰ ὀνόματα Eustathium et Photium Aelio Dionysio auctore tractavisse vidimus, quorum alia cum Aristophaneis excerptis conveniunt velut

---

των et συγγενικὰ ἐκ προσώπου ἰδίως. — [75]) Similiter egit Eust. p. 1405, 33, ubi, postquam βλάξ glossam e Sueton. βλασφ. εἰς μωρούς illustravit, pergit verbis Ξενοφῶν δὲ βλακεύεσθαι ἔφη τὸ νωθρεύεσθαι ex Aristophanis capite π. τ. ὑποπτ. descriptis. — [76]) Errat Eust., quod ibidem de accentu vocis τήθη dixisse putat: dixit p. 565, 29.

κηδεσταί ἐξανέψιοι εἰνάτερες, alia discrepant velut μάμμη μαῖα τηθαλλαδοῦς γάλως.[77]) hinc Aelio Dionysio et alias vindicare licet lexici Photiani λέξεις συγγενικάς et eam qua Aristophanes grammaticus laudatur οἰκείαν.[78])

Plurimas λέξεις ad hoc caput Aristophaneum referendas rursus invenimus apud Hesychium, quarum multae ad verbum cum excerptis Byzantinis concinunt. cf. Hesych. ἐπίπαππος, τήθη, πενθερός, ἑκυρός, εἰνάτερες, γάλως, νυός, ἀέλιοι, νυμφαγωγός, πάροχος, οἰκεῖοι, πηοί, χῆροι, ἰδιόξενος, πρόξενοι, ἑπέται, δμωίς, οἰκέται, οἰκότριβες. lexici Photiani glossae huc pertinent haece: τήθη, τηθίς (Suid. Et. Mg. 366, 11 ἐπιτήθη), πενθερά, νυός, κηδεστής, e quibus πενθερά glossa egregias continet observationes, ut pro supplemento doctrinae Aristophanis excerptis Byzantinis traditae accipi possit. tradit enim Photius haec: 'πενθερά· τῷ νυμφίῳ ἡ τῆς κόρης μήτηρ· καὶ πενθερὸς ὁ πατήρ· Εὐριπίδης δὲ γαμβρὸν αὐτὸν παρὰ τάξιν λέγει· ὁ γοῦν Ἀλκμαίων τῷ Φηγεῖ φησι·

'καὶ σ' ὦ γεραιέ· τήν τε παῖδ' ἣν δῷς ἐμοί,
γαμβρὸς νομίζει καὶ πατὴρ σωτήρ τ' ἐμός'

(frg. 73). καὶ ὁ Πρωτεσίλαος τῷ Αλκάθῳ φησίν·

'ἀξίως δ' ἐμός
γαμβρὸς κεκλήσει παῖδά μοι ξυνοικίσας'

(frg. 649). Σοφοκλῆς δὲ τὸ ἔμπαλιν· εἶπε γὰρ πενθερὸν τὸν γαμβρὸν ἐν Ἰφιγενείᾳ· Ὀδυσσεύς φησι πρὸς Κλυταιμνήστραν περὶ Ἀχιλλέως·

'σὺ δ' ὦ μεγίστων τυγχάνουσα πενθερῶν'

(frg. 293a) ἀντὶ γαμβρῶν. hinc intellegitur quid sibi velint Eustathi verba ex Aristophane derivata p. 648, 55 ἔνθα κεῖται καὶ τό· τινὲς δὲ ποιηταὶ καταφέρονται πολλάκις ἐπὶ τὸ καὶ τοὺς πενθεροὺς γαμβροὺς ὀνομάζειν. in M nomen γαμβρός plane omittitur. — maxime omnium vocabulum τήθη a lexicographis et scholiastis explicatur: Tim. lex. Plat. p. 256.[79]) Ammon. p. 138 (135). schol. Ar. Lys. 549. schol. Plat. Rep. I 343a. alios veterum scholiorum locos commemorare attinet hosce: schol. (BL) Π 717 (μήτρως); schol. Δ 377 (πρόξενος et cetera vocis ξένος composita); schol. Ar. Thesm. 74 (κηδεστής)[80]) Nub. 5 (οἰκέτης); schol. Plat. Legg. I 630e (ἐπίκληρος)[81]) Rep. V 465c (οἰκέται).

---

[77]) Eust. p. 648, 26 γάλως . . . κατὰ δὲ Αἴλιον Διονύσιον καὶ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα· πρὸς ἀλλήλας γάρ, φησι, λέγονται. quem significatum nemo alius testatur. — [78]) Quae de Tryphone medio inter Aristophanem et Aelium Dionysium Naber (Phot. Proleg. p. 75) disputavit, prorsus incerta sunt. Aelius quidem Dionysius videtur adhibuisse Tryphonem, Trypho fortasse Aristophanem adhibuit. tamen non sequitur omnes Aeli Dionysi λέξεις Aristophaneas fluxisse e Tryphone. — [79]) Τήθη· μάμμη. τηθὶς δὲ ἡ τῷ θείῳ ἀνάλογος: sunt ipsa verba Aristophanis (Eust. p. 316, 10). — [80]) Τὸ σημεῖον· οὐ μόνον κηδεστὴς ὁ ἐκδιδοὺς ἀλλὰ καὶ ὁ λαμβάνων: ipsa verba Aristophanis (Eust. p. 779, 53), sine dubio a Didymo adhibita, quem scholiasta compilavit. itidem Moeris 201, 14 lex. rhet. Bekk. 190, 27. — [81]) Extrema verba scholiastae sunt haec: τινὲς δὲ ταύτην ἐπι-

Verum nemo rursus quantum ab Aristophane Byzantio pendeat melius demonstrat quam Pollux, quoniam is oratione continua συγγενικά et 'πολιτικά' tractavit. Pollucis disputationem de cognatorum affinium civium peregrinorum amicorum servorum nominibus (III 16—83) si cum excerptis ML Eustathianis comparaveris, multis eam quidem additamentis noviciis et a proposito alienis esse auctam, aliis bonis observationibus deminutam intelleges, eius fundamentum tamen in Aristophanis grammatici libro esse quaerendum non negabis. atque ordo quidem glossarum ac dispositio rerum integra fere e capite Aristophaneo recepta videtur, id quod primo aspectu cernitur. nec minus in singularum glossarum explicatione cum Aristophane Pollux consentit. cf. nomina τήθη (III 17), τηλύγετος (20)[82]), σκότιος, γνήσιος, νόθος, μητρόξενος (21), θεῖος (22), fratrum appellationes (23 coll. epistula ad Alexium), ἀνεψιοί (28), κηδεσταί πηοί (30), προμνήστριαι προμυθίκτριαι (31), νύμφη νυός ἑκυρός γάλως δαήρ εἰνάτειρες συγκηδεσταί (32)[83]), ἐπίκληρος θῆσσα (33), παράνυμφος πάροχος νυμφαγωγός (40. 41), χήρα χῆρος χηρωσταί (47), τιτθή (50), πελάται θῆτες (82), εἴλωτες sim., ἀπελεύθερος ἐξελεύθερος. itaque multis locis excerpta Aristophanea e Pollucis copiis supplere licet. velut nepotum nomina tria tantum (ἄμναμοι, ἴνιες, κέλωρες) exhibet M, multo plura Pollux (17. 18), fratrum non nulla tradit epistula ad Alexium scripta, plura Pollux (23). vitrici et novercae nomina in excerptis Byzantinis desiderantur, quae ab Aristophane Byzantio omissa esse vix credo: habet Pollux (26. 27). nominum sponsalium et nuptialium fragmenta quam exigua excerptis Byzantinis servata sint, ex uberrimis copiis Polluceis (34—46) perspicere licet, tametsi horum haud pauca ab Aristophanis consilio aliena eoque ab eius λέξεων reliquiis removenda videntur. — sed oportet discrepantias quoque Aristophanis cum Polluce afferri, quo perspicuum fiat, quam procul Pollux ab ipso Aristophanis opere afuerit. etenim apud Pollucem praecepta quaedam Atticistarum leguntur, quae ante Augusti aetatem referri vix possunt. τηθαλλαδοῦς glossam (20) eisdem verbis interpretatur quibus Aelius Dionysius ap. Eust. p. 971 (v. sup. p. 315): ὃν οἱ νῦν μαμμόθρεπτον λέγουσιν. vocabulum μαμμόθρεπτος vituperabant Atticistae: Phryn. Lob. p. 299 μαμμόθρεπτον μὴ λέγε, τηθαλλαδοῦν δέ. — voces ὅμαιμος et ὁμαίμων generaliter cognatos

---

παματίδα καὶ πατροῦχον καλοῦσιν. eadem Suid. ἐπίκληρος[1]. aliter Eust. p. 674, 27 ἡ δὲ ἐπίκληρός, φασι, καὶ μάνδα πρός τινων ἐκαλεῖτο, ὑπ' ἐνίων δὲ πατροῦχος. unde Nauck (Mélanges Gréco-Romains III p. 175) in M pro ἐπίμανδα legi voluit μάνδα. sed μάνδα plane obscurum est, ἐπίμανδα vero corruptum esse arbitror ex ἐπιπαματίδα, sicut ap. Hesych. ἐπιματίδα ex ἐπιπαματίδα (Hesych. ἐπι[πα]ματίδα· τὴν ἐπίκληρον). itaque ἐπιπαματίς Aristophani Byz. restituendum censeo. — [82]) In verbis οὕτω γὰρ οὗτος μονογενῆ μόνον τηλύγετον post οὗτος excidit οὐ. — [83]) Vocabuli συγκηδεσταί synonymum Pollux memorat εἰλίονες, quod Aristophanes Byz. et Hesych. ἀέλιος appellant. cum Polluce faciunt Et. Mg. 470, 168 Et. Gud. 276, 14. 289, 5 (ἰλίων).

significare docuit Aristophanes (epist. ad Alex. Comn. coll. Eust. p. 410, 37. 573, 2); nihilo secius Pollux (23) nisi de fratribus non vult usurpari. — ἠθεῖος demonstravit Aristophanes idem esse quod ὁμότροπος atque eos qui ἠθεῖον fratrem maiorem appellari a minore dicerent vituperavit refellitque testimonio allato ex Odysseae Ξ 147 (Eust. p. 659, 46); Pollux tamen (24) vulgarem tradit sententiam: ὁ δὲ πρεσβύτερος ἀδελφὸς ὑπὸ τοῦ νεωτέρου ἠθεῖος καλεῖται. — ξένων nomina Pollux (59. 60) non aliter explicat quam Aristophanes, sed cum ceteris lexicographis (Ael. Dion. ap. Eust. p. 405, 35, Paus. ibid., Hesych., Phot. ἰδιόξενος, aliis) addit nomen ἀστόξενος in excerptis Aristophaneis (ML frg. Par. Ioann. Sicel. in Hermog. VI 363) omissum. — posteriorem Atticistam produnt haec (29): τούτῳ δὲ τῷ ὀνόματι (ἐξανέψιοι) οὐ πάνυ τετριμμένῳ κέχρηται Μένανδρος, ᾧ ἀεὶ μὲν οὐ χρηστέον ὡς οὐκ ἀκριβῶς Ἑλληνικῷ, ἐπὶ δὲ τῶν ἀκατονομάστων πιστευτέον· ὧν γὰρ γενῶν ἢ πραγμάτων ἢ κτημάτων ὀνόματα παρ' ἄλλοις οὐκ ἔστι, ταῦτα ἀγαπητὸν ἂν εἴη κἂν παρὰ τούτου λαβεῖν. Menandrum enim posteriores Atticistae propter novicia et barbara vocabula castigabant, cum priores velut Aelius Dionysius maxime eum adamarent (v. sup. not. 25). — aliquot discrepantiae Pollucis errori tribuendae videntur, velut quod nomina πρόπαππος et ἐπίπαππος ita distinguit (18), ut πρόπαππος proavus ἐπίπαππος abavus sit, cum Aristophanes Byzantius ceteri-que πρόπαππον et ἐπίπαππον eundem esse testentur: cf. Hesych. ἐπίπαππος, Suid. Et. Mg. 366, 11 ἐπιτήθη. — ἐξανέψιοι a Polluce (29) dicuntur οἱ ἐκ τῶν ἀνεψιαδῶν ἀλλήλοις: debebat ἀνεψιῶν dicere, sicut Aristophanes Byzantius (frg. Par. § 12) Trypho ap. Ammon. p. 54 Hesych. ἐξανέψιοι.

4. Περὶ προσφωνήσεων.

Peculiare caput λέξεων Aristophanearum fuisse περὶ προσφωνήσεων coniecit Nauck p. 151 ex Eustathi p. 1118, 8 verbis hisce: ... εἰ δὲ καὶ ἀλλαχοῦ [p. 777, 54. 1793, 11] περὶ τῆς τοιαύτης δεδήλωται λέξεως (ἄττα), ὅμως οὐκ ἀνένδεκτόν ἐστιν ἐνταῦθα δηλῶσαι, ὅτι ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης γράψας ὡς εἰσὶ προσφωνήσεις διάφοροι παιγνιωδέστεραί τινες καὶ ὑποκοριστικαὶ ἐπάγει· οἷον ἄππα, πάππα, μάμμα, μάμμη, μαμμία, τέττα, ἄττα κτλ. alterum quidem fragmentum huius capitis Nauck agnoscere sibi visus est apud Eust. p. 659, 46, ubi de significatione vocabuli ἠθεῖος agitur. sed is locus ad appendicem capitis περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων (ad πολιτικά) revocandus est coll. cod. M.[84]) satis igitur exigua frusta

[84]) Aristophanes ἠθεῖος idem significare quod γνώριμος docet ac refellit eos, qui meram compellandi formulam esse existiment, laudato Odysseae loco ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω' (Ξ 147). sed unius consensum nactus est Et. Gud. 238, 17, ubi praeter Homerum testis advocatur Antimachus. Aristarchus quoque magistri sententia hoc loco improbata ἠθεῖος vocabulum προσφώνησιν esse docuit (cf. Ariston. ad K 37. X 229. Ψ 94), eum-

Aristophanis grammatici de hoc argumento disputationis supersunt, ut dubitari liceat, num re vera Aristophanes singulari capite compellationes tractaverit. ac dubitavit O. Schneider (Jen. Litt.-Ztg. 1848 p. 976), qui προσφωνήσεις ab Eustathio p. 1118, 8. 971, 43 (v. sup. p. 318) illustratas Meierum (Opusc. II 24 n. 87) secutus capiti περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων vindicavit. accedit quod in reliquis excerptis Byzantinis (ML frg. Par.) nec vola nec vestigium προσφωνήσεων comparet. atque hanc ob causam Fresenius quoque (p. 18) Naucki coniecturam improbavit ac Meierum et ipse sequi maluit. tamen equidem facere non possum quin partes Nauckianas suscipiam. neque enim omnia vocabula quae ab Eustathio προσφωνήσεις nuncupantur συγγενικά possunt appellari, velut ἄττα, τέττα, ἄππα, πάππα, alia quae proprie de cognatis usurpantur, velut μάμμη, μαῖα, τήθη, ubi in compellationibus in usum vocantur, cognationis potestatem plane exuunt (Nauck p. 152). maxime vero Naucki coniectura mihi confirmari videtur eo loco Eustathiano (p. 777, 60 Nauck p. 153), ubi certo quodam consilio ad vocabulum ἄττα illustrandum tamquam insolentium exempla vocabulorum tres glossae proferuntur νέννος, σάννας, ψάκαλα e tribus capitibus Aristophaneis congestae, νέννος e capite περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων, σάννας e capite περὶ τῶν ὑποπτευομένων, ψάκαλα e capite περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν. nonne consentaneum quartam glossam ἄττα e quarto quodam capite esse derivatam? indicavit quasi Eustathius Aristophanearum capita λέξεων se adhibuisse quattuor.

Quoniam ambitus huius capitis non magnus videtur fuisse, non mirum quod in lexicis aliisque huius modi doctrinae monumentis perpauca occurrunt testimonia huc revocanda. sed ea προσφωνήσεων argumentum secernendum esse a capite περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων et ipsa luculenter demonstrant. ac scholia quidem Homerica multis locis Aristarchum, cum προσφωνήσεις Homericas interpretaretur, ad magistrum sese applicasse docent: cf. Ariston. ad Δ 411 (τέττα), I 607 (ἄττα: Apoll. lex. Hom. 46, 33. schol. π 31), schol. ζ 57 (πάππα). tum Hesych. s. v. μαῖα, cum varias huius vocis significationes enumerat, primo loco συγγενικήν postremo προσφωνητικήν appellat: μαῖα· πατρὸς καὶ μητρὸς μήτηρ. καὶ τροφός (cf. Pollux III 41). καὶ περὶ τὰς τικτούσας ἰατρὸς καὶ [ἢ Nauck] ὀμφαλητόμος. καὶ προσφώνησις πρὸς πρεσβῦτιν τιμητική, ἀντὶ τοῦ ὦ τροφέ. egregie Aristophanis doctrinam tradit Suid. πάππα· ὅτι πάππα καὶ τέττα καὶ ἄττα οὐχ ὁ τροφεὺς ἓν ἀνθ' ἑνός ἐστιν, ἀλλὰ προσφώνησις πρὸς τροφέα.

Reliqua duo capita λέξεων Aristophanearum (Ἀττικαὶ λέξεις et Λακωνικαὶ γλῶσσαι) nec in archetypo codicum ML Par. nec in Eu-

---

que omnes secuti sunt: Apoll. lex. Hom. 82, 31. Hesych. Phot. Suid. Et. Mg. 422, 7.

stathi exemplari exstabant. quae ex utroque capite fragmenta Eust. exhibet, ex Athenaeo descripsit (Nauck frg. XXVII. XXXI). num praeter Atticas et Laconicas λέξεις alius cuiusdam dialecti Aristophanes illustraverit, non accepimus. nam quod J. Klein (Erotian. Proleg. p. XXXVI) Ionicas glossas peculiariter eum tractavisse persuasum habuit, ea opinio nec aliquo testimonio nititur nec (id quod Klein putavit) lexici Erotianei glossis Aristophaneis comprobatur. septem[85]) locis Aristophanes grammaticus ab Erotiano nominatim laudatur, quorum tres diserte ad λέξεις Ἀττικάς referuntur (Nauck frg. XXVIII. XXIX. XXX). itaque quattuor reliquos (Nauck frg. LXIX. LXXXVI. XC. Erot. frg. 65 κοχώνη) ad easdem supra (not. 6) revocavi, nec vereor, ne quis ex eis colligat Aristophanem Byzantium Ἰωνικὰς λέξεις scripsisse. proinde quae tacito auctoris nomine Aristophanea in Erotiani lexico tractantur quaeque ad coniecturam suam fulciendam Klein adhibuit, ea facile ad certa capita λέξεων Aristophanearum revocantur: gl. προκώνια p. 57, 3 ad Ἀττικὰς λέξεις, ἄρδαλον p. 56, 9 ad caput περὶ τῶν ὑποπτευομένων (v. sup. p. 291), μηλωτή p. 79, 7 et πρόβατα p. 108, 3 ad caput περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν (cf. Eust. p. 877, 51. 1828, 57. v. sup. p. 306).

De titulo Ἀττικαὶ λέξεις novam coniecturam proposuit Ervinus Rohde (de Polluc. font. p. 16 n. 1). Ἀττικὰς λέξεις non peculiare caput sed totum glossarum opus inscriptum fuisse arbitratur.[86]) quam ad sententiam refutandam eis quae Fresenius p. 23 dixit non nulla addere liceat. totius operis titulum περὶ λέξεων sive περὶ γλωσσῶν fuisse duobus testimoniis constat. nam frg. Par. inscriptum est Ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους τοῦ περὶ λέξεων διαλαβόντος, et Herodianus Il. Prosod. A 567 (Eust. p. 150, 17) Aristophanem laudat ἐν ταῖς γλώσσαις. quibus testimoniis quid est causae cur fidem abrogemus? ceteris omnibus locis ubi fragmenta Aristophanea traduntur non totum opus sed singula operis capita laudantur, in his duo Ἀττικαὶ λέξεις et Λακωνικαὶ γλῶσσαι inscripta, quibus vocabula vel Attici vel Laconici tantum sermonis propria erant tractata. in ceteris vero capitibus secundum argumenta dispositis non solum Atticum sermonem tractari perspicuum est. non Atticae dialecti vocabula in iis collecta eorumque in Attica lingua usum illustratum invenimus, sed in singulis observationibus singularum dialectorum rationem habitam earumque discrepantias non semel enotatas. Aetolos dixisse τοῖς γερόντοις et τοῖς παθημάτοις, Chalcidenses ἐλέγοσαν ἐσχάζοσαν

---

[85]) Erot. p. 110, 15 pro Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν scribendum esse Ἀριστοτέλης coniecit Nauck Philol. V 861, cui adstipulatus est Val. Rose Arist. pseud. p. 563. — [86]) Eadem videtur esse Naberi sententia; sic enim scribit Phot. Proleg. p. 72: 'doctum opus quod Ἀττικὰς λέξεις inscripserat, Aristophanes in capita distribuerat', et p. 73: 'commentatio Aristophanis π. τ. συγγ. ὀν. itidem ἐκ τῶν Ἀττικῶν λέξεων decerpta est'.

ἐφεύγοσαν, quid attinet observare ἐν Ἀττικαῖς λέξεσιν?[87]) aut Lacones avum dixisse γεροντίαν? aetatum hominum animaliumque et cognationis affinitatisque appellationes non Attici sermonis sed omnium dialectorum graecarum congerere studuit Aristophanes. itaque mea quidem sententia rectissime Nauck p. 75 Aristophanis consilium definivit hisce verbis: 'duplicem capitum classem Aristophanes distinxit, quarum altera ex argumento singularum glossarum repetita esset rerumque sequeretur ordinem, altera ad topicam — ut ita dicam — pertineret descriptionem et quae singulis regionibus usurpata fuerint percensenda sibi diligeret'.

Excerpta Aristophanea in Eustathi commentariis et codicibus Parisino Athoo Laurentiano servata ex uno eodemque fonte fluxerunt. sed illis temporibus librum non iam integrum fuisse vidimus; nam longa temporum serie eius ambitus magis magisque contractus est ac deminutus. Eustathi commentariis quattuor capita glossarum dignoscuntur, M tria capita valde corrupta ac mutilata exhibet, L unum caput, frg. Parisinum paucas λέξεις. eundem codicem videtur adhibuisse anonymus ille epistolographus ad Alexium Comnenum. de scriptoribus antiquis quorum scripta aetatem tulerunt unus Aelianus Aristophanis λέξεων librum ipse inspexit. ceteri omnes qui λέξεων Aristophanearum memoriam hic illic propagarunt non ipsi librum evolverunt, sed aliunde eius mentionem delibarunt. de fatis λέξεων Aristophanearum pauca Nauck (p. 77) adumbravit, quae nunc et corrigenda et supplenda videntur. iure Nauck Aristarchum Didymum Pamphilum nominavit Aristophanis compilatores. atque Aristarchus quidem in interpretandis Homeri carminibus quam frequenter ac studiose magistri doctrinam adhibuerit, vidimus. Didymum deinde primam partem capitis περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν in σύμικτα sua transtulisse ceterisque Aristophanis opibus saepe in commentariis et in lexicis comico et tragico usum esse suis locis adnotavimus. Pamphilus vero, cum amplissimam glossarum et rerum notabilium syllogen conderet, capita quaedam λέξεων Aristophanearum integra in opus suum videtur transtulisse (cf. M. Schmidt Quaest. Hesych. p. CLXXI). etenim Λακωνικὰς γλώσσας a Pamphilo esse usurpatas diserte testatur Athen. III 77a (Nauck frg. XXXI). itaque ex eodem Pamphilo Athenaeum alteram eiusdem capitis mentionem III 83a (Nauck frg. XXXII) et κρεοκάκκαβος vocabulum ad Λακωνικὰς γλώσσας revocandum IX 384d (Nauck frg. LXXV. v. sup. n. 6) hausisse credibile est. λεπαστή glossam (Nauck frg. LXXVII) ad Ἀττικὰς λέξεις supra revocatam Athen. XI 485d haud dubie a

---

[87]) Quod vocem Rhodiacam ἄμβων Aristophanes ἐν Ἀττικαῖς λέξεσιν explicavit (Nauck p. 186), id Rohdei coniecturam minime adiuvat; ἄμβων enim et ab Atticis scriptoribus usurpatum est.

Pamphilo accepit, cui omnia poculorum nomina eum accepta debere inter omnes ni fallor constat. itaque ex eodem derivaverit ἱμαῖος glossam (Nauck frg. XXVII). unum locum e capite περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν descriptum tradit Athen. IX 375 a (Nauck p. 102 v. sup. p. 305), semel fragmentum capitis περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων 'veterum' nomine refert VIII 362 e (v. sup. p. 318): utroque loco Pamphilum Athenaei auctorem fuisse mihi quidem certum est. Athenaeum ad unum omnia fragmenta λέξεων Aristophanearum e Pamphili libro compilasse eo confirmatur, quod eorum quattuor Hesychius eisdem fere verbis exhibet (κωδωναῖα, ὀξύμαλα, λεπαστή, ἱμαῖος). Hesychiani autem lexici partem longe maximam e Pamphili opere compilatam esse persuasum habeo. plurima fragmenta λέξεων Aristophanearum quin Pamphilo debeat Diogenianus auctor Hesychiani lexici equidem non dubito (cf. Ranke de lexici Hesych. origine p. 99. Nauck p. 79 not.). Didymus igitur et Pamphilus illi sunt, quibus omnia fragmenta λέξεων libri Aristophanei debentur quae in lexicis et scholiis veteribus inveniuntur. a Didymo pendent scholiastae Aristophanis poetae Apolloniique Rhodii et ni fallor Harpocratio, a Pamphilo Aelius Dionysius Pausaniasque Atticistae (Photii auctores) Diogenianus Athenaeus. Pollux quoque tot locis cum excerptis λέξεων Aristophanearum Byzantinis conspirat, quia Pamphilum habuit auctorem vel quod magis credo Pamphili epitomatorem Iulium Vestinum (cf. F. v. Stojentin, de Iulii Pollucis auctoritate p. 90). sed Pollucis Onomastico non genuina et incorrupta Aristophanis doctrina traditur: solet enim Pollux non presse vestigia auctoris sui legere, sed fontes miscere resque tractandas alienis interpolare additamentis (v. sup. p. 300. 320. 321). relinquitur Erotianus, qui Aristophanea sua Didymo an Pamphilo debeat ambigi potest. novissimus quidem editor J. Klein Didymum Erotiani auctorem appellavit. sed equidem omnino dubito, num recte de lexici Erotianei fontibus Klein disputaverit. nititur eius de Didymo primario Erotiani auctore sententia eo quod Didymum λέξιν Ἱπποκράτους scripsisse arbitratur. collegerunt hoc Mauricius Schmidt (Didymi frg. p. 24) eumque secutus Klein (Erot. Proleg. p. XXXVIIII) e verbis Erotiani (prooem. p. 32, 11) corruptissimis. eodem iure ex eisdem efficere potes Aristarchum quoque et Antigonum λέξεις Ἱπποκράτους scripsisse, quippe qui una cum Didymo ab Erotiano nominentur. neque hos neque Didymum glossas Hippocraticas peculiariter explanasse dicit Erotianus, narrat tantum principes grammaticos Alexandrinos in studiis suis grammaticis Hippocratem non plane neglexisse (τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα), quo in numero etiam Didymum fuisse. quae cum ita sint, Erotianum Didymum sibi primarium auctorem elegisse eiusque collectionem vocum Hippocraticarum totam fere e Didymi copiis esse compilatam non credo. argumentis quibus Klein utitur id quod probare voluit non probatur. exempla quae affert ad consensum Erotiani et Didymi illustrandum

non ad λέξιν Ἱπποκράτους quandam pertinent sed ad alia scripta Chalcenteri: ἄργεμον ad λέξιν τραγικήν (Schmidt p. 88), cetera (προκώνια, καρύκη, ὄρρος, κυρήβια) ad λέξιν κωμικήν (Schmidt p. 40. 28. 77. 284). quod vero permultis locis cum Hesychio Erotianus congruit, hoc non probatur eum a Didymo pendere, sed iure potius hinc effici potest Erotianum perinde ac Diogenianum Pamphili exhausisse copias. nam in huius opere περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων amplissimo λέξεις Ἱπποκράτους quoque illustratas fuisse pro certo potest affirmari (cf. Schmidt Quaest. Hesych. p. CLXVI). itaque et eas Erotiani glossas, quae ad Aristophanem Byzantium pertinent, e Pamphili potius quam e Didymi copiis fluxisse crediderim. quam ad sententiam probandam praeclarum exemplum afferre licet glossam προκώνια. Aristophanis grammatici Didymi Demonis interpretationes tradidit Harp. προκώνια· Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Μενεσαίχμου. Δίδυμος δὲ προκώνιά, φησι, πυροὶ μέλιτι κεχρισμένοι. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς καὶ Κράτης τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν οὕτω φασὶν ὀνομάζεσθαι. ἔοικε δὲ καὶ ἐκ πυρῶν καὶ ἐκ κριθῶν γίνεσθαι. Δήμων δ' ἐν τῷ περὶ θυσιῶν φησίν· καὶ προκώνιά ἐστι κάχρυς κατηριγμέναι μετὰ ἀρωμάτων. Aristophanis interpretationem solam exhibent Erotianus (p. 57, 3 ἄλφιτα προκώνια· τὰ γενόμενα ἐκ τῶν ἀφρύκτων κριθῶν οὕτως Ἀττικοὶ καλοῦσι) Pollux VI 77 Hesychius. quo consensu demonstratur horum communem auctorem, quem Pamphilum esse iudico, Didymi ratione neglecta Aristophanis probasse sententiam. Harpocratio vero et qui similia tradunt Phot. lex. rhet. Bekk. 294, 25 Et. Mg. 700, 6 (sive horum auctor) non Pamphilum sed Didymum usurparunt, qui suae vocis interpretationi more suo aliorum sententias adiunxerat. Pamphilum ipsum Aristophanis librum adiisse, non e Didymi scriptis eius observationes cognovisse[88]), hoc quoque nescio an e laudato exemplo colligere liceat. idem apparet ex Athenaei locis IX 375a. VIII 362e, qui ad verbum fere cum excerptis Byzantinis concinunt, cum Didymus ea quae ex Aristophanis libro excerpsit mutare soleret. atque Hesych. ὀρείχάλκος si cum schol. Apoll. Rhod. IV 973 (v. sup. p. 298) contuleris, Hesychium i. e. Pamphilum videbis sola Aristophanis verba exhibere, Didymi additamentum omittere, id quod vix fieri potuit, si per Didymum tantum Aristophanem novisset.

DE SUETONIO TRANQUILLO.

In Eustathi commentariis Homericis duos Suetoni Tranquilli libros saepe in usum vocari A. Reifferscheid, cum Suetoni reliquias colligeret, perspexerat ac probaverat (cf. Suet. Reliq. p. 454. 462);

[88]) Falsa esse iudico etiam Naberi verba haec (Phot. Proleg. p. 22): '... ne Pamphilum quidem ipsum inspexisse omnes quos laudaret scriptores. nam quae supersunt Laconicae glossae Aristophanis Byz. ... eas existimo non ipsum vidisse Pamphilum sed acceptas debere Artemidoro'.

quae Reifferscheidi sententia optime confirmata est excerptis quibusdam Suetonianis una cum Aristophaneis in codicibus Athoo et Laurentiano inventis, quibus fragmenta e duobus Suetoni libris graece scriptis traduntur, quorum unus περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη alter περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν erat inscriptus (cf. Suid. s. v. Τράγκυλλος). codices ML excerpta Suetoniana arte coniuncta exhibent cum Aristophaneis, ut agmen ducant fragmenta e libro περὶ βλασφημιῶν Tranquillo nomine in M notata (Σουητίνου Τραγκύλλου περὶ βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη), sequantur excerpta Aristophanea, quibus de superiore capite disputavimus, agmen claudant fragmenta e libro περὶ παιδιῶν. atque cum his Suetonianus permulti loci Eustathiani adeo conveniunt, ut Eustathius quin eadem Suetoni librorum excerpta ad manus habuerit dubitari nequeat, etsi ne uno quidem loco Tranquillum nominatim laudat.

Excerpta περὶ βλασφημιῶν quae in Eustathi commentariis leguntur Nauck olim Aristophani Byzantio vindicaverat propter fragmentum Parisinum, cuius extremis glossis quattuor (§ 19—22) idem argumentum tractatur; inscriptio enim fragmenti Parisini Ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους τοῦ περὶ λέξεων διαλαβόντος ad omnes XXII glossas tum referebatur. atque etiam σκινθαρίζειν et ῥαθαπυγίζειν glossas (frg. Par. § 18) capiti περὶ βλασφημιῶν Nauck assignavit. nunc vero libro Parisino accuratius inspecto constat illam inscriptionem ad paragraphos 1—17 tantum pertinere, glossis 18—22 nomen Suetoni Tranquilli olim fuisse praepositum (cf. Fresenius p. 76)[89]); glossae autem σκινθαρίζειν et ῥαθαπυγίζειν non ut § 19—22 e libro περὶ βλασφημιῶν sed e libello περὶ παιδιῶν excerptae sunt.

I. Περὶ βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη.

Huius libri Suetoniani, priusquam excerpta M vulgarentur, nihil erat cognitum nisi titulus (ap. Suid. s. v. Τράγκυλλος) et una glossa (ap. Et. Mg. 151, 35) ἀρχολίπαρος· ὁ λιπαρῶν, ἵνα ἀρχῆς τύχῃ· ἢ ὁ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενος· οὕτω Τραγκύλλων περὶ βλασφημιῶν. quae cum eisdem verbis apud Eust. p 210, 47 legatur, Suetonium Eustathi auctorem fuisse facile conici potuit. quae coniectura excerptis M, ubi eadem glossa exstat, confirmata est. sed apud Eustathium Suetoni glossae observationesque per totum commentarium dispersae leguntur, ut inde consilium ac dispositionem libelli Suetoniani nullo modo cognoscas. atque haec maxima est utilitas codicis M, quod singulorum capitum titulos exhibet. Tranquillus enim, praefatione qua de Homericis conviciis disputavit praemissa,

[89]) Vestigia illa nominis Suetoni Boissonade qui primus frg. Par. edidit neglexerat, ante eum reppererat Boivin, qui codicem sic descripsit (cf. Fabric. Bibl. Gr. X 486): '... Varias dictiones annotatas ex Plutarcho, ex Aristophane Byzantio τοῦ περὶ λέξεων διαλαβόντος. Ex Tran...': quae sagaciter supplevit Fabricius: 'puto e Tran(quillo)'.

cetera secundum varia hominum βλασφημουμένων genera in capita disposuerat, quorum M exhibet quattuordecim sic inscripta: 1. Ἐπὶ ἀνδρῶν ἀκολάστων. 2. Ἐπὶ γυναικῶν. 3. Ἐπὶ ἐκδεδιητημένων καὶ ἐξηταιρημένων ἀρρένων. 4. Εἰς πονηρούς. 5. Εἰς ἀλαζόνας. 6. Εἰς ἀγοραίους καὶ πολυπράγμονας καὶ φιλεγκλήμονας. 7. Εἰς μωροὺς καὶ εὐήθεις. 8. Εἰς πρεσβύτας. 9. Εἰς ἀγροίκους. 10. Εἰς εὐτελεῖς στρατιώτας. 11. Εἰς ἁπλήστους. 12. Εἰς δούλους. 13. Βλασφημίαι ἀπὸ ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δήμων. 14. Βλασφημίαι ἀπὸ ἀριθμῶν.

In libris ML excerpta Suetoniana pari neglegentia atque Aristophanea scripta sunt. permultis locis meras glossas legimus omissis vocabulorum interpretatione et origine, scriptorum testimonia magna cum diligentia, ut videtur, a Suetonio enotata pleraque desunt. Fragmentum Parisinum sex tantum glossas servavit: Κήλων (1.), κέπφος, ἄγγαρος (7.), τρίπρατος (12.), τριπέδων, τρίδουλος (14.). Eustathius omnium (excepto decimo) capitum glossas quasdam ita illustravit vel memoravit, ut plerumque excerptum ML suppleat, cum glossarum enarrationes observationesque adiectas et scriptorum locos accuratius descripserit. Suetonium vero tot locis a se adhibitum esse noluit profiteri, plerumque Suetoniana tamquam sua profert, saepe more suo τοὺς παλαιούς laudat vel similibus formulis utitur.[90])

Convicia Homerica ML proferunt duodecim, Eustathius unum ἅλιος e Suetonio deprompsit p. 441, 29 ἰστέον δὲ καὶ ὅτι βλασφημίας μόριον παλαιός τίς φησι καὶ τὸ ἅλιος ῥηθὲν παρὰ τὴν ἅλα, ἧς τὸ ὕδωρ εἰκαῖόν τι ἐδόκει, πρὶν ἢ τὰς νῆας ἐφευρεθῆναι.[91]) reliqua ubi interpretatur, scholia adhibuisse putandus est.[92]) Suetonius enim de his vocibus Homericis explicandis cum scholiis fere convenit. sed notandum, eum non Aristarchum sequi sed quibus adversari solet Aristarchus glossographos: ἁπτοεπής scribit Suetonius, ἁπτοεπές Aristarchus (schol. Θ 209 coll. Et. Mg. 133, 43. Apoll. lex. Hom. 40, 16); μολοβρόν Suetonius explicat eodem modo quo Neoptolemus glossographus (Eust. p. 1817, 21 coll. schol. ρ 219. Apoll. lex. 113, 25); item in voce κέρα ἀγλαέ interpretanda Suetonius glossographos sequitur, quos acerrime impugnat Aristarchus (schol. Λ 385. Apoll. lex. 98, 11).

1. Ἐπὶ ἀνδρῶν ἀκολάστων. M exhibet glossas κήλων, οἰφόλης, Τιτάν, λάγνης, μάχλος, Πάν, Κένταυρος. quibus ex Eustathio addendae sunt φιλοίφας (Eust. p. 1597, 27) et λάσταυρος.

---

[90]) Omnes fere glossas Suetonianas cum locis Eustathianis post Nauckium et Millerum composuit Fresenius in appendice commentationis suae (p. 129—146). — [91]) Notandus est mirus consensus qui est inter M et Et. Sorb. (Gaisf. Et. Mg. 64, 34):

Et. Sorb. ἅλιον τὸ μάταιον ἀπὸ τῆς ἁλὸς [γενικῆς] ἐν οὐδενὸς λόγου (sic) κειμένη(ς) πρὸ τῆς τῶν νηῶν εὑρέσεως. τὸ γὰρ τῆς θαλάσσης ὕδωρ ἄχρηστον.	M ... ἅλιον τὸν μάταιον ἀπὸ τῆς ἁλὸς ἐν οὐδενὶ λόγῳ κειμένης πρὸ τῆς τῶν νηῶν εὑρέσεως.

[92]) De Eust. p. 1757, 50 (τρώκτης) Fresenius dubitavit; cf. schol. ξ 289. Apoll. lex. 155, 34.

dubitare non debebat Fresenius (p. 131 n. 7) λάcταυροc glossam Suetonio tribuere; artissime enim coniuncta est cum Κένταυροc glossa apud Eust. p. 527, 45 . . . ὅθεν ἡ κωμικὴ βλαcφημία κενταύρουc ἔπαιζε τοὺc αἰcχρῷ ἔρωτι κεντοῦντας ταῦρον ὅπερ ἐcτὶν ὄρρον [ἀφ' οὗ τὸ ὀρρωδεῖν], ἔτι δὲ καὶ λαcταύρουc τοὺc πάcχοντας ὡc οἷον λαcιοταύρουc ἤγουν δαcεῖc τὸν τοιοῦτον ταῦρον.[93]) verbis ἡ κωμικὴ βλαcφημία Suetonium significari certissimum est: cf. p. 518, 44 . . . ἡ δὲ τὰ τοιαῦτα μεθοδεύουca βλαcφημία κτλ., p. 827, 30 ἡ δὲ τοιαῦτα νομοθετήcaca βλαcφημία κτλ. breviter λάcταυροc memoratur p. 259, 4. 361, 8. 881, 23. veriloquium num Suetoni sit potest dubitari (cf. Curtius Etym.[4] p. 363).

2. Ἐπὶ γυναικῶν. Recensentur in M meretricum (nam de his agitur) convicia tredecim, quorum tribus tantum (καcαλβάc, χαλιμάc, λύππα) interpretatio adiecta est. accedunt ex Eustathio fere totidem. plures huius capitis glossas una congessit Eust. p. 1088, 35. 1329, 32. 1921, 58, sed singulis locis diversum ordinem sequitur. Suetonius autem βλαcφημίαc huius capitis certo quodam ordine tractavit, cuius rei testis est Suidas, qui partem huius capitis Suetoniani (nescio unde) descripsit s. v. μυcάχνη· ἡ πόρνη παρὰ Ἀρχιλόχῳ· καὶ ἐργάτιc καὶ δῆμοc[94]) καὶ παχεῖα. Ἱππῶναξ δὲ βορβορόπιν[95]) καὶ [ὡc? cf. Eust. p. 862, 44. 1329, 32] ἀκάθαρτον ταύτην φηcίν ἀπὸ τοῦ βορβόρου. καὶ ἀναcυρτόλιν ἀπὸ τοῦ ἀναcύρεcθαι. Ἀνακρέων δὲ πανδοcίαν καὶ λεωφόρον καὶ μανιόκηπον· κῆποc γὰρ τὸ μόριον. Εὔπολιc (δὲ) εἰλίποδαc ἀπὸ τῆc εἰλήcεωc τῶν ποδῶν τῆc κατὰ μῖξιν. quibus cum Eust. p. 1329, 33 comparatis apparet partem capitis secundum auctores glossarum fuisse dispositam (cf. Fresenius p. 62). igitur auctores habemus

Archilochum glossarum μυcάχνη ἐργάτιc δήμιοc παχεῖα,

Hipponactem glossarum βορβορῶπιc ἀναcειcίφαλλοc ἀναcυρτόλιc,

Anacreontem glossarum πανδοcία λεωφόροc πολύυμνοc μανιόκηποc,

Eupolidem glossae εἰλίπουc,

Anonymum quendam glossae χαλκιδῖτιc (Eust. p. 1329 . . . ἄλλοc δέ τιc χαλκιδῖτιν). vocem χαλκιδῖτιc, quam omisit Suid. s. v. μυcάχνη, transcripsit s. v. χαλκιδῖτιc· [παρὰ Ἰωcήπῳ][96]) ἡ πόρνη, ἀπὸ τῆc εὐτελείαc τοῦ διδομένου νομίcματοc (= Eust. p. 1329). praeterea Suidas ex Suetonio videtur habere glossas φορβάc et χαλιμάc: Suid. φορβάδων· . . . καὶ φορβάc, ἡ πολλοῖc προcομιλοῦca τροφῆc χάριν (= Eust. p. 1088, 35. 539, 13); Suid. χαλίμα (χαλι-

---

[93]) Sequitur κύνειρα glossa et ipsa Suetoniana. — [94]) δῆμοc exhibent M Eust. Suid.: δήμιοc probabiliter coniecit Küster. — [95]) βορβορόπιν Suid., βορβορόπην Eust., βορβορώπη M. scribendum est βορβορῶπιc, quod Toup Emend. II 501 proposuit; formam neutram praebet Hesych. βορβορωπόν. cf. βλοcυρωπόc — βλοcυρῶπιc. — [96]) Nomen poetae in codice videtur non perspicuum fuisse; itaque Eust. ἄλλοc δέ τιc scripsit, Suidas (vel eius librarius quidam), ne teste glossa careret, παρὰ Ἰωcήπῳ addidit.

μάς leg.]· ἡ πόρνη, ἀπὸ τοῦ χαλᾶcθαι τὸ cῶμα ὑπὸ μέθης ἢ μανίας (= M. cf. Eust. p. 1471, 3).

Primam huius capitis glossam M exhibet μιcήτη, interpretationem vero omisit. Eustathi locus (p. 1650, 63) cui auctori tribuendus sit, ambigitur: Nauck Aristophani Byzantio eum vindicaverat (p. 169), Naber (Phot. Proleg. p. 76) Aelium Dionysium eo loco Eustathi auctorem fuisse statuit, Fresenius (p. 69) Suetonium. itaque locum accuratius inspiciamus oportet.

Eust. p. 1650, 63 ... αὐτὸ δέ γε τὸ μιcεῖν κοινότερον ἐπὶ τοῦ ἐχθραίνειν τεθὲν ἡ κωμικὴ cεμνότης ἐπὶ μίξεων ἔθετο ἀcέμνων. Ἀριcτοφάνηc γοῦν μιcητίαν ἐπὶ κατωφερείας ἔφη ἤγουν ῥοπῆς ἀcχέτου τῆς περὶ μίξεως. ἄλλοι δὲ μιcήτην βαρυτόνως πρὸc διαcτολὴν τῆς ὀξυτονουμένης τὴν κοινὴν καὶ ῥᾳδίαν, λέγοντεc καὶ χρῆcιν αὐτῆc εἶναι παρὰ Κρατίνῳ καὶ Cώφρονι. χρᾶται δ' αὐτῇ καὶ παροιμία ἐν τῷ 'περὶ cφυρὸν παχεῖα μιcήτη γυνή' (Archil. frg. 185). καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. vocem μιcητία similiter interpretatur schol. Ar. Av. 1620 μιcητίαν δὲ οἱ μὲν περὶ Ἀριcτοφάνη τὴν εἰc τὰ ἀφροδίcια ἀκραcίαν. καὶ τὸ 'περὶ cφυρὸν παχεῖα μιcήτη γυνή' οὕτωc ἐξηγοῦνται. μήποτε μέντοι γενικώτερόν ἐcτιν ἀπληcτία, ὃ καὶ νῦν ἐμφαίνεται. propter scholiastae verba οἱ μὲν περὶ Ἀριcτοφάνη Nauck Eustathi locum Aristophaneo capiti περὶ βλαcφημιῶν adscripsit (frg. XVIII). at Aristophanes Byzantius non scripsit περὶ βλαcφημιῶν. itaque observationem a scholiasta traditam ad λέξειc Aristophanis non referendam iudico, si Aristophanes grammaticus intellegendus est. apud Eustathium certe de grammatico cogitari posse nego. Aristophanes Byzantius ab Eustathio Ἀριcτοφάνηc ὁ γραμματικόc ubique appellatur. atque hoc loco verba ἡ κωμικὴ cεμνότης ἔθετο ... Ἀριcτοφάνηc γοῦν κτλ. meo quidem iudicio omnino vetant alium intellegi nisi Comicum. observatio non ea est, quam Eustathio ipsi non tribuamus. nam Aristophanem poetam ille secundum Homerum maxime adamabat et lectitabat, quod loci innumeri testantur ubi ὁ κωμικόc ad partes vocatur. vocabulum μιcητία autem bis usurpavit Aristophanes, Av. 1620. Plut. 989.[97]) at dixerit quispiam, verbis quae sequuntur ἄλλοι δὲ (scil. γραμματικοί) κτλ. demonstrari praecedentibus quoque grammaticum esse intellegendum. sed qui Eustathi in talibus neglegentiam norunt, ista re sententiam meam non refutari concedent. confusiones scriptorum et grammaticorum haud raro apud nostrum invenias. duo exempla affero: p. 1395, 49 ... ἐκεῖθεν καὶ ὀβρίκαλα παρὰ Αἰcχύλῳ λεόντων cκυμνία τὰ δηλαδὴ καὶ ὄβριμα καὶ καλά. ἕτεροι δέ φαcιν, ὅτι τε ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα λεόντων καὶ λύκων cκυ-

[97]) Fresenius (p. 70) putat Eustathium ea quae de μιcητία voce dicat e schol. Ar. descripsisse, sed ipse sibi repugnat, cum Eustathi illud Ἀριcτοφάνηc ad Comicum, scholiastae verba οἱ περὶ Ἀριcτοφάνη ad grammaticum spectare iudicet. Eustathium a schol. non pendere verborum discrepantia docet.

μνία. p. 1625, 13 οἱ δὲ παλαιοὶ τὸν τοιοῦτον ταρσὸν καὶ ταρρὸν λέγουσιν, οἱ μεθ' Ὅμηρον δηλαδή, ἐν οἷς καὶ ὁ κωμικός, οἳ καί φασιν, ὅτι ταρρὸς τὸ τυροκομεῖον. — iam quaeritur unde verba ἄλλοι δὲ κτλ. hauserit Eustathius. est quaedam similitudo inter Eustathium et Photium (s. v. μιςήτη), sed magis concinunt Photius et Hesychius:

Phot. (Suid.)[98]) μιςήτη· τὴν καταφερῆ μιςήτην ἔλεγον, (οὐ παρὰ τὸ μῖcoc ἀλλὰ παρὰ τὸ μίcγecθαι)· τὸ γὰρ μῖcoc [οὐκ] ἄποθέν ἐcτι τοῦ μιαίνecθαι· ὃ γὰρ μιcεῖται, μεμόνωται καὶ ἀμιγές ἐcτιν· (ἀλλ') οἱονεὶ μιcγητήν τινα οὖcαν, ὃ καὶ βέλτιον. καὶ τὸ ἐν παροιμίας δὲ μέρει λεγόμενον 'περὶ cφυρὸν παχεῖα μιςήτη γυνή' κατά τι τοιοῦτο εἰρῆcθαι δοκεῖ. καὶ ὁ Κρατῖνός που τοῦτ' ἔφη 'μίcηται δὲ γυναῖκες ὀλίcβοιcι χρήcονται' (Mein. Com. II 202). τὸν δὲ ἁπλῶc μιcητὸν τὸν ἀνίκανον λέγει [λέγουcιν f.]. μεταφορικῶc δὲ καὶ ἐπὶ τῆc ἀπλήcτου κατὰ τὴν τροφὴν ἡ λέξιc τίθεται.

Hesych. μιςήτην· τὴν καταφερῆ λέγουcι μιςήτην· 'μίcηται δὲ γυναῖκες ὀλίcβοιcι χρήcονται'. τὸν δὲ ἁπλῶc μιcητὸν τὸν ἀνίκανον. ἢ ἄπληcτον τῇ τροφῇ.

Photius et Hesychius sine dubio ab eodem auctore pendent, sive Photius ipse Diogenianum exscripsit accuratius quam Hesychius sive Diogenianus et Photi auctor ex eodem fonte hauserunt. Eustathium vero indidem sua habere ac Photium, concedere non possum Nabero nimis audacter affirmanti (Proleg. p. 77): 'vides Eustathium sequi eundem atque Photium, quem facile intelligimus esse Dionysium'. discrepant enim Photius et Eustathius hisce: a Photio non laudatur Sophro, non notatur discrimen vocabulorum μιcητή et μιςήτη, Eustathius ignorat monstruosum illud veriloquium vocis μιςήτη eiusque alteram significationem (ἄπληcτoc), nihil dicit de μιcητός. verborum μιςήτη et μιcητή differentiam observavit Trypho ap. Ammon. p. 94 (Et. Gud. 395, 23) μιcητὴ καὶ μιςήτη διαφέρει παρὰ τοῖc Ἀττικοῖc, ὥc φηcι Τρύφων ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆc προcωδίαc· ἐὰν μὲν γὰρ ὀξυτονήcωμεν, cημαίνει τὴν ἀξίαν μίcουc, καθὰ καὶ ἡμεῖc ἐν τῇ cυνηθείᾳ προφερόμεθα, ἐὰν δὲ βαρυτονήcωμεν, τὴν καταφερῆ πρὸc cυνουcίαν. τὴν δὲ διαφορὰν τῶν cημαινομένων καὶ παρὰ Δωριεῦcί φαcι φυλάττecθαι καὶ παρ' Ἴωcι. Aelium Dionysium Naber contendit usurpasse Tryphonem. equidem non video, unde eluceat locum Photianum fluxisse e Tryphone. differentiam a Tryphone observatam praeter Ammonium unus commemorat Eustathius, non exhibent schol. Aristoph. Hesychius Photius. iam si Hesychium Photiumque coll. schol. Ar. a Didymo hoc loco pendere statuimus, Eustathi auctor Didymi glossam et Tryphonis observationem videtur conflasse. testimonia Trypho indidem videtur habere ac Didymus:

[98]) Photi locum corruptum edidit Naber, quem non vidisse miror Photium e Suida esse supplendum: verba uncis ( ) inclusa e Suida addidi, οὐκ notavi.

nam verbis παρὰ Δωριεῦcι Sophronem, παρ' Ἴωcι Archilochum significari apparet. Aristophanes Byz. num utriusque auctor sit (Naber Proleg. p. 77), valde dubito, quoniam scholiasta Aristophanis, etiamsi verbis οἱ περὶ Ἀριστοφάνη Aristophanem grammaticum significari concedamus, tantum de μιcητία voce quid Aristophanes iudicaverit (non de μιcήτη) adnotat. Aelius Dionysius autem, si Photius eum hoc loco adhibuit, non a Tryphone[99]) sed a Didymo pendet. Eustathius Aelium Dionysium hoc loco non secutus est. itaque facile crediderim cum Fresenio hunc locum Eustathianum ad Suetoni περὶ βλαcφημιῶν librum esse referendum, etsi pro certo affirmari non potest.[100])

Confidentius κύνειρα glossam a Fresenio omissam Suetonio tribuere mihi videor. tribus locis ab Eustathio commemoratur, bis una cum aliis glossis Suetonianis: Eust. p. 527, 45 (v. sup. p. 329) ὅθεν ἡ κωμικὴ βλαcφημία κενταύρους ἔπαιζε . . . ἔτι δὲ καὶ λαcταύρους . . . ἡ δ' αὐτὴ καὶ παρὰ τὸν κύνα παίζει τὴν κύνειραν, περὶ ἧc ἀλλαχοῦ δηλοῦται. p. 1821, 52 postquam de μύζουριc glossa disputavit, sic pergit: ὡc δὲ καὶ κύων ἐπὶ μορίου θήλεος[101]) κεῖται, ἡ εἰρηcομένη κύνειρα δηλοῖ, et p. 1822, 15 ὡc δὲ κύων καὶ τῇ κωμῳδίᾳ ἐνέπηξε cκῶμμα γυναικεῖον, τὴν εἰρημένην κύνειραν, ἤγουν τὴν τὸν κύνα εὐρύουcαν [ὅπερ ἐcτὶ ἐφελκομένην] . . ., παλαιὰ χρῆcιc δηλοῖ ἐμφαίνουcα πρὸc ὁμοιότητα τοῦ κυνόcουρα εἰρῆcθαι τὸ κύνειρα.

Nullius auctoris excerpta suis commentis nugisque magis Eustathius corrupit quam Suetoni. etenim more aetatis suae maxime delectabatur etymologiis verborum excogitandis. quae Eustathi aliorumque hominum Byzantinorum commenta a veterum grammaticorum fragmentis ab illis traditis secernere non facile est, quoniam ne Alexandrinos quidem grammaticos veriloquiis abstinuisse et ipsos multa in iis iocose commisisse constat. Suetonius cum omnium maledictorum origines investigare sibi proposuisset, plurimis glossis veriloquia adscripsisse putandus est. hinc elucet quam facile fuerit Eustathio Suetonianam doctrinam inquinare suis commentis. horum studiorum archiepiscopi Thessalonicensis exemplum famosum suppeditat glossa huius capitis καcαλβάc, quod unum pro multis proferre liceat: καcαλβάc M derivat ἀπὸ τοῦ καλεῖν καὶ cοβεῖν.[102]) aliter Eust. p. 741, 28 τὴν δὲ αὐτὴν καcωρίδα καὶ καcωρῖτιν ἔλεγόν τινεc καὶ καcαλβάδα παρὰ τὸ κάcαι καὶ τὸ ἄλλοc καὶ τὸ βάζειν, οἱονεὶ

---

[99]) Quantum igitur Naberi coniecturae de Tryphone medio inter Aristophanem et Aelium Dionysium tribuendum sit, facile apparet. ab hoc enim loco profectus est (v. sup. not. 78). — [100]) Fortasse Eustathius verba βαρυτόνωc πρὸc διαcτολὴν τῆc ὀξυτονουμένηc de suo adiecit: tum Eustathi auctor (Suetonius) ab uno Didymo pendet i. e. ab eodem a quo Hesychius et Photius. — [101]) Immo ἀνδρείου. cf. Hesych. Phot. s. v. κύων. Et. Mg. 549, 27. — [102]) Veriloquium Suetonio esse antiquius docent schol. Ar. Eq. 355 Eccl. 1106 Hesych. s. v. Et. Mg. 493, 28.

ἡ ἐν τῷ κοσμεῖσθαι ποτὲ μὲν ἄλλον ποτὲ δὲ ἄλλον βάζουσα ἤγουν φωνοῦσα καὶ καλοῦσα εἰς ἑαυτήν. ἐλέγετο διὰ τὴν τοιαύτην καὶ τὸ λοιδορεῖν κασαλβάζειν. οἱ δὲ γράφοντες καλσαβάς φασιν ὅτι ἴσως ἀπὸ τοῦ καλεῖν εἰς ἑαυτὴν καὶ σοβεῖν τοὺς ἐραστάς. nec de priore monstruoso veriloquio nec de scriptura καλσαβάς alibi quicquam inveni, sunt documenta ingenii Eustathiani. vulgaris illa derivatio ἀπὸ τοῦ καλεῖν καὶ σοβεῖν quamvis ridicula sit, tamen non offendit veteres, Suetonium Diogenianum scholiastam Aristophanis nec Etymologum. at bonum Eustathium offendit, qui optime in talibus exercitatus magis illam convenire animadvertit vocabulo καλσαβάς quam κασαλβάς. itaque si formam καλσαβάς tamquam alteram lectionem memorasset, etymologiam illam lectoribus probabiliorem se redditurum speravit. sed κασαλβάς ne veriloquio careret, novum effinxit ipsius ingenio dignum παρὰ τὸ κάσαι καὶ τὸ ἄλλος καὶ τὸ βάζειν.[103]) atque hoc loco Eustathium falsarium deprendimus testimonio codicis M ducti, idem aliis locis fieri potest. etiam ubi ML nos deficiunt, multis locis Eustathi aliorumque commenta e Suetonio removere licet veterum lexicorum testimoniis comparatis.

3. Ἐπὶ ἐκδεδιητημένων καὶ ἐξηταιρημένων ἀρρένων. Tredecim glossas exhibet M, quarum quattuor Eustathius omittit (βάκηλος, σχινοτρώξ, δειςσάης, χαλαίβασις); duas vero addit ἄστυτος (et Ἀστυάναξ p. 862, 41. 656, 63. 849, 53. 1283, 24), κολλοποδιῶκται (p. 1915, 14).

Ἀρρενώπαν Eust. p. 827, 29. 1412, 31 interpretatur τὸν ἀνδρόγυνον. paulo aliter p. 1571, 43 οὔπερ (scil. εἰδομαλίδου) ἀνάπαλιν ἔχοι ἂν ὁ παρὰ τῷ Κρατίνῳ ἀρρενώπας, τὰ μὲν ἄλλα γύνις ὤν, ἔχων δέ τι ἀνδρόμορφον. οἱ δὲ τοιοῦτοι καὶ ἀνδρόγυνοι λέγονται. haec quoque quin a Suetonio habeat Eustathius, propter εἰδομαλίδης glossam et Suetonianam formam ἀρρενώπας dubitari nequit. itaque Suetonius Suidae quoque auctor putandus est, qui eadem scribit s. v. ἄρρεν· ... καὶ ἀρρενωπὸς ὁ ἀνδρόγυνος. [καὶ ὁ ἀνδρεῖος ὁ στερρός]. λέγουσι δὲ οὕτω τὰ μὲν ἄλλα γύνιδας, ἔχοντας δέ τι ἀνδρόμορφον. cf. Nauck p. 167. idem vocabulum quarto loco commemorat p. 1490, 23 ... καὶ τὸ ἀνδρογύνοις, οἳ

---

[103]) Huius rationis fontes suos tractandi simile exemplum praebet Eustathius p. 729, 24, ubi Aristarchi interpretatione versus Homerici Θ 555 enarrata (cf. schol. A ad h. v.) sic pergit: τινὲς δέ, ὡς ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου φέρεται, διχοτομήσαντες τὴν σελήνην ἐν τῷ φαεινὴν τὸ μὲν φάει παρώξυναν τὸ δὲ νῆν περιέσπασαν εἰπόντες τὴν τῷ φάει νῆν ὅ ἐστι νέην ἤγουν ἄρτι φωτίζεσθαι ἀρξαμένην, ὅτε αὐτῆς ἀμυδρῆς φαινούσης ἀριπρεπῆ τὰ ἄστρα φαίνεται. nihil usquam de hac scriptura φάει νῆν traditur (scholiasta L, qui idem narrat, ab Eustathio descripsit); equidem non dubito quin commentum sit Eustathi ipsius, cuius ansam dedit hoc scholion vetustum in VB traditum: οἱ μὲν τὴν ἄρτι φαίνεσθαι ἀρχομένην οἷον νέαν ἐν τῷ φάει ..., οἱ δὲ τὴν φύσει φαεινήν κτλ. eadem ni fallor Eust. apud Apionem et Herodorum invenit, sed verba οἷον νέαν ἐν τῷ φάει meram esse interpretationem poetae verborum cum non perspiceret, absurdam illam lectionem φάει νῆν effinxit.

καὶ ἀρρενόπαιδες λέγονται. ἀρρενόπαιδες corruptum est ex ἀρρενωπάδες. Suetonius autem scripsit ἀρρενῶπαι. itaque hoc loco Eust. non Suetonium sed lexicon rhetoricum ni fallor inspexit. Hesychius certe et lex. Bekk. formam ἀρρενωπάς exhibent: Hesych. ἀρρενωπάδες· ἀνδρόγυνοι. lex. Bekk. 466, 24 ἀρρενωποὺς καὶ ἀρρενωπάδας τὰς γυναῖκας [τοὺς γύνιδας f.] καλοῦσιν. Nauck p. 166 n. 6 apud Eust. p. 1490, 23 ἀρρενῶπαι δὲ legendum proposuit: neque enim ἀρρενωπάδες utpote femininum ferri posse. at si ἀρρενωπάς feminium esset, Hesychius non debebat ἀνδρόγυνοι interpretari; et lex. Bekk. ἀρρενωπούς et ἀρρενωπάδας idem significare docet.

Κόλλοψ κολλοποδιῶκται ἐκδρομάδες glossas una profert Eust. p. 1915, 14; sicuti p. 971, 39 longius excerptum Aristophaneum cum Suetoni de τηθαλλαδοῦς vocabulo verbis quibusdam miscuit (v. sup. p. 317), ita hoc loco excerpto Suetoniano fragmentum Aristophaneum immiscuit: p. 1915, 7 κόλλοψ primum illustrat e scholiis Homericis (φ 407), e Pausaniae et alterius cuiusdam lexicis, deinde p. 1915, 14 ad Suetonium transit verbis ἄλλοι δὲ γράφουσιν οὕτως (cf. Fresen. p. 70); ex eodem sine dubio descripsit verba (in M omissa) καὶ κολλοποδιῶκται οἱ ἄγριοι περὶ τὰ τοιαῦτα. tum Aristophanem laudat ἐν δὲ τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους φέρεται ταῦτα· κόλλοπα κτλ. (quae ad caput περὶ τῶν ὑποπτευομένων pertinent); Eubuli versus ab Aristophane laudatus desinit in verba 'ἐς τοὺς κόλλοπας τοὺς ἐκδρομάδας': iam adiungit Eust. vocis ἐκδρομάδης interpretationem οἵπερ εἰσὶν οἱ, ὡς ἐρρέθη, ἀκολασταίνοντες ὑπέρακμα, λεγόμενοι ἐκδρομάδες ὡς παραδεδραμηκότες τὴν ὥραν καὶ ἀνάπαλιν ὄντες τοῖς πρῶτον ὑπηνήταις, quam nec Aristophanis nec Eustathi (Nauck p. 170 n. 5) sed Suetoni esse testatur M: ἐκδρομάδης [ἐκδρομάς l.]· ὁ παραδεδραμηκὼς τὴν ὥραν.

Βροτολοιγός glossam sic interpretatur Eust. p. 518, 41 καὶ ὅτι βροτολοιγὸς κοινότερον μὲν ὁ ἀνδροφόνος. [δύναται δέ ποτε σκωφθῆναι τοιοῦτος καὶ ὁ ἄτεχνος ἰατρός]. ὁ δὲ κωμικός, φασι, βροτολοιγὸν ἰδίως που ἔφη τὸν καὶ αἰσχρολοιχὸν λεγόμενον [κατὰ ἀναλογίαν τοῦ ματιολοιχοῦ], διὰ τὸ τοὺς τοιούτους παραιτίους γίνεσθαι τοῦ μὴ κύειν γυναῖκας [καὶ οὕτως ἐπ' ὀλέθρῳ βροτῶν εἶναι]. M breviter explicat βροτολοιγός· οἱονεὶ βροτοφθόρος. Lobeck (Phryn. p. 573) 'Comicum βροτολοισχόν (fellatorem) ut intellegi voluisse ita scripsisse' credidit. quam coniecturam Fresenius (p. 134 n. 13) probare noluit et Suetonium βροτολοιγός scripsisse sibi persuasit, quod 'verba Eustathiana καὶ οὕτως ἐπ' ὀλέθρῳ βροτῶν εἶναι respondent excerpti M verbis οἱονεὶ βροτοφθόρος'. neuter videtur perspexisse, quid verbo βροτολοιγός significare voluerit Comicus, quid interpretatione βροτοφθόρος Suetonius. iure Lobeck in βροτολοιγός offendit; neque enim perspicuum, quomodo is qui homines pessumdet idem sit quod αἰσχρολοιχός. sed quod ille coniecit βροτολοισχός quid significet, ego non intellego. βροτολοιγός rectum est, modo iuste explicetur. videbimus infra

plurimis glossis cum Suetonio convenire Hesychium atque alterum suppleri ab altero. Hesychius autem hoc tradit: βροτολοιγός· ἀνθρωποκτόνος. αἱμοφθόρος. videsne eandem esse Suetoni eandem Hesychi interpretationem? nempe ὁ βρότος idem est quod αἷμα. iam res manifesta est: Homerus et Aeschylus (Suppl. 665) cum Martem βροτολοιγόν appellant, a βροτός vocabulo derivari volunt, Comicus ille cum fellatorem quendam βροτολοιγόν dixit, de βρότος vocabulo cogitavit et cogitari voluit. amant poetae Graeci τὸ ἐτυμολογεῖν. — Eustathi autem verba καὶ οὕτως ἐπ' ὀλέθρῳ βροτῶν εἶναι, si modo recte disputavi, excerpti M verbis οἱονεὶ βροτοφθόρος non respondent, sed ea obscurant et in errorem ducunt: Eustathius illa de suo adiecit, ut Suetoni interpretationem βροτοφθόρος, cuius veram significationem non perspexit, circumscriberet.

Ad hoc caput satis probabiliter coniecit Fresenius referendas esse glossas κυβάλης et σποδόρχης ab Eustathio p. 1431, 46 memoratas.

4. Εἰς πονηρούς. Triginta quinque glossas exhibet M, viginti tres Eustathius, viginti duas L. ἀλάστωρ glossam, quam sic interpretantur ML: ἀλάστωρ· ὁ πράττων τι μὴ δυνάμενον ἐν λιταῖς συγχωρηθῆναι ἢ, ὡς ὁ Χρύσιππος, ἐλάστωρ τις ὢν ἄξιος ἐλαύνεσθαι διὰ φόνον ἤ τι τοιοῦτον. τοιοῦτον δὲ καὶ ὁ ἀλιτρὸς καὶ ὁ ἀλιτήριος, duobus locis Eust. tractavit p. 474, 21. 1415, 17, neutro Suetonium secutus. e lexico rhetorico eum sua habere (cf. Fresen. p. 135 n. 3) elucet comparatis lex. Bekk. 374, 22 Et. Mg. 57, 25. παλαμναῖος vero glossam in ML breviter explicatam (παλαμναῖος· ὁ ἐνεχόμενος μιάσματι) e Suetonio illustrasse mihi videtur Eust. p. 586, 2 παλαμναῖος οὐ μόνον κοινότερον ὁ βριαρόχειρ, ἀλλὰ καὶ ὁ αὐτοχειρὶ κατὰ τοὺς παλαιοὺς φονεύων καί τινι μιάσματι ἔνοχος. [καὶ Ζεὺς δέ, φασι, παλαμναῖος ὁ τοὺς φονεῖς καταρρίπτων. καί τις δέ, φασι, ἀσπὶς παλαμναία ἐκαλεῖτο].[104]) ψογερὰ δὲ λέξις ἀεὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσι [δίχα Διὸς] ὁ παλαμναῖος. concinit Hesych. παλαμναῖος· ... φονεύς, ὁ αὐτοχειρίᾳ τινὰ ἀνελών, ὁ ἐνεχόμενος μιάσματι οἰκείῳ. e lexico rhetorico hunc Eustathi locum non esse depromptum (hoc videbatur Fresenio p. 135 n. 4), Photi s. v. παλαμναῖος discrepantia demonstrat.

Suetonium cum lexico rhetorico quodam conflavit Eust. p. 1864, 22, ubi copiose de Eurybato disputat exempli improbi hominis causa a scriptoribus non nunquam adhibito. cf. Fresen. p. 56 et infra.

Φηλήτης glossam tribus locis memorat Eustathius, quorum nullum Suetonio tribuere ausus est Fresenius (p. 137 n. 3). ac p. 194, 32 quidem vetera in Hesiodum scholia usurpavit (τινὲς τῶν παλαιῶν σχολιαστῶν Ἡσιόδου), p. 781, 12 aut eadem aut Choeroboscum (cf. eius Orthogr. 271, 30. Et. Or. 159, 27. Et. Mg. 794, 1). sed p. 1889, 1 Suetonium crediderim ab Eustathio esse adhibitum:

---

[104]) Verba καὶ Ζεὺς — ἐκαλεῖτο ut aliunde excerpta inclusi, quod a libri Suetoniani consilio abhorrent. cf. Et. Mg. 647, 45.

φηλήτου δὲ τοῦ εἰρημένου χρῆσις μὲν παρά τε Ἡσιόδῳ (Op. 377) καὶ παρὰ Ἀρχιλόχῳ ἐν τῷ 'φηλήτᾳ νύκτωρ περὶ πόλιν πολευμένῳ' (frg. 46) ἤγουν κλέπτῃ νυκτιλόχῳ. quae sequitur etymologiam (παρὰ τὸ ὑφελεῖν) non Suetonio videtur debere, etsi eam Trypho et Herodianus probarunt.

5. Εἰς ἀλαζόνας. Paucas huius capitis glossas congessit Eust. p. 1431, 47: κύβηβος, κάβος, καβάζιος, βάκχος, βαβάκτης, βάβαξ, ἐμμανής, φλέδων. p. 1909, 57 addit Λαπίθης, ἀλαζών. ML glossas κύβηβος, καβάζιος, ἐμμανής omittunt. κύβηβος omittere Fresenius non debebat, quoniam reliquae omnes ut synonyma τοῦ κυβήβου ab Eustathio proferuntur.

6. Εἰς ἀγοραίους καὶ πολυπράγμονας καὶ φιλεγκλήμονας. Docte et copiose de conviciis huius generis Suetonius videtur disputasse. viginti quattuor glossas exhibet M, quibus glossa κρόταλον addenda est ex Eustathio (p. 1471, 4), qui septem omittit (συκοφάντης, Λύκου δεκάς, κόβαλος, κόβακτρος, κομψός, λίσπη, σπάλαθρος). de origine vocabulorum συκοφάντης et Λύκου δεκάς Suetoni enarratio in M excidit. in συκοφάντης glossa lacunam in M vel indicatam legimus: συκοφάντης· ἀπὸ δὲ τῆς περὶ τὸν συκοφάντην ἱστορίας ἐλέγετο ὁ φιλεγκλήμων καὶ συκαστὴς καὶ συκόβιος καὶ συκωρὸς καὶ συκολόγος καὶ συκώδης καὶ συκοσπαδίας. sed supplere licet hoc fragmentum Suetonianum e schol. Ar. Plut. 873, ubi haec leguntur: ὁ συκοφάντης· οὕτω καλοῦνται οἱ ἐπηρεάζοντες ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας· τὸ παλαιὸν ἀπειρημένον ἦν σῦκα ἐξάγειν ἐκ τῆς Ἀττικῆς, τοῦ φυτοῦ κατ' ἀρχὰς θαυμαζομένου. τοὺς πικρῶς οὖν διερευνῶντας τὸ τοιοῦτον οὕτως ὀνομασθῆναι λέγουσιν ἀπὸ τῆς ὀπώρας. παρασχεῖν οὖν καὶ τοῖς ὀπωσοῦν μάτην ἐγκαλοῦσι τὴν ὀνομασίαν, ἅμα καὶ τοῦ φαίνειν τὸ ἐγκαλεῖν ἢ εἰς δίκην εἰσάγειν δηλοῦντος. ὅτι δὲ ἀπὸ τούτων γέγονεν, ἐκ τῶνδε δῆλον· συκαστὰς γὰρ τοὺς φιλεγκλήμονας ἔλεγον καὶ συκοβίους καὶ συκωροὺς καὶ συκολόγους καὶ φιλοσύκους καὶ συκώδεις καὶ συκοσπαδίας, ἴσως ἀπὸ τοῦ πάντας ἐγκλήματα ἐφέλκεσθαι. ad ea Dindorf haec adnotavit: 'scholion recentius — a Ravennate enim et Veneto libris abest — confictum maximam partem ex Et. Mg. s. v. συκοφαντία et συκοφάνται'. recens esse scholion eo confirmatur, quod apud Suidam, quem vetera in Aristophanem scholia fere exhausisse constat; non legitur. sed ex Et. Mg. confictum non est. nam Et. Mg. s. v. συκοφαντία (p. 733, 38) parum cum schol. Ar. concinit, s. v. συκοφάνται autem e contrario Etymologus scholiastam excerpsit, quoniam pauciora exhibet: Et. Mg. 733, 54 συκοφάνται' οἱ ἐπηρεάζοντες· καὶ φαίνειν γὰρ τὸ ἐγκαλεῖν· καὶ συκαστὰς τοὺς φιλεγκλήμονας ἔλεγον καὶ συκοβίους καὶ συκωροὺς καὶ συκώδεις καὶ συκολόγους καὶ φιλοσύκους. scholiasta Aristophanis illa ex ipso Suetoni libro περὶ βλασφημιῶν videtur descripsisse. — de Λύκου δεκάς delatorum convicii origine multa exstant veterum testimonia (maximam partem corrupta), quae omnia ad Eratosthenem reducenda sunt (cf. Bern-

hardy, Eratosthenica p. 214. Stojentin, de Pollucis auctoritate p. 69): Harp. s. v. δεκάζων. lex. Cantabr. s. v. Λύκος ἥρως. lex. rhet. Bekk. 236, 3. schol. Aesch. Tim. 84. Zenob. V 2 (= Hesych. Phot.[2] s. v. Λύκου δεκάς). Pollux VIII 121. Suetoni disputationem nimis decurtatam exhibent ML: Λύκου δεκάς· ὁ προδιδοὺς τὰς ὑποθέσεις συνήγορος. ὁ αὐτὸς καὶ λιθωμότης. λιθωμότης idem significare quod Λύκου δέκας nemo alius tradidit.

In Eustathi locis Suetonio assignandis quam caute agendum sit, exemplum docet glossae ἀρχολίπαρος. conspirant inter se ML Et. Mg. 151, 35. Eust. p. 210, 47. alter vero locus Eustathianus quem apposuit Fresenius, p. 1430, 27, a Suetonio removendus est quippe e lexico rhetorico deductus; magis enim concinit cum Hesychio quam cum Suetonio:

Eust. p. 1430, 27 ἰστέον δὲ ὅτι ... ἀρχολίπαροι οὐ μόνον οἱ λιπαροῦντες, ἵνα ἄρξωσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ λιπαινόμενοι ἐκ τοῦ ἄρχειν.	Hesych. ἀρχολίπαροι· οἱ λιπαροῦντες ἵνα ἄρξωσιν, ἢ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενοι.

Suet. (ML Et. Mg. Eust. p. 210, 47) ἀρχολίπαρος· ὁ λιπαρῶν, ἵνα ἀρχῆς τύχῃ· ἢ ὁ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενος· ὁ αὐτὸς καὶ ἀρχογλυπτάδης ὁ ὡσπερεὶ γλύφων τὰς ἀρχάς.

7. Εἰς μωροὺς καὶ εὐήθεις. Satis bonas huius capitis reliquias habemus apud Eust. p. 1669, 43, ubi quae Suetonius de stultorum conviciis a propriis nominibus derivatis (de Sanna Coroebo Margite aliis) disputaverat congesta sunt. M glossas exhibet sedecim, frg. Paris. duas κέπφος (§ 20) et ἄγγαρος (§ 21). accedunt ex Eustathio λάρος (p. 1522, 55)[105]), Σάννας (p. 1669, 43), Πολύδωρος (ibid.).[106]) omittit Eust. λέμφος[107]), ἄγγαρος[108]), Λάμια.[109])

8. Εἰς πρεσβύτας. Plures huius capitis glossas una congessit Eust. p. 1330, 12. 1431, 39. 1828, 9. viginti septem glossas exhibet M. addit Eust. σορέλλην (p. 1330, 12), omittit Τηθύς, κνίψ.

De Κυβήβη et Τηθύς anuum conviciis in M haec legimus: ... τὴν δὲ γραῦν ὁμοίως δι' ἀρχαιότητα κύβηκα καὶ τηθὺν ἐκάλει (videtur nomen poetae excidisse). pro κύβηκα corrupto Nauck (Mélanges Gréco-Romains III 171) scribendum esse coniecit Κυβήβην, ut 'deum mater' anus iocose diceretur. quae coniectura comprobatur Eustathi loco p. 1431, 39. quem locum utpote maxime memorabilem ad Eustathi rationem illustrandam accuratius tractare liceat:

---

[105]) Λάρος vocabulum apud Eustathium arte coniunctum cum glossis κέπφος ὦτος a Fresenio receptum non esse miror. cf. schol. Luc. Tim. 12. — [106]) Πολύδωρος pro Πολύωρος scribendum est coll. Ael. V. H. XIII 15. post Polydorum de alio quodam loquitur Eust., cuius nomen excidit. fortasse Butalio intellegendus est, cf. schol. Ar. Plut. 990. — [107]) P. 1761, 16 λέμφος Eust. ex Aristophane Byzantio deprompsit. v. sup. p. 290. — [108]) Ἄγγαρος ab Eustathio p. 1854 ex Aelio Dionysio illustratur. — [109]) Λαμνή in M corruptum est: Λάμια scribendum esse probabiliter coniecit Miller. cf. schol. Ar. Pac. 758. Vesp. 1035. Hesych. Phot. s. v.

Eust. p. 1431, 39 Ἰστέον δὲ ὅτι τε τὸ ‘μυρία εἰδέναι’ (β 16) διὰ γήρως πολυπειρίαν οὐκ ἀεὶ ἐπαινεῖται, διότι ἐπί τινων φυσᾷ καὶ ἐπαίρει φρένας. ὅθεν τυφογέροντες οἱ τοιοῦτοι καὶ τῦφοι[110]) καὶ τυφεδανοὶ σκώπτονται, εἰ καὶ ἄλλως τὰ τοιαῦτα συμβιβάζονται διὰ τὸ δεῖν [εἶναι] ἤδη τύφεσθαι τοὺς τοιούτους ἤγουν καίεσθαι νεκρικῶς. ὅθεν καὶ τυμβογέροντες οἱ αὐτοὶ καὶ σορόπληκτοι καὶ σοροπλῆγες. — Καὶ ὅτι ἐκ τοῦ ‘κυφός’ (β 16) [οὗ πρωτότυπον ὁ κέκυφα παρακείμενος] λέγεται σκωπτικῶς [κατὰ συγγένειαν τοῦ φ πρὸς τὸ β] κυβάλης ὁ ὡσπερεὶ κυφός, ἐκ τοῦ κατακύπτειν συχνῶς· ὃν καὶ ἡμίανδρον καὶ ἡμιγύναικα καὶ σποδόρχην ἐβλασφήμουν. — Ἐκ τοῦ αὐτοῦ δέ, φασι, κυφοῦ καὶ Κυβήβα διὰ τοῦ ᾱ ἢ Κυβήβη διὰ τοῦ η̄ ἡ Ῥέα· ἦ, φασιν, ὁ κατεχόμενος ἢ καὶ ἄλλῳ δαίμονι καταχρηστικῶς κύβηβος ἐλέγετο, ὁ καὶ σάβος καὶ σαβάζιος καὶ βάκχος καὶ βαβάκτης καὶ βάβαξ καὶ ἐμμανὴς καὶ φλέδων. sunt excerpta e tribus libelli Suetoniani περὶ βλασφημιῶν capitibus. nullum fere verbum ipsius Eustathi, quamquam plurima sua esse simulat. ac prima quidem verba ἰστέον δὲ ὅτι — φρένας credas ab Eustathio esse praemissa verbis Suetonianis ὅθεν τυφογέροντες κτλ.: immo vero et ipsa Suetoniana sunt ab Eustathio tantum circumscripta et cum interpretatione versus Homerici conflata. Suetonius vocabula τυφογέρων τῦφος (τυφώδης?) τυφεδανός duplici ratione explicavit, aut a verbo τύφεσθαι aut a verbo τετυφῶσθαι derivari iussit. interpretationem posteriorem (verbo τετυφῶσθαι omisso) Eust. cum versu Homerico coniunxit, priorem verbis εἰ καὶ ἄλλως κτλ. adiecit. fideliter Suetoni interpretationem expressit M: τυφογέρων καὶ τῦφος καὶ τυφεδανός· ἀπὸ τοῦ δεῖν τύφεσθαι ὅ ἐστι καίεσθαι· ἢ διὰ τὸ τετυφῶσθαι τουτέστιν ἐπῆρθαι τὰς φρένας διὰ πολυπειρίαν. — tribus aliis senum conviciis τυμβογέρων σορόπληκτοι σοροπλῆγες commemoratis transit Eust. ad poetae verba ‘γήραϊ κυφὸς ἔην’ et ad aliud caput βλασφημιῶν. nam κυβάλης cum per se capiti εἰς πρεσβύτας convenire videatur, tamen ad id referri vetant synonyma quae simul recensentur ἡμίανδρος ἡμιγύναιξ σποδόρχης: omnes quattuor glossae capiti ἐπὶ ἐκδεδιητημένων vindicandae sunt (v. sup. p. 335). — verba ἐκ τοῦ αὐτοῦ δέ, φασι, κυφοῦ ad caput εἰς πρεσβύτας Eust. revertitur, si Naucki coniecturam sequimur. cum Κυβήβη autem cur κύβηβος coniunxerit, per se apparet. at κύβηβος a senum conviciis prorsus alienum est, nec haberemus quo referendum esset, nisi synonyma Eust. adiungeret. quae cum M in capite εἰς ἀλαζόνας proferat, κύβηβος quin eidem capiti ascribendum sit dubitari nequit (v. sup. p. 336).

Perinde atque Κυβήβη anus convicium Τηθύς videtur fuisse; nam et ea θεῶν μήτηρ appellatur: Ξ 201. 202 (ubi cf. schol.) Plat.

---

[110]) Τῦφος a scriptoribus Graecis ubique pro substantivo abstracto sumitur. nescio an τῦφος apud Suetonium corruptum sit pro τυφώδης.

Crat. 402b. Theaet. 180d. cf. Ovid. Fast. II 191. Metam. II 508 (canam Tethyn).

9. Εἰc ἀγοίκουc. Tres tantum glossae huius capitis supersunt in M: ἀγρεῖος, κραδοφάγος καὶ κραδοπώλης. eaedem apud Eust. p. 1409, 63 χρῆcις δὲ ἀγρείου τοιούτου παρὰ τῷ εἰπόντι, ὡς οἱ ἄγροικοι (καὶ ἀγρεῖοι) καὶ κραδοφάγοι λέγονται καὶ κραδοπῶλαι, ὡς ἀπὸ φύλλων καὶ δένδρων ποριζόμενοι. verba καὶ ἀγρεῖοι a librariis omissa addidi.

10. Caput εἰc εὐτελεῖc cτρατιώτας, cuius duas glossas ML exhibent τετρώβολος, διμοιρίτης, apud Eustathium non invenitur.[111])

11. Εἰc ἁπλήcτουc. Omnes huius capitis glossas undecim eodem ordine quo ML descripsit Eust. p. 1837, 39.

12. 14. Εἰc δούλουc et ἀπὸ ἀριθμῶν capita in ML seiuncta ab Eustathio duobus locis conflata tractantur propter simile argumentum, p. 725, 28. 1542, 47. servorum convicia commemorantur cτίγων, πέδων, cτιγματίας, πεδήτης, παλίμβολος, τρίπρατος, numeralia τριcεξώλης[112]), τριπέδων, τρίδουλος, τριcοιζυρός, τριcκεκορημένος, ἑπτάδουλος.

13. Ἀπὸ ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δήμων. Quinque tantum glossas ex hoc capite servant ML Eust. p. 741, 20, tres ἀπὸ ἐθνῶν: κιλικίζειν, αἰγυπτιάζειν[113]), κρητίζειν, unam ἀπὸ πόλεων: λεcβιάζεν, unam ἀπὸ δήμων: αἰξωνεύεcθαι.

Praeter Suetonium num quis περὶ βλαcφημιῶν scripserit non accepimus. verum tamen grammaticum Latinum rem sibi tractandam proposuisse a Graecis hominibus prorsus neglectam quis est qui credat? quamvis concedamus Suetonium fuisse Graecarum litterarum non minus studiosum quam Romanarum, ipsum tamen ad librum suum componendum carmina poetarum lyricorum fabulas comicorum opera philosophorum et oratorum Graecorum evolvisse ac perlustrasse ne speciem quidem habet probabilitatis. an Aristotelis librum περὶ δικαιοcύνης vel Chrysippi philosophi libros a Tranquillo inspectos esse censes? aetas qua floruit Suetonius quam paucos procreavit grammaticos, quos ingenii acumine iudicio doctrina cum aevi Alexandrini

---

[111]) Pausaniae Atticistae nomine tradit Eust. p. 1405, 29 τετρωβόλου βίοc iocose dictum esse ἀντὶ τοῦ cτρατιώτου μιcθός. Suetonius respexit, ni fallor, Ar. Pac. 254 τετρώβολον τοῦτ' ἔcτι, ubi τετρώβολον idem esse quod πολυτίμητον scholia adnotant. — διμοιρίτης illustrant lex. rhet. Bekk. 242, 23 schol. Luc. dial. mer. 9, 5. — [112]) Vocabula τριcεξώλης τριcοιζυρός τριcκεκορημένος composita esse negavit et dirimenda censuit Nauck Ar. Byz. p. 177 (idem ad Soph. Oed. Col. 372). contra disputavit O. Schneider (Jen. Litt. Ztg. 1848 p. 978). cf. Bergk ad Archil. frg. 129. — [113]) Eust. p. 1494, 9 e Stephano Byz. (s. v. Αἴγυπτος) hausit, p. 1484, 27 (ubi αἰγυπτιῶcαι scribendum pro αἰγυπτιάcαι) e lexico rhetorico coll. Suid. lex. Bekk. 354, 13 Et. Mg. 29, 21.

illustribus grammaticis Eratosthene Polemone Aristophane Aristarcho aliis apte comparares? non multa sunt hominum illius aetatis proprii ingenii propriaeque doctrinae documenta. satis illi plerumque habuerunt antecessorum copias exhausisse sparsasque undique congessisse ac lectorum usui accommodasse. nos autem quoniam adversa fortuna veteribus ac primariis fontibus Graecorum eruditionis grammaticae destituti sumus, contenti esse debemus eis quae epitomatorum manibus multifariam mutilata et corrupta aetatem tulerunt. sed nostrum est harum antiquae doctrinae reliquiarum primarios fontes indagare, pristinam librorum condicionem, si licet, restituere, suam cuique auctori observationem reddere, veterum praecepta observationesque liberare ab alienis atque ineptis Byzantinorum hominum additamentis. ac fontes quidem librorum grammaticorum illius aetatis investigare eo est valde difficile, quod in hoc λέξεων eruditionis genere incredibile quantum celeriter epitomatores sese excipiebant. excerpendi consuetudo tam amplum habebat spatium, ut non modo discipulus magistrum verum etiam aequalis aequalem exscriberet.

Agmen epitomatorum ducit Didymus Chalcenterus, qui totam fere grammaticorum Alexandrinorum doctrinam animo comprehendit ac permultis in poetas scriptoresque pedestris orationis commentariis et λέξεων syllogis et libris miscellaneis illustravit. a Didymo omnes fere pendent qui post eum in his studiis versati sunt. in quibus praeter ceteros insignis fuit Pamphilus, qui amplissimum et doctissimum lexicon glossarum et rerum notabilium (περὶ γλωccῶν καὶ ὀνομάτων) κατὰ cτοιχεῖον a Zopyrione quodam coeptum composuit, quod haud multo post a pluribus in epitomen redactum est. quare lexicographi minorum ordinum utrum Didymum an Pamphilum an huius epitomatores adhibuerint, plerumque difficile est intellectu, praesertim cum opus Pamphileum multo rarius diserte laudetur quam expilatum esse videatur.

Suetonius Tranquillus cum graece scriberet de Graecis vocabulis contumeliose usurpatis, quid mirum quod aequalium Graecorum consuetudinem imitatus est? etiamsi titulum libri περὶ δυcφήμων λέξεων ἢ βλαcφημιῶν a Suetonio inventum iudicemns, argumentum certe βλαcφημιῶν procul dubio etiam prius fuit tractatum, ut vix ullam glossam Suetonius primus illustrasse existimandus sit. scripsit Polemo Aristophanis Byzantii aequalis epistulam περὶ ἀδόξων ὀνομάτων (Athen. IX 409d), cuius doctum de παράcιτος nominis usu proprio et ἀδόξῳ fragmentum servavit Athen. VI 234d seqq. (Preller, Polem. frg. p. 114). in excerptis Suetonianis παράcιτος non memoratur, etsi βλαcφημιῶν argumento optime convenit. sed simile vocabulum est τραπεζεύc in carminibus Homericis sine ulla vituperatione de canibus dictum (X 69. Ψ 173. ρ 309): Suetonius τραπεζεύc in convicia εἰc ἀπλήcτουc recepit, nempe quia non nulli contumeliose pro parasito sumebant (velut Aristias Phlias. ap. Athen. XV 686a). consilio tamen Suetonius a Polemone discrepasse videtur. nam cum

Polemo vocabula quaedam, quae aetate sua ἄδοξον significatum accepissent, a veteribus ἀδόξως usurpata non esse demonstraret, Suetonius id egit, ut quae a veteribus poetis et scriptoribus iocose atque obscaene dicta erant congereret disponeret testimoniis ornaret origines obscaenae significationis indagaret.[114]) quod ad consilium efficiendum copiosae quae tum exstabant λέξεων collectiones satis multa suppeditabant. βλασφημίας maximam partem e comicorum poetarum fabulis esse repetitas consentaneum est. comico autem sermoni post Eratosthenem multi operam dederant, quorum observationes Didymus congessit atque iudicavit cum in peculiaribus in singulos poetas commentariis tum maxime in celeberrimo opere λέξις κωμική inscripto. nec minus grammatici Alexandrini et Didymus in lyricorum carminibus et tragicorum fabulis studium collocaverant. oratores quoque Atticos Didymus aliique perpetuis commentariis instruxerant, quibus perlustratis alii lexica rhetorica vel lexica decem oratorum composuerant.

Sed omnium optimum subsidium praebuit Pamphili lexicon praeclarissimum, ubi omnium generum poetarum et scriptorum glossae memorabiles κατὰ στοιχεῖον dispositae videntur illustratae fuisse. altera parte lexici (περὶ ὀνομάτων) res notabiles e variis studiorum generibus, ut ita dicam, encyclopaedica quadam ratione collectae et secundum argumenta erant tractatae.[115]) Pamphili lexicon in epitomen redegit Iulius Vestinus Suetoni fere aequalis, Vestini epitomen Diogenianus haud ita multo post (nam et is Hadriani floruit aetate) in formam etiam breviorem redegit.[116]) qua re facile apparet quanta apud omnes celebritate et auctoritate Pamphili lexicon tum fuerit. itaque ne Suetonium quidem in libris suis quos graece scripsit illud neglexisse cum temporum ratione probabile est tum eo confirmatur, quod Suetonius librum composuit 'Pratum' inscriptum sine dubis exemplum secutus Pamphili, sive eius Λειμών a lexico fuit diversuo sive illius lexici altera pars (περὶ ὀνομάτων).[117]) ac Reifferscheid cum unam certam libri περὶ βλασφημιῶν glossam ἀρχολίπαρος haberet, ea cum Hesychi gl. ἀρχολίπαρος comparata Suetonium Pamphilo usum esse auctore probavit. hac via a Reifferscheidio munita nunc, quoniam certa excerpta libri Suetoniani multo uberiora exstant, longius progredi et quod ille demonstravit iam accuratius

---

[114]) Praeter Suetoni librum cum Polemonis epistula Preller comparavit Dorothei περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων (Phot. Bibl. cod. 156), quo de nihil fere accepimus. huc non pertinent, quos Nauck (p. 164 n.) laudavit, Iubae et Didymi libri περὶ διεφθορυίας λέξεως. cf. M. Schmidt, Didym. p. 15. — [115]) De lexici Pamphilei consilio ac dispositione cf. M. Schmidt, Quaest. Hesych. p. CLXX sqq., Hugo Weber in Philol. suppl. tom. III p. 470 sq. — [116]) Cf. Naber, Phot. Proleg. p. 19. Weber l. l. p. 468. 470. — [117]) Pamphili Λειμών peculiare opus an alterum lexici nomen fuerit, adhuc inter viros doctos non constat: cf. Meier Opusc. II 44. Schmidt l. l. p. CLXXXVI. Weber l. l. p. 474 n. 41. equidem credere malim 'Pratum' alteram lexici partem fuisse appellatam.

comprobare licet. Tranquillum praecipuum auctorem secutum esse Pamphilum comparatio docet cum Hesychio aliisque Pamphili pedisequis instituta.

Constat Diogenianum lexicon totius fere graecitatis composuisse Περιεργοπένητες inscriptum eiusque operis quasi alteram editionem curasse Hesychium Alexandrinum. proclive erat conicere Περιεργοπένητες et Diogeniani epitomen lexici Pamphilei (sive potius Vestinei) idem fuisse opus. et eam coniecturam probare studuerunt F. Ranke in commentatione 'de lexici Hesychiani vera origine et genuina forma' et Mauricius Schmidt in Quaestionibus Hesychianis, quibus assensus est Naber. atqui nec Suidas librum Περιεργοπένητες inscriptum nec Hesychi ad Eulogium epistula Diogeniani Epitomen commemorant. qua re commotus Welcker (Kleine Schriften II p. 542 sqq.) Rankei coniecturae adversatus Diogeniani Epitomen a Suida commemoratam secernendam esse affirmavit ab lexico Περιεργοπένητες inscripto Hesychiani lexici fonte. Welckeri causam suscepit Hugo Weber eamque contra Schmidtium probare studuit ('de Hesychii ad Eulogium epistula', Vimar. 1865. 'Untersuchungen über das Lexicon des Hesych' in Philol. suppl. tom. III (1867) p. 451—624). qua de quaestione quid sentiam, paucis exponam.

Narrat Hesychius in epistula ad Eulogium lexico suo praemissa primum omnium Diogenianum simul omnes omnium poetarum et scriptorum λέξεις secundum unamquamque litteram dispositas collegisse, cum priores lexicographi singulorum tantum poetarum vel poeseos aut pedestris orationis generum λέξεις contulissent, velut alii Homericas alii tragicas alii comicas alii rhetoricas; quorum copiis simul adhibitis Diogenianum lexicon κατὰ στοιχεῖον condidisse totius fere et poeticae dictionis et prosae orationis. haec Weber ab Hesychio e Diogeniani praefatione transscripta esse arbitratur; quare Pamphilum a Diogeniano non memorari miratus rem ita explicandam censet, ut Diogenianus Pamphili ratione non habita Περιεργοπένητες composuerit e Didymi aliorumque λέξεων syllogis peculiaribus; lexicon autem ab Epitome fuisse diversum e diversitate quoque consilii quod Diogenianus (in lexico suo condendo) et eius quod Pamphilus secutus esset efficere studuit. ac non idem fuisse opus lexicon Diogeniani et Epitomen satis bonis argumentis mihi videtur demonstrasse. at Pamphili ab Diogeniano in lexico componendo rationem non esse habitam equidem credere nequeo. nam qui Pamphili librum in epitomen redegisset, eum in altero et simili opere condendo prorsus illum neglexisse veri simile est? quod si fecisset, nonne suum ipsius laborem nihili existimasset? nam equidem Epitomen a Diogeniano prius esse confectam quam Περιεργοπένητες persuasum habeo. Pamphili lexicon, cum propter ingentem amplitudinem esset molestissimum, hominum usui aptius reddere studuit Vestinus, cum quod nonaginta quinque libris Pamphilus perfecerat libris ille triginta comprehenderet (Naber, Proleg. p. 20), quos Diogenianus in quinque

libros coegit. sed ne haec quidem forma omnibus videtur satisfecisse. quod cum Diogenianus intellexisset, Pamphilei operis forma abiecta novum lexicon καθ' ἕκαστον στοιχεῖον suo Marte componere instituit, quod omnibus studiosis in scriptoribus legendis utilissimum esset adiumentum: ἠγεῖτο γάρ, οἶμαι, μὴ μόνοις πλουσίοις ἀλλὰ καὶ τοῖς πένησι τῶν ἀνθρώπων χρησιμεύσειν τε καὶ ἀντὶ διδασκάλων ἀρκέσειν αὐτά, εἰ μόνον περιεργασάμενοι πανταχόθεν ἀνευρεῖν ταῦτα δυνηθεῖεν καὶ ἐγκρατεῖς αὐτῶν γενέσθαι (Hesych. ep. ad Eulog.). hoc igitur lexico efficere voluit Diogenianus, ut Pamphileo opere sine ullo detrimento careri posse homines existimarent. Περιεργοπένητες, quod ad argumentum spectat, nihil aliud erant nisi Epitome breviata; forma tantum plane diversa fuit.

Pamphilum, cum opus suum conderet, praecipuum auctorem sibi delegisse Didymum pro certo licet affirmare.[118]) itaque cur credamus Diogenianum apud Didymum quaerere maluisse ea quae e Pamphilo potuit repetere (vel ex epitome a se confecta)? et permultae glossae quae in Hesychi lexico leguntur olim in Pamphili libro exstabant, id quod comparatio lexici Hesychiani cum Pamphili fragmentis a Rankeo et Schmidtio instituta demonstravit. at e consensu Pamphili et Hesychi Weber colligendum esse negat Pamphilum Diogeniani fuisse auctorem, consensum ipse sic explicat, ut eosdem auctores adhibuerint Pamphilus et Diogenianus; Pamphili opus Diogeniano in lexico suo condendo non utile fuisse. est glossa Hesych. θηρίκλειος· κυλίκων εἶδος, ἀπὸ Θηρικλέως κεραμέως, quam Pamphilo auctore Athen. XI 471a docta et copiosa disputatione illustrat: 'Diogeniano, inquit Weber, Pamphilum consuluisse nihil profuit: Didymum Diogenianus adhibuit copiis non necessariis dimissis' (de Hesychi epist p. 30. cf. Philol. l. l. p. 527). sane quidem 'copiis non necessariis dimissis!' nonne eas perinde dimittere potuit, si Pamphilum adhibuit? nonne eas iam dimiserat maximam partem in Epitome? Pamphili copiae num multo ampliores fuerint quam Didymi[119]) valde equidem dubito. sed Pamphilus varias de eisdem rebus grammaticorum observationes apud Didymum per commentarios et λέξεις et σύμμικτα dispersas una comprehendere studuit. cur Diogenianum eandem operam denuo suscepisse credamus? neque enim Didymi aliorumque lexica peculiaria ei sufficiebant, cum lexicon totius graecitatis exhibere sibi proposuisset. atque erravit Weber, cum ad unam omnes glossas Hesychianas ad certos scriptorum locos spectare affirmaret (Philol. l. l. p. 539). exstant apud Hesychium glossarum

---

[118]) Cf. Athen. XI 487c . . . παρέθετο τὰ ἰαμβεῖα καὶ Δίδυμος καὶ Πάμφιλος i. e. 'Pamphilus Didymi compilator' (Schmidt Qu. Hes. p. LXVII). — [119]) Cf. Didymi frg. ap. Macrob. Sat. V 18 (Schmidt Didym. p. 84). quod Weber de duplici Didymi λέξεως κωμικῆς et τραγικῆς recensione coniecit, unam secundum argumenta vel poetas alteram secundum litteras dispositam vel σύμμικτον fuisse (de Hesych. epist. p. 41. Philol. l. l. p. 547), id probare non possum nec probasse quemquam audivi.

genera, quae non e lexicis ad certos scriptores pertinentibus sed e glossariis ut ita dicam realibus deprompta existimanda sunt: qua de re ad Schmidtium (Qu. Hes. cap. IX) remisisse satis est. talia autem unde facilius potuit repetere quam e Pamphilei lexici parte altera (περὶ ὀνομάτων)? idem valet de glossis ad certas gentes referendis (γλῶccαι Λακωνικαί, Κρητικαί sim.), quarum collectiones ab antiquioribus grammaticis confectas Pamphilus transscripserat. quod cum satis constet, idem colligendum videtur de glossarum collectionibus sive ad certos scriptores sive scriptorum genera pertinentibus. omnes eius modi libros a Pamphilo iam adhibitos denuo perscrutari non opus fuit Diogeniano. quamquam non unicum Diogeniani fontem fuisse Pamphili lexicon existimo: grammaticos quosdam qui post Pamphilum scripserunt ab illo adhibitos esse non nego.

Similiter ac Diogenianus Pamphilum adhibuerunt ceteri et eiusdem et proximae aetatis lexicographi, Aelius Dionysius Pausanias[120]) Athenaeus Pollux[121]) Phrynichus[122]) Boethus.[123]) itaque ubi Hesychius cum eis conspirat, plerumque consensus ita explanandus est, ut communis auctor Pamphilus sit. atque eundem Suetonius Diogeniani aequalis in libris quos scripsit graecis adhibuit[124]), id quod excerptis Suetonianis cum Pamphili ceteris compilatoribus comparatis apparebit.

Non multae βλαcφημίαι in excerptis Suetonianis exstant, quarum notitiam uni Suetonio debemus. omnes numeravi duodequadraginta, quae alibi non commemorantur: (cap. 2) βορβορῶπις[125]) ἀναcυρτόλις[126]) πανδοcία λεωφόρος πολύυμνος[127]) μανιόκηπος[128]) χαλκιδῖτις[129]) μύζουρις κύνειρα, (3) ἄcτυτος[130]) Ἀcτυάναξ κυcολέcχης[131])

---

[120]) Non assentior Nabero Aelium Dionysium Pausaniamque auctore usos esse Diogeniano: Photius mea quidem sententia Diogeniani Periergopenetes ipse adhibuit. Weber (Philol. l. l. p. 549) contendit Diogenianum Aeli Dionysi Pausaniaeque lexica adhibuisse: quam sententiam non minus falsam probare frustra studuit Boysen (de Harpocr. lexici font. p. 61). — [121]) Pollux fortasse Vestini epitomen Pamphileam compilavit (v. sup. p. 325). — [122]) Phrynichus non Pamphili lexicon sed Diogeniani Epitomen videtur usurpasse (cf. schol. Hermog. ap. Bekk. An. Gr. III 1073. Naber Proleg. p. 26). — [123]) Boethum philosophum Stoicum et grammaticum principem fuisse auctorem scholiastae Platonis eundemque a Photio haud raro adhiberi demonstravit Naber (Proleg. p. 54 sqq.). Boethus autem cum alios tum praecipue Pamphilum auctorem secutus est; passim etiam Diogeniani Περιεργοπένητας inspexit, unde quater Diogenianus a schol. Plat. laudatur; falso enim Naber statuit Boethum Diogeniani mentiones debere Aelio Dionysio. — [124]) Suetonium usque ad Didymum regressum esse (Fresen. p. 78) non magis est probabile quam Diogenianum. et in λέξει κωμικῇ non omnes invenit βλαcφημίας, cum apud Pamphilum longe plurimas exstitisse credibile sit. — [125]) Neutram formam exhibet Hesych. βορβορωπόν. v. sup. not. 95. — [126]) Cf. Hesych. ἀναcεcυρμένη. Mein. Com. III 272. — [127]) Contumeliosum significatum glossarum λεωφόρος πολύυμνος cπάλαθρον δοῖδυξ τορύνη alii ignorant. — [128]) Cf. Hesych. Phot. κῆπος. — [129]) Χαλκιδίζειν idem esse quod γλιcχρεύεcθαι testantur Plut. Prov. I 84 Suid. Eust. p. 279, 18. — [130]) Ἄcτυτοι titulus fuit fabulae cuiusdam Eubuli comici (Athen. II 69 c). 'ἄcτυτος οἶκος' dixit Xenarchus Com. III 614. — [131]) Cf. Hesych. s. v. κυcός.

χάσκαξ[132]) χαλαίβασις[133]) ἐκδρομάς κυβάλης σποδόρχης, (4) χλαινοθήρας σκοτομήδης μινυθώδης, (6) συναγωγεύς[134]) σπάλαθρον δοῖδυξ τορύνη, (8) σορόπληκτος[135]) Κυβήβη Τηθύς λιμοκίμβιξ κυμινοκίμβιξ[136]) συκοτραγίδης, (11) γαστεροπλήξ τραπεζολοιχός μεσσηγυδορποχέστης, (14) τρισεξώλης τριπέδων τρισοιζυρός τρισκεκορημένος ἑπτάδουλος. ceterae omnes pari vel simili modo apud lexicographos illustrantur. maxime omnium cum Suetonio conspirat Hesychius, ut haud paucis locis alter alterum fere expressisse videatur. quantus sit consensus, exempla quaedam integra descripta doceant. ordinem sequor capitum Suetonianorum: Suet. ap. Eust. p. 1329 Suid. s. v. μυσάχνη: Ἀρχίλοχος δὲ παχεῖαν καὶ δήμιον (v. sup. note 94) ἤγουν κοινὴν τῷ δήμῳ καὶ ἐργάτιν. Hesych. ἐργάτις· τὴν Νεοβουλείαν λέγει, ὡς (καὶ addendum videtur) παχεῖαν.

Suet. ap. Eust. p. 863, 29 ... Ἄλεξις ὁ κωμικὸς λευκόπυγον ἔφη τὸν ἄνανδρον, οὗ ἔμπαλιν μελαμπύγους τοὺς ἀνδρείους ἔλεγον, ὅθεν καὶ παροιμία τὸ 'οὔπω μελαμπύγῳ ἐνέτυχες' (cf. Zenob. Prov. V 10). Hesych. λευκόπυγος· ὁ ἄνανδρος· ἔμπαλιν δὲ μελαμπύγους τοὺς ἀνδρείους ἔλεγον. cf. Phot. λευκοπύγους.

Suet. (M) βάκηλος· ὁ ἀπόκοπος, ὃν ἔνιοι γάλλον λέγουσι. Hesych. βάκηλος· ... ἢ ὁ ἀπόκοπος, ὁ ὑπ' ἐνίων γάλλος. cf. Phryn. Lob. p. 272.

Suet. (M) κνώδαλον· θηρίον· πλεονάζει δ' ἐπὶ τοῦ θαλασσίου ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ κινεῖσθαι. Hesych. (schol. Plat. Ax. p. 365c) κνώδαλα· κυρίως τὰ θαλάττια· κνώδαλα γάρ ἐστι τὰ ἐν τῇ ἁλὶ κινούμενα...

Suet. ap. Eust. p. 537, 42. 1909, 55 (M) Λαπίθης· ὁ αὐχηματίας· ἀπὸ τοῦ λαοὺς εἰς ὄπιν ἄγειν καὶ ἐπιστροφὴν ἐν τῷ περιαυτολογεῖσθαι. excidit verbum unde Λαπίθης derivari voluit Suetonius: scribendum est ἀπὸ τοῦ (λαπίζειν ὅ ἐστι) λαοὺς κτλ. atque sic Hesych. λαοπίζειν ἢ λαπίζειν· τοὺς λαοὺς εἰς ὄπιν ἄγειν καὶ ἐπιστροφὴν διὰ τῆς ἀλαζονείας.

Suet. ap. Eust. p. 1669, 44 (M) Κόροιβος· ὁ εὐήθης· ἀπὸ τοῦ Μύγδονος Φρυγὸς τὸ γένος, ὃς δοκεῖ ὕστατος τῶν ἐπικούρων ἀφικέσθαι τῷ Πριάμῳ δι' εὐήθειαν. Hesych. (Zenob. IV 58)[137]) Κόροιβος· ἠλίθιος καὶ μωρός· ἐπὶ γὰρ τοῦ μωραίνοντος ἔταττον τὸν

---

[132]) Ar. Vesp. 695 σὺ δὲ χασκάζεις τὸν κωλαγρέτην (schol. ἀντὶ τοῦ ἐπιτηρεῖς). — [133]) Vocabulum similiter compositum est χαλαίρυπος ap. Cratin. Com. II 212. — [134]) Cf. Lys. XII 43, ubi scribendum est συναγωγεῖς μὲν τῶν συνωμοτῶν, ἄρχοντες δὲ τῶν πολιτῶν. Cf. Boeckh Staatsh. d. Athen. II 253 seqq. — [135]) Cf. Phryn. Bekk. 63, 10 σοροδαίμων (Plut. Mor. p. 13B). — [136]) Cf. Ar. Vesp. 1357 κυμινοπρίστης. — [137]) Quod Zenobius multis locis cum Pamphilo eiusque compilatoribus congruit, sine dubio inde explicandum est, quod uterque e Didymi copiis hausit. Zenobius se sui operis maximam partem Didymo debere ipso libri sui titulo profitetur. sed proverbia quaedam in aliis quoque Didymi libris commemorata ac tractata fuisse consentaneum est. ut hunc locum, de quo agimus, et in proverbiis exstitisse sub lemmate Κοροίβου ἠλιθιώτερος (Zenob.) et in λέξει κωμικῇ (cf. schol. Ar. Ran. 990) sub lemmate Κόροιβος (Hesych.) statuere licet.

κόροιβον ἀπὸ Κοροίβου τινὸς μωροῦ καὶ ἠλιθίου μετάγοντες, ὃν οἴονται τὸν Μύγδονος εἶναι παῖδα τοῦ Φρυγός.[138])

Suet. ap. Eust. p. 1837, 39 (ML) ἐνθεσίδουλος· ὁ ψωμόδουλος· ἔνθεσις γὰρ ὁ ψωμός. Hesych. ἐνθεσίδουλος· ψωμόδουλος. ἔνθεσις ὁ ψωμός.

Suet. ap. Eust. p. 725, 30. 1405, 7 παλίμβολος, τρίπρατος καὶ πολλάκις ἀπημπολημένος. Hesych. παλίμβολος· ἀκατάλληλος, ἀνάρμοστος, ἀπερίστατος. τρίπρατος, ὁ πολλάκις ἐπὶ μεταβολῇ ἀπημπολημένος . . .[139])

In aliquot aliis glossis consensum iam commemoravimus: καταλβάς (v. sup. p. 332), παλαμναῖος (sup. 335), ἀρχολίπαρος (sup. p. 337). haec sufficiant. ceteras lexici Hesychiani glossas cum Suetonio comparandas tantum enumerasse satis habeo: cf. Hesych. λάσταυρος, χαλιμάς, σποδησιλαύρα, χαμαιτύπη, σατύρα, κόλλαπες, λεωργός, Κιλλικῶν, λαίθαργος (λάθαργος λήθαργος), λιρός (λειριόεντα), ἀποφράδες, στόμις, βάβαξ, φλέδων, ἀλαζών, συκοσπαδίας, σπερμολόγος, πυρπαλάμης, στρεψίμαλλος, βώμαξ, βωμολόχος, κομψούς, ἐγγλωττογάστορες, γλώσσασπις, Κόδρους, κέπφος, ὦτος, Σάννας, Μαργίτης, ἄγγαρος, Λάμια, Κρόνοι, Ἰαπετός, σαπρόν, παρεξηυλημένος, γράπιν[140]), μυσάλμαι[141]), κραδοφάγος, γάστρις, γαστρίμαργος, τραπεζεύς, κνισολοιχός, στίγων. commemoravi tantum eas quae manifesto cum excerptis Suetonianis conspirant, omisi quae librariorum neglegentia corruptae et mutilatae exhibentur. ex illis iam apparet eius modi concordiam aliter explicari non posse nisi ut eundem auctorem a Suetonio eundem a Diogeniano adhibitum esse statuamus.

Pergamus ad reliquos quos supra dixi lexicographos Aelium Dionysium Pausaniamque Athenaeum Pollucem Phrynichum Boethum, quos, quoniam et ipsi a Pamphilo pendent, haud raro cum Suetonio congruere consentaneum est. quod maxime in Phrynichum valet, qui in Praeparatione Sophistica peculiariter de huius argumenti glossis videtur egisse[142]), si Photio fides habenda est sic narranti (Bibl. Cod. 158): αὐτὸς δὲ διακρίνεσθαί φησιν τὰς συνειλεγμένας αὐτῷ φωνὰς τοῦτον τὸν τρόπον· τὰς μὲν γὰρ αὐτῶν ῥήτορσιν ἀποδεδόσθαι, τὰς δὲ τοῖς συγγράφουσι, τὰς δὲ συνουσίαις ἐφαρμόζειν, ἐνίας καὶ εἰς τὰς σκωπτικὰς ὑπάγεσθαι λαλιάς, ἢ καὶ εἰς τοὺς ἐρωτικούς

---

[138]) Cf. Serv. Verg. Aen. II 341: hic Coroebus filius Mygdonis et Anaximenae fuit . . . hunc autem Coroebum stultum inducit Euphorion, quem et Vergilius sequitur. — [139]) Et Mg. 648, 55 παλίμβολος· ὁ τρίπρατος καὶ ἀποδόκιμος καὶ ὁ πολλάκις τῇ μεταβολῇ ἀπημπολημένος κτλ. cf. Harp. s. v. Mein. Com. IV 626. 201. — [140]) Hesych. γράπιν· . . . καὶ ῥυσσόν, ἀπὸ τοῦ γραμμὰς ἔχειν τὰς ῥυτίδας (Et. Mg. 239, 31). eisdem verbis Suet. ap. Eust. p. 633, 56 (ML) γράπτης interpretatur. utrumque corruptum videtur. — [141]) Hesych. μυσάλμαι· πολὺ πεινῶντες καὶ (οὐκ) ἐσθίοντες: sic scribendum est; falso Schmidt πίνοντες. — [142]) Cf. Welcker Kleine Schriften II 564. Nauck Ar. Byz. p. 164 n. aliter (et nescio an rectius) Photi verba interpretatur Weber Philol. l. l. p. 483.

ἐκφέρεσθαι τρόπους. sed uberrimi illius operis misera tantum fragmenta ad nos pervenerunt (Bekker Anecd. Gr. I 3—74). — ad lexicographos illos accedunt scholia in Aristophanem vetera, quae, cum Didymum praecipuum auctorem habere constet, haud raro cum Pamphili sectatoribus concinunt. idem valet de Harpocratione, qui non a Pamphilo vel eius compilatoribus pendet, sed praecipue lexica decem oratorum e Didymi commentariis in oratores scriptis magnam partem composita videtur adhibuisse.

Iam exempla quaedam proferam ad consensum Suetoni et lexicographorum illorum demonstrandum. in βλασφημίαις εἰς πονηρούς Suetonius vocabulum βυσαύχην interpretatus est. in M L haec tantum servantur: βυσαύχην ὁ ἐπιβουλευτικός. accuratius excerpsit Eust. p. 838, 18 ... τροπικώτερον ὁ βυσαύχην[143]) ψόγον δηλοῖ· σημαίνει γὰρ τὸν ἐπιβουλευτικόν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί. καὶ ἴσως φυσιογνωμονικῶς ἐρρέθη, ὡς ἀπὸ ζώων, ὅσα λοχῶντα ἢ ἄλλως θυμούμενα σιμοῦσι τοὺς αὐχένας ἐν τῷ μέλλειν ἐμπηδᾶν. idem vocabulum Aelius Dionysius et Pausanius explicant ap. Eust. p. 207, 4 Διονύσιος γὰρ Αἴλιός φησιν ὅτι βυσαύχην ὁ τοὺς ὤμους συνέλκων ἐπὶ τὸν τράχηλον. Παυσανίας μέντοι φησὶν ὅτι βυσαύχην ὁ τὸν αὐχένα συνέχων καὶ τοὺς ὤμους ἀνέλκων. Aeli Dionysi glossam e Photio (nunc mutilo) descripsit Suidas: βυσαύχην· ὁ τοὺς ὤμους συνέλκων ἐπὶ τὸν τράχηλον. cum Pausania concinit fere Hesychius: βυσαύχην· ὁ συνέλκων τὸν τράχηλον καὶ τὸν αὐχένα μικρὸν ποιῶν καὶ τοὺς ὤμους ἀνέλκων.[144]) neget fortasse quispiam ullum exstare consensum inter Suetonium et Atticistas Hesychiumque. iam vero in Pollucis Onomastico II 135 haec leguntur: βυσαύχην δὲ ὁ τοὺς μὲν ὤμους ἀνέλκων τὸν δὲ αὐχένα συνέλκων, ὃν ἐπίβουλον Ἀριστοτέλης φυσιογνωμονεῖ. vides Suetonium et Atticistas Hesychiumque invicem se supplere. e Pollucis loco Eustathi verba καὶ ἴσως φυσιογνωμονικῶς κτλ. e Suetonio descripta esse apparet. exemplum est memorabile.

ἀποφράδες ἡμέραι quid in iure publico Atheniensium significaverint constat. Suetonius in βλασφημιῶν capite εἰς πονηρούς etiam de hominibus nefariis ἀποφράς dictum esse docuit. sed ex eius disputatione haec tantum servavit M: ἀποφράς· ἀπὸ τῶν μελαινῶν ἡμερῶν. supplent Suetonium Hesychius Phrynichus Etym. Mg.: Hesych. ἀποφράδες· ἡμέραι ἑπτὰ οὕτως ὀνομαζόμεναι, ἐν αἷς ἐναγίζουσι τοῖς νεκροῖς. μεταφέρουσι δὲ τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τοὺς πονηρούς. Phryn. Bekk. 5, 8 ἄνθρωπος ἀποφράς· ἀποφράδες ἡμέραι, καθ' ἃς ἀπηγόρευτό τι πράττειν. σημαίνει

[143]) Falso Eust. ubique βυσσαύχην scribit. legitur βυσαύχην ap. Xenarch. Com. III 614. — [144]) Frustra hunc Hesychi locum usurpavit Boysen (de Harpocr. lexici font. p. 63) ad demonstrandum Diogenianum non solum auctores habuisse Aelium Dionysium Pausaniamque Atticistas sed etiam saepe horum verba conflasse inter sese. quae coniectura hoc Hesychi loco quantum non comprobetur apparet.

οὖν τὸν οἷον ἀπαίσιον καὶ ἕξεδρον καὶ ἐπάρατον ἄνθρωπον. (Εὔπολις·)

συνέτυχεν ἐξιόντι μοι
ἄνθρωπος ἀποφρὰς καὶ βλέπων ἀπιστίαν (Mein. Com. II 557).

Et. Mg. 131, 19 ... καὶ τοὺς πονηροὺς δὲ ἀποφράδας ἐπιθετικῶς ἐκάλουν, οἷον

ἄνθρωπος ἀποφρὰς καὶ βλέπων ἀπιστίαν.

ἐγγλωττογάστωρ est βλασφημία εἰς ἀγοραίους, quam sic interpretatur Suetonius ap. Eust. p. 1471, 4 (M): ὁ ἀπὸ τῆς γλώττης διατρεφόμενος. itidem Aelius Dionysius ap. Eust. p. 1825, 14 Suid. ἐγγλωττογάστορες· οἱ ἀπὸ γλώττης ζῶντες. nec aliter Hesych. ἐγγλωττογάστορες (ε num. 290)· οἱ ἀπὸ τοῦ λέγειν βιοτεύοντες. atque ita pro γλωττογάστορες scribendum videtur apud Pollucem II 109 καὶ γλωττογάστορες παρὰ τοῖς κωμικοῖς οἱ ἀπὸ τῆς γλώττης βιοῦντες. cf. Ar. Av. 1695. 1702.

σπερμολόγος et σπερμονόμος convicia sunt eiusdem hominum generis (ἀγοραίων), quorum originem sic enarrat Suetonius ap. Eust. p. 1547, 55 ὁ δὲ κυρίως, φασί, σπερμολόγος καὶ σπερμονόμος εἶδός ἐστιν ὀρνέου λωβώμενον τὰ σπέρματα. ἐξ οὗ οἱ Ἀττικοὶ σπερμολόγους ἐκάλουν τοὺς περὶ ἐμπόρια καὶ ἀγορὰς διατρίβοντας διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων, φασίν, ἀπορρέοντα καὶ διαζῆν. ἐκ τούτων δὲ τὴν αὐτὴν ἐλάγχανον κλῆσιν καὶ οἱ οὐδενὸς λόγου ἄξιοι. proxime ad Suetonium accedit Etym. Sorb.[145]) ap. Gaisf. Et. Mg. 723, 43 σπερμολόγος· ὅτι μὲν τὸ κύριον πτηνόν ἐστι κολ(ο)ιῶδες ζῷον τὸ ὄνομα λαβὸν παρὰ τὸ τὰ καταβαλλόμενα σπέρματα ἐκλέγειν, [δῆλον] παρ' ὃ καὶ οἱ σπείροντες ἐπαμῶνται τὴν γῆν τοῖς σπέρμασιν. ἐκ μεταφορᾶς δὲ ἔλεγον τοὺς περὶ τὰς ἀγορὰς καὶ τοὺς λιμένας διατρίβοντας, οἱ [οἷον f.] τὰ ὀπωσοῦν ἐκ τῶν σάκκων ἐκπίπτοντα ὅσπρια κάρυα ἰσχάδας ἐκλέγοντες [-ας l.]. περὶ τοῦ ὀρνέου Ἀριστοτέλης ἔφη καὶ ὁ Μύνδιος [τὸν σπερμόλογον]. οἱ δὲ κολουρίς. breviter Hesych. σπερμόλογος· φλύαρος. καὶ ὁ τὰ σπέρματα συλλέγων. καὶ κολοιῶδες ζῷον. idem σπερμονόμος· τὰ αὐτά. accurate exponit Harpocr. σπερμολόγος· Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος (126). λέγεταί τι μικρὸν ὀρνιθάριον κολοιῶδες σπερμολόγος, ὠνομασμένος ὡς ἔοικεν ἀπὸ τοῦ τὰ σπέρματα ἀναλέγειν, οὗ μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισιν (232. 579). λέγεται οὖν ἀπὸ τούτου ὁ εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος ἄνθρωπος καὶ ἴσως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων διαζῶν σπερμολόγος. praeterea cf. schol. Ar. Av. 579 Phot. s. v. σπερμολόγος.[146])

βλάξ vocabulum, quod in βλασφημίαις εἰς μωροὺς καὶ εὐήθεις exstat, sic enarrat Suetonius ap. Eust. p. 1405, 32 ... βλὰξ [βλακὸς] ὁ καταβεβλημένος οἷον καὶ μὴ δυνάμενος ὀρθοῦσθαι διὰ τρυφὴν

[145]) Cf. supra not. 91. — [146]) Lepidum Alexidis dictum narrat Athen. VIII 344c: Ἄλεξις δ' ὁ ποιητὴς ἦν ὀψοφάγος, ὡς ὁ Σάμιός φησι Λυγκεύς. καὶ σκωπτόμενος ὑπό τινων σπερμολόγων εἰς ὀψοφαγίαν ἐρομένων τε ἐκείνων τί ἂν ἥδιστα φάγοι, ὁ Ἄλεξις 'σπερμολόγους, ἔφη, πεφρυγμένους'.

ἢ καὶ εὐήθειαν. ὅθεν, φασί, καὶ βλάξ, ἰχθὺς τέλεον ἀχρεῖος ὡς μηδέν τι ζῷον ἐσθίειν αὐτοῦ. καὶ βλακεύεσθαι δὲ τὸ μωραίνειν καὶ βλακεύματα αἱ εὐήθειαι. similiter Hesych. βλάξ· μωρός. ἀπό τινος ἰχθύος δυσώδους. ἢ ὁ διὰ νωθείαν ἡμαρτηκὼς ἐν τοῖς προδήλοις. id. βλακεύειν· μωραίνειν. εἴρηται δὲ ἀπὸ ἰχθύος καλουμένου βλακός. alteram vocis originem addit Boethus, cuius doctrinam servarunt schol. Plat. Polit. p. 307c et accuratius Photius ab Et. Mg. 199, 5 Suid. s. v. βλᾶκα compilatus: schol. Plat. Polit. p. 307c βλακικά· εὐήθη, μωρά, ἀνόητα, ἀπὸ ἰχθύος καλουμένου βλακὸς ὁμοίου σιλούρῳ, ἀχρήστου τοσοῦτον, ὡς μηδὲ κυνὶ βρώσιμον εἶναι. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν Κύμῃ χωρίου τῆς Βλακείας. Suid. Et. Mg. 199, 5 βλᾶκα· [αἰτιατική]. τὸν εὐήθη καὶ ἀνόητον. εἴρηται δὲ ἀπὸ ἰχθύος τινὸς ὁμοίου σιλούρῳ ἀχρήστου ὄντος, ὥστε μηδὲ κύνα αὐτῷ χρήσασθαι. (Πλάτων) Πολιτείας δ΄. 'βλακικόν τε ἡμῶν τὸ πάθος' (Rep. IV 432d), ὡς εἰ λέγοι τις πνευμονιᾶν [πνευματικόν coni. Bernhardy]· ἀπὸ τοῦ θαλαττίου ζῴου ὄντος ἀναισθήτου. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ Κύμῃ χωρίου τῆς Βλακείας, οὗ μέμνηται καὶ Ἀριστοτέλης. καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τέλος τι βλακεννόμιον, ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσιν διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς.

Simile stultorm convicium fuit ὦτος, quod Suetonius ap. Eust. p. 1522, 57 (M) sic interpretatur: ὦτος· εἶδος ὀρνέου μιμηλοῦ πρὸς τοῖς ὠσὶ τὰς πτέρυγας ἔχοντος ὁμοίου γλαυκί, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν (H. A. VIII 12). οὕτω δὲ καὶ τοὺς εὐεξαπατήτους ἔλεγον. διὸ καὶ ἡ κωμῳδία σκώπτουσα τοὺς Ἀθηναίους 'ὦ μόνοι ὦτοι τῶν Ἑλλήνων' ἔφη (Mein. Com. V 121), λοιδοροῦσα ἐκείνους ὡς ῥᾳδίως ἀπατωμένους οἷς ἀκούουσιν.[147]) Athenaeus IX 390 (ex quo descripsit Eust. p. 1687, 54) Aristotelis locum integrum describit, deinde pergit: ἀνθρωποειδὴς δέ ἐστι τὴν μορφὴν καὶ πάντων μιμητής, ὅσα ἂν ἄνθρωπος ποιῇ. διόπερ καὶ τοὺς ἐξαπατωμένους ῥᾳδίως ἐκ τοῦ τυχόντος οἱ κωμικοὶ ὦτους καλοῦσιν. tertius eadem scribit Aelius Dionysius ap. Eust. p. 561, 5 (Suid.): Αἴλιος δὲ Διονύσιος οὕτω περὶ τούτου φησίν· ὦτος, ὄρνεον ὃ περὶ τὰ ὦτα ἔχει πτερύγια. τοῦτο ἐπαινούμενον καὶ ἀντορχούμενον ὥσπερ ὁ νυκτικόραξ ἁλίσκεται. διὸ τοὺς χαύνους καὶ κενοδόξους ὦτους ἐκάλουν. quibus apud Eust. praecedunt haec: ὦτος δὲ τό τε κύριον, ὡς ἐρρέθη, καὶ ὄρνεόν τι παρά τε Ἀριστοτέλει καὶ ἑτέροις, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ εἰπών· ὦτος, παραπλήσιος γλαυκί, ἔχων περὶ τὰ ὦτα πτερύγια· οἱ δὲ νυκτικόρακα. horum auctor videtur esse Pausanias qui totiens ab Eustathio una cum Aelio Dionysio laudatur. suspicionem confirmat Hesychius qui saepe cum Pausania ad verbum conspirat: Hesych. ὦτος· ὄρνεον, ὅμοιον γλαυκί· οἱ δὲ νυκτικόρακα

[147]) Eustathiano loco similis est corruptus locus Et. Mg. 826, 20 ὦτος· ζῷον ὅμοιον νυκτικόρακι [γλαυκί f.]. ἔνιοι δὲ αὐτὸ νυκτικόρακα καλοῦσιν. ἔστι δὲ καὶ παλαιόν [κόβαλος Arist.]. εἰλήφει δὲ τοὔνομα διὰ τὸ περὶ τὰ ὦτα πτέρυγας ἔχειν. δοκεῖ δὲ καὶ εὔηθες εἶναι καὶ εὐεξαπάτητον. γράφει γοῦν περὶ αὐτοῦ Ἀριστοτέλης κτλ.

λέγουσιν. Pausanias et Hesychius hoc loco non discrepant ab aliis, nisi quod contumeliosum vocis significatum omittunt.

Quas de origine stultorum nominum Κόροιβος Μαργίτης Μελητίδης Μαμμάκυθος Ἀμφιετίδης (sive Ἀμφιστείδης) Πολύδωρος Suetonius ap. Eust. p. 1669, 43 (M) narrat fabulas e Didymi copiis fluxisse docet schol. Ar. Ran. 990 Μαμμάκυθοι· ... ἀντὶ τοῦ μαμμόθρεπτοι. Δίδυμος ὅτι Μαμμάκυθος καὶ Μελητίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβέβληντο, καθάπερ καὶ ὁ Βουταλίων καὶ ὁ Κόροιβος. de Coroebo cum Suetonio consentiunt Hesych. Zenob. IV 58 (v. sup. p. 345). de Margite Suetonius ap. Eust. haec narrat: οὕτως ἔγνωμεν καὶ τὸν ἄφρονα Μαργίτην τὸν ἀπὸ τοῦ μαργαίνειν ὅ ἐστι μωραίνειν· ὃν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ὁμήρου Μαργίτην ὑποτίθεται εὐπόρων μὲν εἰς ὑπερβολὴν γονέων φῦναι, γήμαντα δὲ μὴ συμπεσεῖν τῇ νύμφῃ, ἕως ἀναπισθεῖσα(?) ἐκείνη τετραυματίσθαι τὰ κάτω ἐσκήψατο, φάρμακόν τε μηδὲν ὠφελήσειν ἔφη, πλὴν εἰ τὸ ἀνδρεῖον αἰδοῖον ἐκεῖ ἐφαρμοσθείη· καὶ οὕτω θεραπείας χάριν ἐκεῖνος ἐπλησίασεν. summam fabulae facit Hesych. Μαργίτης· μωρός τις, ἢ [ὁ?] μὴ εἰδὼς μῖξιν γυναικός, κἂν γυνὴ προτρέπηται αὐτόν. ceteri multa in his turbarunt.[148]) — de Meletide ridicule Suetonius fabulatur: ὁ Μελητίδης ἀριθμεῖν τε μὴ ἐπίστασθαι λέγεται, εἰ μὴ ἄχρι τῶν πέντε, καὶ ἀγνοεῖν πρὸς ὁποτέρου τῶν γονέων ἀποκυηθείη καὶ νύμφης μὴ ἅψασθαι εὐλαβούμενος τὴν πρὸς μητέρα διαβολήν. falso haec ad Margiten referuntur apud Phot. Μαργίτης· ἐπὶ μωρίᾳ κωμῳδούμενος, ὃν φασι ἀριθμῆσαι μὲν μὴ πλείω τῶν πέντε δυνηθῆναι, νύμφην δὲ ἀγόμενον μὴ ἅψασθαι αὐτῆς ἀλλὰ φοβεῖσθαι, μὴ τῇ μητρὶ αὐτὸν διαβάλλῃ· ἀγνοεῖν δὲ νεανίαν ἤδη γεγενημένον καὶ πυνθάνεσθαι τῆς μητρὸς εἴ γε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς ἐτέχθη. aliquantum ab Suetonio discrepant Prov. Coisl. 70 (ad Diog. Prov. V 12) γελοιότερος Μελητίδου· ἐπὶ τῶν ἐπὶ μωρίᾳ διαβεβλημένων. Μελητίδης γὰρ ἀνὴρ κωμῳδούμενος ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἐπὶ μωρίᾳ κατὰ ταὐτὰ τῷ Ἀμφιστείδῃ· τοῦτον δέ φασι ἀριθμῆσαι μὲν πολλὰ παθόντα μέχρι τῶν πέντε καὶ πέρα μηκέτι δύνασθαι. γήμαντα δὲ τῆς νύμφης μὴ ἅψασθαι· φοβεῖσθαι γὰρ μὴ αὐτὸν ἡ παῖς τῇ μητρὶ διαβάλλῃ. ὁ δὲ Ἀμφιστείδης ἠγνόει ἐξ ὁποτέρου γονέων ἐτέχθη ἐκ πατρὸς ἢ μητρός. cf. Phot. (lex. rhet. Bekk. 279, 18) Μελητίδης· εἷς καὶ οὗτος τῶν εὐήθων, ὡς ὁ Μαργίτης, ὃς οὐκ ᾔδει πλέον τῶν πέντε ἀριθμεῖν. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ Κόροιβος καὶ ὁ Ἀμφιστείδης.

ἄγγαρος stultorum convicium sic interpretatur Suetonius (ML): ἄγγαρος· ὁ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόρος καθ' Ἡρόδοτον (VIII 98)· οὕτω δὲ καὶ τοὺς εὐτελεῖς καὶ ἄφρονας ὠνόμαζον. quibus frg. Par. § 21 haec addit: ... ὡς Μένανδρος· ἐξ αὐτοῦ τοίνυν καὶ τὸ ἀγγαρεύειν καὶ ἡ ἀγγαρεία. eodem modo breviter interpretatur

[148]) Phot. (Suid.) s. v. Μαργίτης narrat quae Eust. de Meletide tradit; ad Coroebum referuntur quae de Margite et Meletide Eust. narrat a schol. Luc. Philops. 3.

Hesych. ἄγγαρος· ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθοφόρος. ἡ λέξις δὲ Περσική. σημαίνει δὲ [καὶ] τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματηφόρους. veterrimus quem novimus huius glossae auctor fuit Irenaeus seu Minucius Pacatus, ex quo hausit fortasse Pamphilus.[149]) laudatur Irenaeus a Claudio Casilone ap. Miller. Mélanges p. 397 sive lex. Cantabr. s. v. ἄγγαροι· οἱ πρεσβευταί, ὡς Θεόπομπος ἐν τῇ ιγ′ οὕτω· 'κατέπεμψε πρέσβεις, οὓς ἀγγάρους καλοῦσιν ἐκεῖνοι'. Εἰρηναῖος δὲ ἐν τῷ ὑπομνήματι τῷ εἰς Ἡρόδοτόν φησι καλεῖσθαι τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματηφόρους ἀγγάρους· ὅθεν καὶ τὸ εἰς βασιλικὰς ἀπάγειν τι χρείας ἀγγαρεύειν λέγομεν, καὶ τὸν ἀγγελιαφόρον ἄγγαρον, καὶ ἀγγάριον ἐντεῦθεν, καὶ τὸ ὑπηρετεῖν ἀναγκάζειν ἀγγαρεύειν.[150]) similiter glossam explicavit Aelius Dionysius, quem adhibuerunt Photius (e Suida nunc supplendus) Eustathius p. 1854, 27 lex. Bekk. 325, 13, qui invicem se supplent.[151]) e Suidae loco apparet etiam verba fragmenti Paris. ὡς Μένανδρος non suum obtinere locum: Menander testis laudatur non vocis ἄγγαρος sed verbi ἀγγαρεύεσθαι.

De Ἀκκώ stultarum mulierum convicio verbis fere conspirant Suetonius (M) et Boethus ap. schol. Plat. Gorg. p. 497a:

Suet. (M) Ἀκκώ· ἐπὶ τῆς εὐήθους γυναικός· καὶ ἀκκίζεσθαι τὸ μωραίνειν. ταύτην δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ καθελομένην θοἰμάτιον ἀμφιέσασθαί φασιν ἡμίεργον εἵς τε τὸ κάτοπτρον ἀποβλέπουσαν ἑαυτῇ λαλεῖν ὡς ἑτέρᾳ.

schol. Plat. τὸ ἀκκίζεσθαι ἐκ γυναικὸς εἰρῆσθαί φασιν Ἀκκοῦς καλουμένης, ἣν οὕτως εὐήθη λέγουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ θοἰμάτιον καθελομένην ἡμίεργον ἀμφιέσασθαι, εἵς τε τὸ κάτοπτρον βλέπουσαν πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς ἔμφασιν εἰς αὐτὸ γιγνομένην ὡς ἑτέρᾳ προσλαλεῖν γυναικί. μέμνηται ταύτης Ἕρμιππος ἐν Ἀθηνᾶς γοναῖς (Mein. Com. II 383) καὶ Ἄμφις ἐν τῷ ὁμωνύμῳ αὐτῆς δράματι.

brevius eadem narrat Zenob. I 53 (Diog. II 4 Plut. I 65) Ἀκκώ· ἐπὶ τῶν μωραινόντων. ἡ γὰρ Ἀκκὼ γυνὴ γέγονεν ἐπὶ μωρίᾳ διαβεβοημένη, ἣν φασιν εἰσοπτριζομένην τῇ εἰκόνι ὡς ἑτέρᾳ διαλέγεσθαι. ἔνθεν καὶ τὸ ἀκκίζεσθαι περὶ ταύτην λελέχθαι.

Κρόνοι Ἰαπετοί Τιθωνοί convicia εἰς πρεσβύτας una componun-

---

[149]) Irenaei aetatem ad Caesaris Augusti tempora iure deduxit Ritschl (Opusc. I 115. 188). Henricus Keil (Quaest. gramm. p. 6) et Mauricius Haupt (qui fragmenta Irenaei collegit Opusc. II 434 seqq.) ad aetatem Hadriani imperatoris eum referunt et supparem existimant Iulio Vestino; at laudatur Irenaeus ab Erotiano (frg. LXXXI). cf. Klein, Erot. Proleg. p. XXXX. — [150]) Ex Irenaeo fluxit etiam Et. Mg. 7, 20. — [151]) Ad Aelium Dionysium fortasse etiam referenda sunt quae Et. Mg. 6, 44 tradit: ἄγγαροι· οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· οἱ δ' αὐτοὶ καὶ ἀστάνδαι. λέγεται δὲ καὶ ἀγγαροφορεῖν ἐπὶ τοῦ φορτία φέρειν κατὰ διαδοχήν. quae, si deterioribus libris qui οὕτως Ὡρίων (Ὧρος leg.) addunt fides habenda est, ex Oro grammatico Etymologus derivavit. cf. Ritschl de Oro p. 69 (Opusc. I 657). Orus tum aut ipsum Aelium Dionysium aut communem cum Aelio Dionysio auctorem habuit.

tur a Suetonio ap. Eust. p. 1330, 12. 1527, 64 (M). idem facit Phryn. Bekk. 43, 29 Ἰαπετός· ἀντὶ τοῦ γέρων· καὶ Τιθωνὸς καὶ Κρόνος ἐπὶ τῶν γερόντων. de Tithono narrat Suetonius: λέγεται δὲ ὁ Τιθωνὸς διὰ γῆρας ἐν ταλάρῳ ἢ καρτάλῳ κρεμασθῆναι, κατὰ δέ τινας εἰς τέττιγα μεταβληθῆναι. prioris fabulae unum testem habeo Suetonium, alteram tradunt schol. Γ 151 Λ 5 (Eust. p. 396, 33) Zenobius Photius: Zenob. VI 18 Τιθωνοῦ γῆρας· ἐπὶ τῶν πολυχρονίων καὶ ὑπεργήρων τάσσεται. ἱστορεῖται δὲ ὅτι Τιθωνὸς κατ' εὐχὴν τὸ γῆρας ἀποθέμενος τέττιξ ἐγένετο, ὥς φησι Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ βίων. Phot. (e Pausania ni fallor) Τιθωνοῦ γῆρας· ἐπὶ τῶν πολυχρονίων καὶ ὑπεργήρων τάσσεται. ἱστορεῖται δὲ ὅτι Τιθωνὸς ἐπιθυμίᾳ τοῦ τὸ γῆρας ἐκδύσασθαι εἰς τέττιγα μετέβαλεν.

παρεξηυλημένοι iocose senes dicuntur ab Aristophane Ach. 681 (cf. nostrum 'aus dem letzten Loche pfeifen'). ὅπερ ἐστίν, inquit Suetonius ap. Eust. p. 1330, 12, ὑπὸ γήρως ἀχρεῖοι, ὡς ἀπὸ ἐκτετριμμένων γλωσσίδων αὐλοῦ. item omnes interpretantur. Hesych. (Zenob. V 65) παρεξηυλημένος· ὑπὸ γήρως τὸν νοῦν παρεξηυλημένον ἔχων, ἀμυδρόν. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν γλωσσίδων τῶν ἐν τοῖς αὐλοῖς· οἱ γὰρ κατατετριμμένοι ἐξηυλῆσθαι λέγονται. Phot. παρεξηυλημένον καὶ κατατετριμμένον· τὸ ἀμυδρόν· ἀπὸ τῶν γλωσσίδων τῶν αὐλῶν κατατετριμμένων. Ἀριστοφάνης· 'οὐδὲν ὄντας ἀλλὰ κωφοὺς καὶ παρεξηυλημένους'. schol. Ar. Ach. 681 ἐκ μεταφορᾶς τῶν παλαιῶν αὐλῶν καὶ ἀχρείων. κυρίως γὰρ παρεξηυλῆσθαι λέγονται αὐλοὶ οἱ τὰς γλωσσίδας διερρηγμένοι.

τυφογέρων (τυφώδης?) τυφεδανός vocabula duplici interpretatione instruxit Suetonius (M): ἀπὸ τοῦ δεῖν ἤδη τύφεσθαι ὅ ἐστι καίεσθαι ἢ διὰ τὸ τετυφῶσθαι τουτέστιν ἐπῆρθαι τὰς φρένας διὰ πολυπειρίαν (v. sup. p. 338). concinit Phryn. Bekk. 66, 4 τυφογέρων· τοὺς διὰ γῆρας τετυφωμένους καὶ ἐπικεκαυμένους, si pro καὶ legitur ἤ: falsa forma ἐπικεκαυμένους indocti epitomatoris manum demonstrat. ceteri modo hanc modo illam explicationem tradunt: schol. Ar. Nub. 908 (τυφογέρων·) ἐκχατόγηρως ἢ ὑπερήφανος. schol. Ar. Lys. 335: τετυφωμένους γέροντας. schol. Vesp. 1364: (τυφεδανός·) ἐπεὶ τυφογέροντας εἰώθασι λέγειν τοὺς παραληροῦντας καὶ ἀξίους τετύφθαι. Hesych. τυφεδανός· τετυφωμένος. Phot.[152]) τυφεδανός· τετυφωμένος καὶ ἀσθενής, οἷον καπνός.[153])

In illustrando ἀλάστωρ convicio εἰς πονηρούς, de quo supra memoravimus (p. 335), eundem secuti sunt auctorem Suetonius (M) et is quem adhibuerunt Photius (Et. Mg. 57, 25) Eust. p. 474,

[152]) E duobus tribusve fontibus unam glossam composuit Et. Mg. 772, 53 τυφεδανός· τετυφωμένος καὶ ἀσθενής, οἷον καπνός (= Phot.) . . . (exciderunt quaedam) τύφω γὰρ τὸ καίω, καὶ τυφεδανὸς ὁ ἡλικίαν ἔχων τοῦ τύφεσθαι τουτέστι πρὸ τῶν ἀποθνησκόντων (πρὸ τοῦ ἀποθνήσκειν καίεσθαι?). καὶ τυφογέρων ὁ διὰ τὸ γῆρας τετυφωμένος καὶ ἐπικεκαυμένος (= Phryn.). — [153]) Cf. Passow s. v. τυφογέρων: 'ein kindischer geistesschwacher Alter, dessen Verstand in Rauch und Dunst gehüllt durch hohes Alter verdunkelt ist'.

21. 1415, 17 lex. Bekk. 374, 22. duas vocabuli interpretationes exhibent ML, quarum unius auctorem laudant Chrysippum, alteram ab Apollodoro esse datam et a Didymo probatam (μήποτε δ' ἐστὶν ὁ διὰ μέγεθος κτλ.) testantur Et. Mg. lex. Bekk.

In fabulis quae de Eurybato narrantur cum Suetonio (M) congruit lexicon quoddam rhetoricum a Photio (Suida)[154]) usurpatum et ab Eustathio p. 1864, 22 cum Suetoni narratione conflatum (v. sup. p. 335). exhibet M duas de Eurybato narrationes, quarum posterioris auctorem laudat Aristotelem (ἐν πρώτῳ περὶ δικαιοσύνης), eundem Suidas; prioris auctorem esse Ephorum Suidas et Eust. referunt. Aristotelis narrationem fere eisdem verbis quibus Suetonius tradit Gregorius Corinthius ad Hermog. VII 1277 Walz[155]), haud dubie eundem auctorem secutus ac Suetonius et scriptor lexici rhetorici. pariter Ephori et Aristotelis narrationes coniunguntur lex. rhet. Bekk. 188, 10 Εὐρύβατον λέγουσιν ὅτι προδότης γέγονεν Κροίσου ἢ κλέπτης ὢν διὰ τῆς ὀροφῆς ἔφυγεν. item Prov. Vat. I 94 Bodl. 444 Diog. IV 76 (Suid.) εὐρυβατεύεσθαι· ἐπὶ τοῦ πονηρεύεσθαι· τὸν γὰρ Εὐρύβατον οἱ μὲν τὸν ἕνα τῶν Κερκώπων γενέσθαι (τοιχωρύχον φασίν addit Suid.), οἱ δὲ προδότην περὶ τοὺς χρόνους Κροίσου. alii Ephorum solum sequuntur: Diodor. Sic. IX frg. 45 (Bekk.). Ulpian. ad Dem. 18, 24. Harpocr. s. v. lex. rhet. Bekk. 257, 18. omnia e (Didymi?) commentario in Demosthenem scripto videntur fluxisse.

Similis ratio inter Suetonium et Suidam exstat in glossa Κέρκωπες. pauca servarunt ML: Κέρκωπες· οἱ πανοῦργοι καὶ ἀπατηλοί. καὶ κερκωπία ἡ ἀπάτη κατὰ τὸν Σιμωνίδην. plura Eustathius, quocum plerumque Suidas concinit:

Eust. p. 1864, 32 προεδηλώθη δὲ καὶ τοὺς Κέρκωπας πανούργους εἶναι καὶ ἀπατηλούς, οἵτινες ἄρα καὶ ἦσαν ἐκεῖνοι, εἴτε οἱ ἐξ Ὠκεανοῦ καὶ Θείας εἶναι μυθευόμενοι εἴτε καὶ ἕτεροι, οὓς καὶ ἀπολιθωθῆναί φασι διὰ τὸ ἐπιχειρεῖν ἀπατῆσαι τὸν Δία. ἕτεροι δέ φασι νήσων οἰκιστὰς ὄντας Κέρκωπας ἀλλοιωθῆναι θεόθεν διὰ κακοήθειαν εἰς πιθήκων μορφὰς καὶ παρασχεῖν ὄνομα τῷ τόπῳ τὰς Πιθηκούσας· νήσων δὲ περιᾳδομένων κλῆσις αὕτη.

Eust. p. 1669, 60 ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Κέρκωπες, ἀφ' ὧν [καὶ ἀγορὰ καλουμένη Κερκώπων

Suid. Κέρκωπες[1]· [δύο ἀδελφοὶ ἦσαν ἐπὶ γῆς πᾶσαν ἀδικίαν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ ἐλέγοντο Κέρκωπες ἐκ τῆς τῶν ἔργων δεινότητος οὕτως ἐπονομαζόμενοι· ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν Πάσσαλος ἐλέγετο ὁ δὲ Ἄκμων. ἡ δὲ μήτηρ Μεμνονὶς ταῦτα ὁρῶσα ἔλεγε μὴ περιτυχεῖν Μελαμπύγῳ τουτέστι τῷ Ἡρακλεῖ.] φησὶ δὲ αὐτοὺς Ξεναγόρας εἰς πιθήκους μεταμορφωθῆναι διὰ τὴν κακοήθειαν καὶ τὰς Πιθηκούσας ἀπ' αὐτῶν ὀνομασθῆναι νήσους. τὰ δὲ ὀνόματα Κάνδουλος καὶ Ἄτλας. οὗτοι οἱ Κέρκωπες Θείας καὶ Ὠκεανοῦ, οὓς φασι ἀπολιθωθῆναι διὰ τὸ

[154]) In Photi lexico inter vocabula εὐρίζων et εὖωνον lacuna est folii unius. — [155]) Ephori narrationem (ἄλλοι δέ φασιν κτλ.) ab Harpocratione Gregorius descripsit.

Ἀθήνηcιν ἐν Ἡλιαίᾳ] καὶ παροιμία κερκωπίζειν· καὶ μὴν αὐτὸ εἰρῆcθαί φαcί τινεc ἀπὸ ζώων προccαινόντων τῇ κέρκῳ.	ἐγχειρεῖν ἀπατῆcαι τὸν Δία. ἡ δὲ παροιμία κερκωπίζειν, ἣν ὁ Χρύcιπποc ἀπὸ τῶν caινόντων τῇ κέρκῳ ζώων φηcὶ μετενηνέχθαι.

Eustathi verba (p. 1669, 60) ἀφ' ὧν — τῇ κέρκῳ num Suetoniana essent Fresenius (p. 64) dubitavit. equidem ut proverbium κερκωπίζειν Suetonio tribuam Suidae consensu adducor. verba vero ἀγορὰ καλουμένη Κερκώπων Ἀθήνηcιν ἐν Ἡλιαίᾳ Eust. de suo adiecit (ἐν dicens pro πληcίον) repetens illa quae e lexico quodam rhetorico protulerat p. 1430, 35: ἦν δέ, φαcι, καὶ ἀγορὰ Κερκώπων Ἀθήνηcι πληcίον ἡλιαίαc, ἔνθα τὰ κλοπιμαῖα ἐπωλοῦντο. τοιοῦτοι γὰρ καὶ οἱ Κέρκωπεc περιᾴδονται, κλέπται δηλαδὴ καὶ πανοῦργοι. eadem quae Suetonius et Suidas breviter narrat Zenob. IV 50 κερκωπίζειν· ἡ παροιμία ἀπὸ τῶν προccαινόντων τῇ κέρκῳ ζώων μετενήνεκται. ἄμεινον δὲ ἀπὸ τῶν Κερκώπων, οὓc περὶ τὴν Λυδίαν ἱcτοροῦcιν ἀπατηλοὺc cφόδρα καὶ ἀηδεῖc γενέcθαι· παρ' ὃ καὶ ἀπολιθωθῆναι αὐτούc· καὶ Ἡρακλεῖ δὲ ἐνοχλήcαντας, ὅτε παρ' Ὀμφάλῃ ἦν, κολαcθῆναι καὶ εἰc πιθήκουc δὲ αὐτοὺc μεταβαλεῖν ὁ Ξεναγόραc φηcίν. cf. Harpocr. s. v. schol. Luc. Alex. 4.

Exemplis quae tractavi satis superque me demonstrasse spero excerpta libri περὶ βλαcφημιῶν Suetoniani esse documenta veterum eruditionis Alexandrinorum eaque veri simile esse e Pamphili copiis a Suetonio esse hausta.

II. Περὶ τῶν παρ' Ἕλλητι παιδιῶν.

Titulis Suetoni librorum a Suida (s. v. Τράγκυλλοc) memoriae proditis περὶ τῶν παρ' Ἕλλητι παιδιῶν βιβλίον α΄· περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοιc θεωριῶν καὶ ἀγώνων βιβλία β΄ partes indicari operis 'Ludicra Historia' inscripti facile intellectum est. atque cum Servius ad Verg. Aen. V 602 Suetoni librum 'de puerorum lusibus' excitet et Acron ad Hor. art. poet. 417 'scabiem' lusum puerorum a Suetonio tractatum esse perhibeat, Reifferscheid quadrupertitam fuisse operis dispositionem probavit ac Suidae titulos sic esse emendandos: περὶ τῶν παρ' Ἕλλητι παιδιῶν καὶ ἀγώνων βιβλία β΄· περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοιc παιδιῶν καὶ θεωριῶν βιβλία β΄ (Quaest. Suet. p. 461). cum autem trium librorum memoria fere deperiret, unum librum περὶ τῶν παρ' Ἕλλητι παιδιῶν graece scriptum Byzantini homines manu versabant. Ioannes Tzetzes Var. Hist. VI 875 testimonium ei denuntiat his versibus:

> Τράγκυλλοc Coυητῖνόc τιc ἐν παιδιαῖc Ἑλλήνων
> πολλὰc μὲν ἄλλαc παιδιὰc καὶ cυμποcίων λέγει·
> ὧν cυμποcίων μία μὲν ἡ ἑωλοκραcία
> ἑτέρα δὲ ὁ κότταβοc ὁμοῦ καὶ ἡ λατάγη κτλ.

itaque quem Eust. p. 1397, 7 verbis ὁ τὰ περὶ Ἑλληνικῆc παιδιᾶc

γράψας et p. 1397, 39 ἐκεῖνος ὁ τὰ περὶ τῆς καθ' Ἕλληνας παιδιᾶς γράψας significet, Suetonium Tranquillum esse primus suspicatus est Casaubonus. et Reifferscheid, cum Suetoni usum apud Eustathium latius patere perspiceret, magnam partem lusuum in Eustathi commentariis descriptorum Suetonio vindicavit in eiusque reliquias recepit. qua in re quam recte fecerit Reifferscheid, postquam excerpta ML in lucem prodierunt, luculenter apparuit. nam quae in ML post excerpta βλασφημιῶν et λέξεων Aristophanearum leguntur fragmenta ad argumentum παιδιῶν spectantia Suetonio tribuenda esse (titulo enim carent) consensus fragmenti Parisini evincit; extrema enim in ML glossa σκινθαρίζειν initium facit glossarum Suetonianarum quae in frg. Paris. leguntur (v. sup. p. 327). lusus autem in ML commemoratos excepto uno (τρυγοδίφησις) omnes accuratius et copiosius tractavit Eustathius. sed excerpta ML ex Eustathi commentariis etiam suppleri posse et Miller (p. 396) et Fresenius (p. 49) intellexerunt. equidem omnes παιδιάς ab Eustathio enarratas, quae quidem ab ipso certo auctori non tribuantur, Suetonio reddere non dubito. illustrantur autem παιδιαί Suetonianae his locis[156]):

*1. κυβεία πεττεία ἀστραγαλισμός: ML Eust. p. 1397, 7 (228, 1. 1083, 63. 633, 56. 1289, 53).
*2. διὰ σφαίρας παιδιά: Eust. p. 1601, 30 (1553, 62).
3. γρῖφοι (αἶνοι): ML Eust. p. 713, 10.
*4. ἑωλοκρασία: Tzetz. V. H. VI 875. Eust. p. 1451, 55.
*5. κότταβος: Tzetz. l. l.
6. μηλάνθη: ML Eust. p. 1329, 25.
*7. ἑλκυστίνδα, σκαπέρδα ἕλκειν: ML Eust. p. 1111, 21.
*8. ἐποστρακισμός: ML Eust. p. 1161, 34.
*9. ὀστράκου περιστροφή, ὀστρακίνδα: ML Eust. ibid.
10. φίττα Μαλιάδες, φίττα Ῥοιαί: ML Eust. p. 1963, 39. 855, 25.
*11. κυνδαλισμός: ML Eust. p. 540, 23.
12. ἀσκωλιασμός: ML Eust. p. 1646, 21.
13. τρυγοδίφησις: ML.
*14. ἐν κοτύλῃ: Eust. p. 550, 2.
15. ἰμαντελιγμός: Eust. p. 979, 28.
16. χαλκισμός: Eust. p. 986, 41. 1409, 17.
*17. χαλκῆ μυῖα: Eust. p. 1243, 29.
*18. βασιλίνδα: Eust. p. 1425, 41.
19. χέλει χελώνη: Eust. p. 1914, 54.
20. σκινθαρίζειν: ML frg. Par. § 18. Eust. p. 861, 10.
21. ῥαθαπυγίζειν: frg. Par. § 18. Eust. ibid.

Certum auctorem quem in lusibus Graecorum describendis secutus sit Suetonius ignoramus; non enim quis ante Suetonium περὶ

---

[156]) Lusus iam a Reifferscheidio in Suetoni reliquias receptos asterisco notavi.

παιδιῶν scripserit accepimus. at tamen ne hunc quidem librum suo Marte Tranquillum composuisse pro certo affirmare licet. nec satis est illud dicere, Suetonium plus e litterarum monumentis hausisse quam ex sua ipsius observatione sermonis Graeci (C. Robert, Griechische Kinderspiele auf Vasen, Archaeol. Ztg. 1879 p. 78); longius etiam procedendum est: Suetonius, arbitror, non e scriptoribus Graecis, non e fabulis poetarum comicorum lusus Graecorum describendos suscepit, sed e fonte quodam grammatico libellum περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν conscripsit (v. sup. p. 339). quae sententia eo comprobatur, quod Pollux et omnes fere παιδιάς quas excerptis Suetonianis tractatas invenimus et alias praeterea multas enarrat. quo fit, ut Suetonium e Pollucis copiis (IX 94—129) emendare et supplere liceat. congruunt enim Suetonius et Pollux adeo, ut vel dispositio libelli Suetoniani similis ac Pollucis fuisse videatur: qua de re exposuit Fresenius (p. 32 seqq.). diviserat Suetonius disputationem suam in duas partes, quarum priore maiores lusus altera minores tractavit: atque illa quidem tesserarum calculorum talorum pilae convivalesque lusus enarravit, hac ordinem quem secutus sit e reliquiis in ML servatis perspicere non iam licet. Pollux minores lusus externa quadam forma disposuit: primum enarrat παιδιάς quae in -ίνδα (110—117) deinde quae in -μός (118—121) exeunt, quibus adnectit reliquas his ordinibus non accommodatas. consensum Suetoni et Pollucis Reifferscheid (Quaest. Suet. p. 463) ita explicavit, ut ab utroque eundem auctorem adhibitum esse diceret. quo in iudicio perseverandum est nec statuere licet Pollucem Suetonio usum esse auctore, quam ad opinionem inclinavit Fresenius (p. 32 n. 2).[157]) nam quamvis magna sit Suetoni et Pollucis similitudo, tamen non ea est, ut Pollucem a Suetonio sua descripsisse affirmari possit. multo propius ad Suetonium accedit scholiasta Platonis i. e. Boethus: sed ne hunc quidem Suetoni libello usum esse persuadere mihi possum. nam eodem iure idem de Hesychio statui potest (quod neminem facturum confido), qui ut in βλασφημίαις ita in παιδιαῖς cum Suetonio maxime conspirat. nimirum omnes, Suetonius Diogenianus Pollux Boethus, ab eodem auctore pendent, quem Pamphilum fuisse contendere non dubito: a lexici Pamphilei parte altera argumentum παιδιῶν abesse non debebat.

1. De lusibus maioribus.

De tesseris calculis talis disputationem Suetonianam fere totam descripsit Eust. p. 1397, 7—45, singulas partes repetiit p. 228, 1 (de tesserarum et calculorum inventione), p. 1083, 63 (de tesseris), p. 633, 56 (de calculis, de διαγραμμισμός ludo), p. 1289, 53

[157]) Longius etiam progredi ausus est C. Robert, qui non solum schol. Platonis et Pollucem sed etiam Pausaniam Atticistam Suetoni librum usurpasse diceret (l. l. p. 80 not.).

(de talis, de πόλεις ludo). excerpta ML exigua tantum fragmenta praebent, initium disputationis de tesseris (de Platonis loco Phaedr. 274c) eiusque finem (de τρηματίκται et σκιράφεια vocabulis), particulam disputationis de calculis (de proverbio κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς): reliqua omittunt.

Pollux IX 94—103 κυβείαν quam brevissime absolvit, uno tamen loco lacunam Eustathi supplet (95. 96 πλειστοβολίνδα), in πεττείας et ἀστραγαλισμοῦ descriptione cum Eustathio fere congruit, sed ut hic uberius narret quam Pollux. utriusque de talis enarrationem supplet schol. Plat. Lys. 206e, plus vero cum Eustathio quam Polluce conspirat. adiciunt Pollux et schol. Plat. tria genera τοῦ ἀστραγαλίζειν ab Eustathio omissa (ἀρτιασμός, τρόπα, ὤμιλλα), quae a Suetonio commemorata fuisse verba demonstrant quibus Eust. p. 1290, 3 disputationis finem facit: ὡς δὲ καὶ πολλοῖς ἀστραγάλοις ἔπαιζον καθὰ καρύοις, ζητητέον ἐν τῷ Πλούτῳ τοῦ κωμικοῦ, quibus respondet schol. Plat. ... ἔπαιζον δὲ ἀστραγάλοις καὶ πολλοῖς καθάπερ καρύοις, ubi paulo post Ἀριστοφάνης Πλούτῳ (816) laudatur.

Inventorem κυβείας et πεττείας Palamedem dixit Suetonius auctoritatem secutus Polemonis (cf. Preller, Polem. frg. p. 64) ac testimonia Sophoclis et Euphorionis. eundem testatur inscriptio ἀναθήματος cuiusdam a Paus. II 20, 3 tradita, ubi Palamedes dicitur κύβους εὑρὼν (ἀνέθηκε). Herodotus vero (I, 94) ab ipso Eustathio p. 1396, 57 laudatus Lydos invenisse tesseras καὶ τῶν ἄλλων παιγνιέων τὰ εἴδεα πλὴν πεσσῶν auctor est, πεττείαν igitur solam Palamedi videtur tribuisse. ac πεττείαν antiquissimo tempore esse inventam Odysseae versus α 107 docet, quem explicare posse sibi visus est Apio ὁ Μόχθος (Athen. I 16f.).

Deinde Suetonius Platonis locum Phaedr. 274c laudat, ubi Aegyptii cum alia tum πεττείαν τε καὶ κυβείαν invenisse narrantur: sed Platonis interpretes (οἱ τοῦ Πλάτωνος ὑπομνηματισταί), inquit Suetonius, eo loco πεττείαν non pro lusu sed pro instrumento acceperunt ad studia astronomica utili. qua de interpretatione tacent scholia Platonis quae aetatem tulerunt; sed huc spectare intellexit Ruhnken Timaei glossam (p. 217) πεττεία· ἡ διὰ ψήφων παιδιά. ἔστιν δ' ὅτε καὶ γεωμετρίαν λέγει.

Quae memoravi Pollux omisit, qui statim tesserarum ludum describit, sed multo neglegentiorem se praestat quam Suetonius. ac primum quidem docet Suetonius veteres tribus tesseris lusisse, non duobus ut posteriores. deinde proverbium affert ab optimo et pessimo iactu ortum ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβους et Platonem laudat illud alludentem (Legg. XII 968e). tum observationem adiungit de duplici vocabuli κύβος usu (κύβον non modo tesseram significare sed etiam unionem sive punctum tesserae), quem Sophoclis et Euripidis versibus allatis illustrat. Pollux breviter duplicem nominis κύβος usum et proverbium ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβους commemorat, reliqua omittit.

Cum Suetonio verbis fere conspirant paroemiographi Zenobius

IV 23 Diog. V 4 (v. sup. not. 137) et scholiasta Platonis Legg. XII 968e. brevius eadem tradunt Hesych. et Phot.[158]) s. v. ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι.

Versum ‘βέβληκ’ Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα’ Suetonius olim exstitisse narrat in Euripidis Telepho, sed postquam Aristophanes (Ran. 1400) versum perstrinxisset, totum Euripidem ἐπεισόδιον sustulisse. idem Aristoxeno auctore tradunt Zenob. II 85 et schol. Ar. Ran. 1400. eundem Euripidis versum laudat Phot. τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι.[159])

Iam Eustathius p. 1397 ad nominis τρηματίκται interpretationem transit, p. 1083 vero se omisisse aliquid verbis indicat hisce: ὡς δὲ καὶ καθ’ ἕκαστον κύβον ἤγουν καθ’ ἑκάστην μονάδα ἔπαιζον ἀργυρίοις ὁρίσαντες. explet lacunam Pollux IX 95—96, qui illud κυβείας genus πλειστοβολίνδα[160]) appellat. quem lusum satis obscurum probabili ratione explanavit Becq de Fouquières (Les jeux des anciens p. 315), nisi quod pristinam lectionem τὸ τριμναῖον frustra tuetur, quam dudum correxerunt in τὸ τρῆμα μναιῖον (cf. Meinek. Com. II 709). — πλειστοβολίνδα ludentes dorico vocabulo dicebantur τρηματίκται ‘ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς κύβοις τρημάτων’, ut Suetonius (Eust. ML) et Pollux adnotant. item Hesych. τρηματικτάς· κυβευτὰς ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς κύβοις τρημάτων. — sequitur vocabulum σκιράφεια a Suetonio et Polluce ab eo loco derivatum, ubi Athenienses plerumque tesseris ludere solebant. congruunt Hesych. s. v. σκ[ε]ιραφ(ε)ιον, Harpocr. s. v. σκιράφια, Steph. Byz. s. v. Σκίρος. alias derivationes addunt Phot. s. v., lex. rhet. Bekk. 300, 23 (Et. Mg. 717, 28). — σκιράφους ML tradunt appellari τοὺς πανούργους, Eustathius πάντα τὰ πανουργήματα. Fresenius Eustathi verba corrupta videtur existimasse. sed ad Hipponactis verba τί με σκιράφοις ἀτιτάλλεις Eustathi interpretationem optime quadrare manifestum est. et Eustathi et exc. ML verba mutila videntur esse et Suetonius, ni fallor, sic scripsit: ὅθεν καὶ τοὺς πανούργους σκιράφους ἐκάλουν καὶ πάντα τὰ πανουργήματα σκίραφα ἀπὸ τῆς ἐν σκιραφείοις ῥᾳδιουργίας. Ἱππῶναξ κτλ.

Pergit Eustathius ad πεττείαν.[161]) in describendo hoc lusu consentiunt fere Suetonius et Pollux, nisi quod hic Sophoclis versum ‘πεσσὰ πεντέγραμμα[162]) καὶ κύβων βολάς’ laudasse satis habuit, ille praeter Sophoclem testes affert Sophronem Alcaeum Theocritum. singula eadem ratione exposita apud lexicographos et scholiastas

---

[158]) Falso Naber adnotat Eustathium p. 1083 sequi Pausaniam. — [159]) Post verba οἱ μὲν τρὶς ἓξ νίκην, οἱ δὲ τρεῖς κύβοι κενοί addendum videtur ἦτταν (scil. δηλοῦσιν) coll. Zenob. IV 23. — pro verbis ἕνα δὲ τόν τέταρτον scribendum est ἕνα δὲ τὰ τέτταρα. — [160]) πλειστοβολίνδα genus quoque ἀστραγαλισμοῦ dicebatur (cf. Poll. IX 117 Hesych. s. v.), cuius lusus exemplum exhibet Suet. Aug. 71. — [161]) Eust. p. 633, 58 dicit οἱ κυβεύοντες pro οἱ πεττεύοντες, atque ita saepius: nam κυβεία vocabuli usus latius patebat. cf. Poll. VII 206. Becq de Fouquières l. l. p. 302. — [162]) Falsa est Eustathi scriptura πεντάγραμμα. cf. Cobet Nov. Lect. p. 776.

occurrunt. Hesych. πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολάς· Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ Πυρκαεῖ· παρόσον πέντε γραμμαῖς ἔπαιζον. διαφέρει δὲ πεττεία κυβείας· ἐν ᾗ μὲν γὰρ τοὺς κύβους ἀναρρίπτουσιν, ἐν δὲ τῇ πεττείᾳ αὐτὸ μόνον τὰς ψήφους μετακινοῦσι. quae differentia neque in excerptis ML neque apud Pollucem commemoratur; neque tamen a Suetonio omissam esse arbitror. mentionem eius initio libelli factam esse colligo ex Eustathi verbis (p. 1397, 7) ὁ δὲ τὰ περὶ Ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψας διαφορὰν καὶ αὐτὸς εἰδὼς κύβων καὶ πεσσῶν κτλ. (paullo ante Eust. differentiam indicavit aliunde[163]) descriptam). — proverbium κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς a multis explicatur: schol. Plat. Legg. VII 820c. V 739a. Hesych. s. v. ἀφ' ἱερὰς. Phot. s. v. τὸν ἀφ' ἱερᾶς. Clearchi Arcesilam laudat schol. Plat. Legg. V 739a: Clearchum Suetonius quoque laudat his verbis (Eust. p. 1397): Διοδώρου δέ, φησι, τοῦ Μεγαρικοῦ ἐνάγοντος τὸν τοιοῦτον λίθον εἰς ὁμοιότητα τῆς τῶν ἄστρων χορείας, Κλέαρχος τοῖς πέντε φησὶ πλάνησιν ἀναλογεῖν.[164])

A calculis Eust. p. 1397 ad talos transit, p. 633 ad διαγραμμισμόν. apud Pollucem πεττείαν excipit lusus qui dicitur πόλεις, sequitur διαγραμμισμός, tum demum ἀστραγαλισμός tractatur. Eustathius πόλεις lusum in fine totius disputationis posuit (p. 1397. 1289) et cum talorum lusu coniunxit propterea, quod in utroque vocabulum κύων usurpatur. Pollux de πόλεις lusu plura quaedam exhibet quam Eust., velut Cratini versum. eodem modo lusum explicat Zenob. V 67 (brevius Hesych.) πόλεις παίζειν· μέμνηται ταύτης Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν. ἡ δὲ πόλις εἶδός ἐστι παιδιᾶς πεττευτικῆς, καὶ δοκεῖ μετενηνέχθαι ἀπὸ τῶν ταῖς ψήφοις[165]) παιζόντων ταῖς λεγομέναις νῦν (μὲν) χώραις τότε δὲ πόλεσιν. eundem esse Romanorum 'ludum latrunculorum' nunc inter omnes constat: cf. Becker, Gallus III 336, Charikles II 373 (ed. Göll), Becq de Fouquières p. 408 sqq. 424 sqq. calculorum numerum fuisse sexaginta collegerunt e Phot. πόλεις παίζειν· τὰς νῦν χώρας καλουμένας ἐν ταῖς ζ΄ ψήφοις, ubi Porson ξ΄ coniecerat.

διαγραμμισμόν, quem Eust. p. 633 tractavit, Pollux paucis verbis tantum attigit similem esse dicens πόλεις lusui. atque Eust. similiter illum describit ac Pollux πόλεις lusum, nisi quod numerum calculorum addit fuisse sexaginta. prorsus eadem quae Eust. tradit Hesych. διαγραμμισμός· παιδιά τις ἑξήκοντα ψήφων λευκῶν καὶ μελαινῶν ἐν χώραις ἑλκομένων. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ γραμμὰς ἑκάλει. hunc lusum eundem esse coniecerunt ac Romanorum 'ludum duo-

[163]) P. 1396, 58 sqq. Eust. e technico quodam fonte plura congessit: v. Gaisfordi adnot. ad Et. Mg. 666, 16. — [164]) Quo modo ex illis verbis Sauppe (Philol. XI 39) colligere potuerit Clearchum auctorem fuisse Eustathi Pollucis schol. Plat., non intellego. Clearchus περὶ γρίφων scripsit, non scripsit in universum περὶ παιδιῶν. — [165]) Verba ταῖς ψήφοις cave ne coniungas cum ταῖς λεγομέναις κτλ.; nam ψῆφοι in hoc lusu κύνες appellabantur. verba δοκεῖ μετενηνέχθαι referas ad omissa verba ἡ παροιμία. cf. Hesych.

decim scriptorum', cuius exemplum in Agathiae epigrammate Anth. Pal. IX 482 exstare intellexerunt. ubi cum triginta tantum calculi compareant, ab Eustathio et Hesychio πόλεις et διαγραμμισμός lusus confundi statuerunt (Marquardt, Röm. Privatalt. II 435. 437. Göll l. l. p. 374). at si error statuendus esset, non Eustathi esset sed Suetoni et ne huius quidem sed illius, a quo Suetonius et Hesychius pendent, cui talem confusionem tribuere non licet. neque ullo vero testimonio comprobatur eundem fuisse 'ludum XII scriptorum', neque in πόλεις lusu numerum calculorum LX fuisse constat. idem iudicavit Becq de Fouquières (p. 358. 416). itaque illud quoque negandum, in hoc lusu et tesseras et calculos esse adhibitos (Becker-Göll, Charikles II p. 376). cui opinioni adversatur etiam Philemonis versus a Suetonio hoc loco laudatus: μεθύει, διαγραμμίζει, κυβεύει (Mein. Com. IV 64). nam si tesseris quoque διαγραμμισμός lusus esset, Comicum ita διαγραμμίζειν et κυβεύειν tamquam diversa vitia enumeraturum fuisse vix credo. διαγραμμίζει nihil aliud est nisi πεττεύει. cf. Moeris Atticista 207, 20 πεττεύειν Ἀττικοί, διαγραμμίζειν Ἕλληνες.

Copiosa est de talorum ludo Eustathi enarratio (p. 1289, 53. 1397), quacum et ordine rerum et verbis fere optime concinit schol. Plat. Lys. p. 206 e. Pollux vero maximae studet brevitati. ceteri plus cum Suetonio et schol. Plat. conspirant. Hesych. ἄστριες· ἀστράγαλοι. id. ἄστριχοι· τὸ αὐτό. id. Κῷος Χῖον· ὁ Κῷος ἀστράγαλος ὁ ἓξ· ὁ μὲν γὰρ Χῖος ἐδύνατο ἕν, ὁ δὲ Κῷος ἓξ. Zenob. IV 74 Κῷος Χίῳ· ὁ Κῷος ἀστράγαλος ἠδύνατο ἓξ. παροιμία δέ ἐστι Χῖος πρὸς Κῷον· ὁ μὲν γὰρ Χῖος ἠδύνατο ἕν, ὁ δὲ Κῷος ἓξ. Strattidis versus ab Eustathio et schol. Plat. laudatus 'Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν' (Mein. Com. II 771) ad Theramenem Atheniensem spectat: Append. Prov. V 28 Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν· ἀπὸ ἀστραγάλων παρῳδήθη ἡ παροιμία. καὶ ἐπὶ Θηραμένους, ἐπεὶ ἐδόκει Χῖος εἶναι. cf. schol. Ar. Ran. 970.

'Stesichorus' talorum iactus nomen duxit a forma Stesichori poetae simulacri. indidem Pollux addit proverbium ortum esse 'πάντα ὀκτώ'. atque ita proverbium interpretatur Phot. πάντα ὀκτώ· οἱ μὲν Στεσίχορόν φασιν ἐν Κατάνῃ (ἐν Ἱμέρᾳ Suet. Poll. schol. Plat.) ταφῆναι πολυτελῶς πρὸς ταῖς ἀπ' αὐτοῦ Στεσιχορείοις πύλαις λεγομέναις· καὶ τοῦ μνημείου ἔχοντος ὀκτὼ κίονας καὶ ὀκτὼ βαθμοὺς καὶ ὀκτὼ γωνίας κτλ. (sequitur altera interpretatio). aliter proverbium explicat Zenob. V 78.

De 'Euripide' talorum iactu disputarunt Voemel (progr. Francof. 1847. Philol. XIII 308) et Sauppe (Philol. XI 37), quorum neutri originem nominis explanare et numeri difficultatem tollere contigit. novam interpretationem protulit Becq de Fouquières (p. 325 sqq.).

ἀρτιασμός τρόπα ὤμιλλα lusus (ab Eustathio omissi) proprie a talorum ludo alieni cum eo coniunguntur, quod talis quoque ludi poterant. ἀρτιασμόν ('ludere par impar' Horat. Serm. II, 3, 248)

ludebant talis (ἀστραγάλοις) nucibus (καρύοις) fabis (κυάμοις) nummis (νομίσμασι) aliis. de nummis cf. Ar. Plut. 816 cum schol.; hoc alio nomine dicebant χαλκίζειν (χαλκίνδα): Poll. VII 105 χαλκίζειν δὲ παιδιᾶς τι εἶδος, ἐν ᾗ νομίσμασι ἡρτίαζον. cf. Hesych. χαλκίνδα, Antiatt. 116, 10. de nucibus cf. Ar. Plut. 1056 cum schol. — τρόπα a schol. Plat. appellatur ἡ εἰς βόθυνον ἐκ διαστήματος βολή. non satis perspicue Hesych. interpretatur τρόπα· εἶδος παιδιᾶς, καθ' ἣν στρέφουσι τοὺς ἀστραγάλους εἰς τὸ ἕτερον μέρος. cf. Becq de Fouquières p. 114. eundem lusum videntur vocasse εἰς βόθυνον ἰέναι: Antiatt. 85, 1 βόθυνον οὔ φασι δεῖν λέγειν. ἀλλὰ Κόλων ἔφη ἐν τοῖς νόμοις. Κρατῖνος Σεριφίοις· 'ἀλλ' ἀπίωσιν ἐν χορῷ ἐς βόθυνον ἰέναι' (Mein. Com. II 137). ἔστι δὲ παιδιά τις ἐς βόθυνον ἰέναι. cf. Hesych. ἐς βόθυνον· εἶδος παιδιᾶς. — de ὤμιλλα lusu cum schol. Plat. fere congruit quippe ab eodem Boetho pendens Suidas (i. e. Photius) s. v. ὤμιλλα· παιδιά τις, ἐν ᾗ εἰς τὸν κύκλον βαλὼν κάρυον, ὥστε ἐμμεῖναι, νικᾷ· Εὔπολις Χρυσῷ γένει· 'ἔπεισείμεθα δὲ μείνας εἰς ὤμιλλαν': versus corruptus e schol. Plat. sic restituendus est:

ἔπειτ' εἴσειμ' ἐνθάδε μείνας
εἰς ὤμιλλαν (κἂν μὴ μετίῃ).

cf. Mein. Com. II 539. corrupta exhibet etiam Hesych. ὤμιλλα· παιδιά τις, ὅταν κύκλον περιγράψαντες βάλωσιν εἰς αὐτὸν κάρυα, εἶτα ἐν τῷ κύκλῳ μ . . . λαμβάνει. ἢ ἔπαθλον. quae sic videntur emendanda: εἶτα τὰ ἐν τῷ κύκλῳ μένοντα λαμβάνῃ ἔπαθλον. Pollux huius lusus descriptioni propter similitudinem lusus ὀρτυγοκοπεῖν de suo quaedam interpolavit (καίτοι με οὐ λέληθεν — ὄρτυγος δεσπότης). testimonium affert non idem quod schol. Plat. sed ex Eupolidis Triarchis fabula (Mein. Com. II 525).

Concordiam veterum de his lusibus testimoniorum aliter non posse explicari nisi ut communem fontem omnium statuamus, ex eis quae supra contulimus satis apparere arbitror. Suetonius et Boethus satis magna cum religione ac fidelitate fontem expresserunt eiusque copias fere integras descripserunt. Pollux, ut qui libros quos in usum vocavit cum neglegentia quadam tractaverit, hoc quoque loco neglegentiae opprobrio haud indignum se praebuit: quamquam haec Onomastici pars in pretiosissimis habenda est. eandem scriptorum similitudinem in ceteris lusibus describendis exstare videbimus.

διὰ σφαίρας παιδιά. In pilae lusu decribendo Suetonius (ap. Eust. p. 1601, 30)[166]) et Boethus (ap. schol. Plat. Theaet. 146 a)

[166]) Non nulla Eust. Suetonianae disputationi de suo immiscuit: p. 1601, 37 ἣν καὶ ἐτυμολογοῦσιν — ἔστι γνῶναι. p. 1601, 40 verba τοῦ δὲ ἀξίαν λόγου καὶ τὴν σφαιριστικὴν εἶναι, πίστις καὶ Ἀθηναῖοι πολίτην ποιησάμενοι Ἀλέξανδρον τὸν Καρύστιον σφαιριστὴν καὶ ἀνδριάντας ἐκείνῳ ἀναστήσαντες neglegenter Eust. ex Athenaeo compilavit, qui haec scribit

non minus conspirant quam in talorum ludo; eodem ordine quattuor deinceps lusus genera describunt: οὐρανία, ἀπόρραξις, ἐπίσκυρος, φαινίνδα. praeter locum modo allatum ad Suetonium referenda videntur esse (cf. Fresen. p. 60 n. 1), quae Eust. p. 1553, 62 narrat: ἐν τούτοις δὲ (ζ 115) πρῶτα μὲν ῥητέον, ὡς καὶ πάλαι ποτὲ τὸ σφαιρίζειν διὰ σπουδῆς ἤγετο, οὐχ ἁπλοῦν ὂν οὐδὲ αὐτό, ἀλλὰ διαφορὰς ἔχον ῥηθησομένας ἐν τοῖς ἑξῆς (scil. p. 1601, 30). μάλιστα δέ, φασιν, ἐπεμελήθησαν ὕστερον πόλεων μὲν κοινῇ Λακεδαιμόνιοι, βασιλέων δὲ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, ἰδιωτῶν δὲ Σοφοκλῆς ὁ τραγικός, ὅς καὶ ὅτε, φασί, τὰς Πλυνθρίας ἐδίδασκε τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαίρᾳ παιζούσης ὑποκρινόμενος ἰσχυρῶς εὐδοκίμησιν. haec optime ei qui ludicram historiam conscripserit convenire consentaneum est. — Pollux (IX 103—106) de hoc ludo cum Suetonio non item congruit quemadmodum de ceteris, ut Pollucem Suetoni librum in usum non vocasse hoc loco luculentissime appareat: ordinem quo singula pilae lusus genera enarrat diversum sequitur (ἐπίσκυρος, φαινίνδα, ἀπόρραξις, οὐρανία), non nulla exhibet quae et a Suetonio et a schol. Plat. absunt, velut etymologias vocis φαινίνδα[167]), alia quae illi praebent omittit, velut Platonis et Cratini locos. — Alia de pilae lusu testimonia pauca exstant et ea partim mutila partim corrupta. (1) Hesych. Phot. s. v. οὐρανίαν. (2) Hesych. ἀπόρραξιν· παιδιὰν διὰ σφαίρας, nec plura. (3) Hesych. ἐπίσκυρος· ὁ μετὰ πολλῶν σφαιρισμός. (4) φαινίνδα lusum optime illustrat Antiphanes ap. Athen. Γ 15a (Mein. Com. III 136). exceptis Eustathi schol. Plat. Pollucis Athenaei locis omnia de hoc lusu testimonia corrupta sunt. licet quasi historiam persequi corruptelae. primum vitio usitato pro φαινίνδα scripserunt φενίνδα: Et. Orion. 161, 12 (hinc Et. Mg. 790, 24) φενίνδα· ἡ παιδιὰ διὰ σφαίρας, ὅταν αὐτὴν εἷς ἑνὶ δείξας εἶτα λάθρα ῥίψῃ· καὶ ἔστι φαινακίνδα καὶ συγκοπῇ φαινίνδα, ἀπὸ τοῦ φενακίζειν ὅ ἐστι ἀπατᾶν. οὕτω Βησαντῖνος. ex φενίνδα librariorum neglegentia ortum est φενίδα, mox φεννίδα: Hesych. φεννίδα· παιδιὰν σφαίρας. quod cum pro accusativo acciperetur, effictus est nominativus φεννίς, qui nihili est[168]): Hesych. φεννίς· εἶδος παιδιᾶς μετὰ σφαίρας. Phot. (Suid.) φεννίς· παιδιὰ διὰ σφαίρας, ὅταν ἑτέρῳ (προδεικνύντες εἶτα ἄλλῳ) ἀφιῶσι τὴν σφαῖραν ὥσπερ φενακίζοντες.[169]) haec Photius e lexico quodam rhetorico[170]) hausit, quod

---

I 19a: ὅτι Ἀριστόνικον τὸν Καρύστιον τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως συσφαιριστὴν Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποιήσαντο διὰ τὴν τέχνην καὶ ἀνδριάντα ἀνέστησαν. — [167]) Ἡ δὲ φαινίνδα εἴρηται ἢ ἀπὸ Φαινίδου τοῦ πρώτου εὑρόντος ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζειν. cf. Athen. I 15a ἐκαλεῖτο δὲ φαινίνδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων ἢ ὅτι εὑρετὴς αὐτῆς, ὡς φησιν Ἰόβας ὁ Μαρούσιος, Φαινέστιος ὁ παιδοτρίβης. — [168]) Cf. Naber ad Phot. φεννίς. formae illae vitiosae φενίνδα φενίδα φεννίδα φεννίς eo facilius irrepserunt, quod φαινίνδα vulgo a verbo φενακίζειν derivabatur. a veteribus tamen grammaticis illae abiudicandae sunt. — [169]) Photiani lexici lacunam (a Nabero non indicatam) e Suida et Eust. supplevi. — [170]) Photi et Eustathi

Eustathius quoque adhibuit p. 1554, 35 φεννίς· παιδιὰ διὰ cφαίρας, ὁπηνίκα ἑτέρῳ προδεικνύντες εἶτα ἄλλῳ ἀφιᾶci τὴν cφαῖραν ὥcπερ φενακίζοντες. — alterum huic lusui nomen fuit ἐφετίνδα: Hesych. ἐφετίνδα· εἶδος παιδιᾶς, ὅταν cφαῖραν ἄλλῃ προτείναντες ἀλλαχῇ βάλλωci. καὶ πεποίηται παρὰ τὸ φενακίζειν. Phot. et Eust. p. 1554, 34 ἐφετίνδα· παιδιά τις, ὅταν ἄλλῳ προδείξαντες τὴν cφαῖραν ἄλλῳ ἀφῶciν (ἐφῶciν recte Eust.). Cratinum laudat Et. Mg. 402, 39.

Lusus convivales excerptis Suetonianis commemorantur tres: γρῖφοι, ἑωλοκραcία, κότταβος. Suetonianae de griphis et aenigmatis disputationis haec frustula servarunt ML: γρίφους ἐκάλουν τὰ αἰνιγματώδη ζητήματα, ἅπερ ἐν τοῖc cυμποcίοις προὔβαλλον. similiter vocem interpretatur Hesych. γρῖφοι· τὰ ἐν τοῖc πότοις βαλλόμενα ζητήματα. id. γρῖφος· τὸ δίκτυον. καὶ cυμποτικὴ ζήτηcις αἰνιγματώδηc. cf. lex. rhet. Bekk. 227, 23 (Et. Mg. 241, 31) γρῖφοι· τὰ cυμποτικὰ ζητήματα. Pollux VI 107 (qui libro IX lusus convivales praetermisit) γρῖφον et αἴνιγμα distinguit: τῶν μὲν cυμποτικῶν καὶ αἴνιγμα καὶ γρῖφοc. τὸ μὲν παιδιὰν εἶχεν, ὁ δὲ γρῖφοc καὶ cπουδήν. Eustathi locus p. 713, 10, quem ad Suetonium rettuli, maxime convenit cum schol. Plat. Rep. V 479c: uterque Κλεάρχου γρῖφον ἔμμετρον tradit hunc:

αἶνός τίc ἐcτιν ὡc ἀνήρ τε κοὐκ ἀνήρ
ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιθ' ἰδών τε κοὐκ ἰδών
ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου καθημένην[171])
λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βάλοι τε κοὐ βάλοι.

quem sic dissolvi dicunt: νυκτερίδα ὁ εὐνοῦχοc νάρθηκι κιccήρει. Clearchus peculiariter scripsit περὶ γρίφων[172]), quem librum Athenaeus compluribus locis in usum vocavit; ex eodem hunc griphum ἄμετρον transcripsit X 452c.

ἑωλοκραcίαν Suetonio auctore describit Tzetz. Var. Hist. VI 879:

οἱ νέοι γὰρ κωμάζοντες τόποις ἀφωριcμένοις
περὶ ἑcπέραν τοὺc χοᾶc καὶ τοὺc βίκουc τιθέντες
ἕκαcτος ἀνδριζόμενος ἔπινε τὸν οἰκεῖον·
ὃc δὲ πιεῖν οὐκ ἴcχυce τὸν ἑαυτοῦ χοέα,
περιεχεῖτο ἔωθεν τῶν cυμποτῶν γελώντων.

similiter Eust. p. 1451, 55 ... ἵνα καὶ ἑωλοκραcίαν ἔθεντο, ἣν κατεcκεδάννυcάν, φαcι, τῶν κατακοιμηθέντων οἱ διαπαννυχίcαντεc ἐν τῷ πίνειν, χθιζὴν κρᾶcιν οὖcαν ἤτοι λείψανον τοῦ χθὲc κρατῆ-

---

auctorem Naber Aelium Dionysium esse contendit. equidem e Pausania utrumque hausisse credere malim. v. infra. — [171]) Verba τε κοὐ καθημένην de suo Eust. inepte addidit; idem griphum explicat non Suetoni sed suis verbis. — [172]) Cf. Weber, de Clearchi Solensis vita et operibus. diss. Vrat. (1880) p. 22 sqq., qui accurate de differentia vocabulorum γρῖφοc et αἴνιγμα exponit p. 24 sqq.

ρος, ὃ τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μὴ κρατερῶν τοῦ πίνειν κατεχέετο. a Suetonio non discrepat Hesych. ἑωλοκρασία· χθεσινὴ μέθη, ἕωλος κρᾶσις, ἣ παρ' Ἀθηναίοις κατεχεῖτο τοῖς παννυχίζουσι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι στέγειν τὸ παννυχίζειν. similia tradunt schol. Luc. Conv. 3 Et. Mg. 352, 33 ἡνίκα συνέπινον ἀλλήλοις παρὰ Ἀθηναίοις οἱ νέοι, ἐπὶ ἑκάστου κρατὴρ οἴνου ἐτίθετο· καὶ εἴ τις ἐκαθεύδησε μὴ πιὼν τὸν ἴδιον κρατῆρα πρωὶ κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐξεχέετο. καὶ ἐκαλεῖτο ἑωλοκρασία. Demosthenes de cor. 50 ἑωλοκρασίαν usurpavit ad vanas Aeschinis calumnias significandas. quem Demosthenis locum interpretatur Didymus ap. Harpocr. ἑωλοκρασία· Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· 'αἴτιος δ' οὗτος ὥσπερ ἑωλοκρασίαν τινά μου τῆς πονηρίας τῆς αὑτοῦ κατασκεδάσας'. Δίδυμος δέ· 'οὗτος χθὲς καὶ πρώην ἃ ἐκέρασεν πράγματα ἀρχαῖα συγκεράσας τήμερόν μοι καταχεῖ καὶ ἐμὲ πρᾶξαί φησι'. illud δέ post verba Demosthenis quaedam excidisse indicat, nempe eam vocis ἑωλοκρασία interpretationem, quam Suetonius et Hesychius tradunt. supplent Harpocrationem qui ab eodem auctore pendent Photius et scriptor lexici rhet. Bekk. 258, 12.[173]) Phot. (Suid. Et. Mg. 352, 23) ἑωλοκρασία· ἔθος ἦν τοῖς νέοις δειπνοῦσι καὶ νυκτερεύουσι καταχεῖν τῶν κοιμωμένων τῶν ἑώλων δείπνων τοὺς ζωμοὺς πρὸς τὴν τοιαύτην παιδιὰν κεκραμένους. ἐγὼ δὲ (Didymum loqui ex Harpocrationis loco apparet) μᾶλλον νομίζω πεποιῆσθαι τὸ ὄνομα ὑπὸ τοῦ ῥήτορος ἀπὸ τῶν ἑώλων ἃ ἐστιν ἀρχαῖα, ὅτι πράγματα ἀρχαῖα συγκεράσας κατηγόρει ὁ Αἰσχίνης. lex. rhet. Bekk. 258, 12 (Et. Mg. 352, 37) ἑωλοκρασία· ἡ κατάχυσις τῶν ζωμῶν τῶν ἑώλων δείπνων ἐπὶ τοὺς κοιμωμένους τῶν συμπινόντων. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ κατηγορίᾳ ἀρχαίων πραγμάτων. Pollux ἑωλοκρασίαν utroque loco (libro VI et IX) omnino praeteriit.

κότταβος lusum paucis versibus descripsit Tzetz. Var. Hist. VI 884—897. similia fere schol. Ar. Pac. 343 Pollux VI 109 tradunt, paullo diversa schol. Ar. Pac. 1242. uberrima disputatione de hoc lusu exponit Athenaeus XV 665e—668f. itaque Eustathius hac in re Athenaeum quam Suetonium sequi maluit: quae de cottabo Eust. p. 1170, 53 narrat, ex Athenaeo (XV 667e) compilavit. cf. praeterea schol. Luc. Lexiph. 3 Et. Mg. 533, 15 Hesych. s. v. κοτταβεῖα et κότταβος. de cottabi lusu difficillimo multi scripserunt: cf. Becker-Göll, Charikles II 366. Becq de Fouquières p. 212 sqq.

2. De puerorum lusibus.

μηλάνθη. Suetonius ap. Eust. p. 1329, 25 (ML) hunc lusum appellat μηλάνθη et ab Atticis appellari adnotat μηλόνθη. sed apud

[173]) Ubicunque Photius et scriptor lex. rhet. Bekk. inter se conspirant, uterque e fonte quodam hausit simili eius quo inprimis usus est Harpocratio, i. e. lexico quodam X oratorum e Didymi commentariis potissimum conscripto. de tribus eius modi lexicis refert Phot. Bibl. Cod. 150.

Ar. Nub. 764 legitur μηλολόνθην, ubi schol.: οὕτω γράφουσιν οἱ ἀκριβέστεροι. ac Pollux IX 127 nomina exhibet μηλολάνθη et μηλολόνθη. itaque nescio an Suetonius quoque μηλολάνθη et μηλολόνθη scripserit.[174]) in describendo lusu congruunt fere Suetonius et Pollux, nisi quod hic Aristophanis versum illum laudat, alterum lusus nomen (χρυσαλλίς) omittit. verbis tantum discrepat schol. Ar. l. l.

ἑλκυστίνδα sive σκαπέρδα ἕλκειν. Plane eodem modo hunc lusum describunt Suetonius ap. Eust. p. 1111, 21[175]) (ML) Hesychius s. v. σκαπέρδα (cuius lacunae facile possunt expleri)[176]) Pollux IX 116 Phot. s. v. σκαπέρδα (Pausania, ni fallor, auctore). — σκαπέρδα ἕλκειν partem dicit Eust. lusus ἑλκυστίνδα. et Pollux alterum genus addit: ἔσθ' ὅτε μέντοι καὶ τὰ νῶτά τινες προσθέντες ἀλλήλοις ἀνθέλκουσιν ἑνὶ δεσμῷ δεθέντες. mirum etiam, quod Pollux unum σκαπέρδα lusum in lusus in -ίνδα exeuntes recepit. itaque probabiliter Fresenius p. 35 coniecit ἑλκυστίνδα nomine (quod Eust. unus memorat) et σκαπέρδα ἕλκειν et illum lusum verbis ἔσθ' ὅτε κτλ. a Polluce huic adnexum comprehendi. tertium simile genus fuit διελκυστίνδα (Pollux IX 112 Hesych.), ubi plures utrimque trahebant.

ἐποστρακισμός et ὀστρακίνδα. Hos lusus plane inter se diversos propter verborum similitudinem coniunxit Eust. p. 1161, 34.[177]) Pollux dispositionem secutus quam sibi proposuit suo utrumque loco illustravit (IX 111 ὀστρακίνδα, IX 119 ἐποστρακισμός). Suetonius de his lusibus multo copiosius exposuit quam Pollux, ut locum Platonis poetae comici affert a Polluce omissum. ἐποστρακισμόν praeter Suetonium et Pollucem commemorat (e Photio fortasse) Et. Mg. 368, 3 ἐποστρακίζειν· παιδιά τις, ἣν παίζουσιν οἱ παῖδες ὄστρακα ἀφιέντες εἰς τὴν θάλασσαν. idem lusus est Romanorum 'iaculatio testarum', quem describit Minucius Felix Octav. 3. — in ὀστρακίνδα lusus descriptione proverbium laudat Suetonius 'ὀστράκου περιστροφή' (Pollux omittit). quo in proverbio enarrando cum Suetonio congruunt Prov. Coisl. 380 (ap. Leutsch. ad Diog. VI 95) et schol. Plat. Phaedr. p. 241 b. eadem narrat Hermias (ad eundem Platonis locum), qui solus praeter Suetonium versus Platonis comici adiungit. aliter illud proverbium videtur derivare Diog. Prov. VI 95.

φίττα Μαλιάδες, φίττα Ῥοιαί, φίττα Μελίαι. His vocibus in currendi lusu puellae se invicem adhortabantur: Eust.

---

[174]) Legitur tamen μηλάνθη in fragmento quodam Herodae poetae lyrici ap. Stob. 78, 6 (frg. 3 Bergk PLG II[3] 795). — [175]) In Eustathi verbis pro διήρτητο scribendum est διεῖρτο ex emendatione Bekkeri (ad Poll. l. l.); verba προαγαγὼν αὐτὸ τῆς δοκοῦ corrigenda sunt in προσαγαγὼν αὐτὸν τῇ δοκῷ coll. Polluce: προαγαγὼν ἄνω τῆς δοκοῦ scripsit Grasberger, Erziehung und Unterricht im Alterthum I p. 104, e coniectura ut videtur. — [176]) Apud Hesych. in fine glossae pro σκαπέρδης legendum videtur σκάπερδος: cf. Suet. βλασφ. εἰς πονηρούς (ML): σκάπερδος· ὁ δυσχερής. — [177]) In M hi lusus secernuntur, a Millero tantum conflati sunt (cf. Fresen. p. 24 n. 4).

p. 1963, 39 ἔτι ἐκ τῆς μηλέας καὶ Μηλίδες αἱ κατὰ Δωριεῖς Μαλίδες νύμφαι, αἳ καὶ τρισυλλάβως Μαλιάδες κατὰ τὸ 'φίττα Μαλιάδες, φίττα 'Ροιαί, φίττα Μελίαι', ἐν οἷς νυμφῶν μέν εἰσιν ὀνόματα τὰ θηλυκά, τὸ δὲ φίττα ἐπίρρημα τάχους δηλωτικόν [καθὰ καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ σίττα]. quae ex Suetoni libro derivata esse ab Eustathio docet glossa exc. ML φίττα· τὸ ταχὺ σημαίνει, et confirmatur consensu Pollucis IX 127 γυναικῶν δὲ μᾶλλον ἡ παιδιά, ὥσπερ καὶ ἡ φίττα Μαλιάδες, φίττα 'Ροιαί, φίττα Μελίαι παρθένων· τὰς γὰρ νύμφας εὐφημοῦσαι θέουσι παροξύνουσαι ἀλλήλας εἰς τάχος. repetit hunc lusum Eust. p. 855, 25, ubi aliae similes interiectiones enumerantur.[178])

κυνδαλισμός. Obiter hunc lusum attigit Eust. p. 540, 23 ἰστέον δὲ καὶ ὅτι γλῶσσά τις λέγεται κυνδάλους λέγειν τοὺς πασσάλους καὶ κυνδαλοπαίκτας τοὺς πασσαλιστάς[179]), ὅθεν καὶ παιδιά τις διὰ πασσάλων γενομένη κυνδαλισμὸς ἐλέγετο. meram glossam servarunt ML: κύνδαλος· ὁ πάσσαλος. cum Eustathio concinit Hesych. κυνδάλη (sic)· παιδιά τις. καὶ οἱ μὲν ὑπομνηματισταὶ κυνδάλας τὰς σκυτάλας ἀπέδοσαν, οἱ δὲ τὰ γεωμετρούμενα σχήματα. κακῶς. κυνδάλους γὰρ ἔλεγον τοὺς πασσάλους καὶ κυνδαλοπαίκτην τὸν πασσαλιστήν. supplet Suetonium Hesychiumque Pollux IX 120 ὁ δὲ κυνδαλισμὸς διὰ πατταλίων ἐστὶ παιδιά. κύνδαλα γὰρ τοὺς παττάλους ὠνόμαζον. ἦν δὲ ἔργον οὐ μόνον αὐτῷ τινὶ καταπῆξαι τὸν πάτταλον κατὰ τῆς διύγρου, ἀλλὰ καὶ τὸν καταπαγέντα ἐκκροῦσαι πλήξαντα κατὰ τὴν κεφαλὴν ἑτέρῳ παττάλῳ· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία 'ἥλῳ τὸν ἦλον, παττάλῳ τὸν πάτταλον' (cf. Leutsch. ad Diog. Prov. V 16). ἔνιοι δὲ τῶν Δωριέων ποιητῶν τὸν ὧδε παίζοντα κυνδαλοπαίκτην ἐκάλεσαν.

ἀσκωλιασμός. Suetonianae de hoc lusu disputationis haec tantum exhibent ML: ἀσκωλιασμός· τὸ ἐφ' ἑνὸς ποδὸς βαίνειν.[180]) plura e Suetonio descripsit Eust. p. 1646, 21 .... καὶ ἀσκωλιάζειν, ὅπερ ἐστὶ κατὰ κυριολεξίαν μὲν ἐν ἀσκῷ λιάζειν, ᾧ πεφυσημένῳ ἐμπηδῶντες οἱ βουλόμενοι ἔν τινι ἑορτῇ [οὐκ ἀμφοῖν ποδοῖν ἀλλὰ ἑνὶ] καὶ ὡς εἰκὸς οὐκ εὐστοχοῦντες ἀλλά που καὶ καταπίπτοντες ὑπεκίνουν γέλωτα τοῖς θεωμένοις. ἄλλως μέντοι παρὰ τοῖς ὕστερον ἀσκωλιάζειν ἑρμηνεύεται τὸ ἑνὶ ποδὶ ἅλλεσθαι. cum Suetonio fere congruit Boethus ap. schol. Plat. Symp. p. 190d ἀσκωλιάζειν κυρίως μὲν τὸ ἐπὶ τοὺς ἀσκοὺς ἅλλεσθαι ἀληλιμμένους, ἐφ' οὓς

schol. δ 22 MQ Φερεκύδηc δὲ ἱcτορεῖ οὕτωc· Ἀργεῖοc δὲ ὁ Πέλοπoc ἔρχεται παρ' Ἀμύκλαν εἰc Ἀμύκλαc καὶ γαμεῖ τοῦ Ἀμύκλα θυγατέρα Ἡγηcάνδραν. ἐκ τούτου δὲ γίνεται Ἀλέκτωρ.

schol. ε 441 Cώcωνά φαcι τοῦτον λέγecθαι τὸν ποταμόν.

ἔcωcεν enim ex aestu hic Scheriae fluvius Vlixem.

schol. κ 6 HQ Αἴολοc Τηλεπάτραν τὴν Λαιcτρυγόνου γήμαc ἐγέννηcε θυγατέραc ἓξ καὶ ταύταιc ἴcουc υἱούc. ἔcτι δὲ τοῖc μὲν ἄρρεcιν ὀνόματα Ἰόκαcτοc Ξοῦθοc Φάλακροc Χρύcιππoc Φερήμων Ἀνδροκλῆc, ταῖc δὲ παρθένοιc Ἴφη

Αἰόλη Περίβοια Δία Ἀστυκράτεια Ἡφαιστία. ὁ δὲ Εὐριπίδης ἑτέρως ἱστορεῖ.

schol. μ 217 Η τοῦτον Μάνδρωνά τινες λέγουσιν.

num hoc nomen fictum est e proverbio ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη ναῦς?[1])

schol. μ 257 οἱ ἀπολόμενοι ὑπὸ τῆς Σκύλλης Στήσιος Ὀρμένιος Ἄγχιμος Ὄρνυτος Σίνωπος Ἀμφίνομος· οὕτως Φερεκύδης.

schol. μ 301 HQ Vind. 56 Νυμφόδωρος ὁ τὴν Σικελίαν περιηγησάμενος καὶ Πολύαινος καὶ Πανύασις φύλακα τῶν Ἡλίου βοῶν Φάλακρόν φησι γενέσθαι, ὃν Φιλοστέφανος Αἰολιδοῦν εἶναί φησι καὶ ἔχειν ἐν Μύλαις ἡρῷον.[2])

schol. o 417 BHQ ὄνομα δὲ αὐτῇ Δαήνη

sc. mulieri Phoeniciae quae Eumaeum rapuit.

In omnibus his scholiis idem agitur, eadem forma atque species apparet atque in iis quibus ipsum Porphyrii nomen apposuerunt scholiastae. Nimis desiderantur loci similes nec sane, id quod accidere solet siquis in res exiles inquirit, argumenta certa parari possunt; sed grammaticos quorum operae corpus scholiorum debetur putaveris multos libros perquisivisse, ut nomina illa in historiae poeticae latebris recondita eruerent? Nominibus eos operam navasse constat ex eo quem proposui catalogo; neque minus certum est Porphyrii de hac re libellum illis praesto fuisse; iam quae placeat sententia, ipse concludas.[3])

II. Transeo ad alterum genus scholiorum quod ut ab ipso Porphyrio non profectum est, ita ab eius studiis Homericis minime est alienum. Veteres grammaticos inde ab artis criticae et exegeticae primitiis in quaestionibus et proponendis et solvendis plurimum desudasse atque sensu vetustae simplicitatis pulcritudinisque saepissime prorsus caruisse post Lehrsium[4]) satis superque notum est. Larga horum studiorum exempla exhibet Porphyrius. Atqui praeter magna et copiosa Porphyrii zetemata quae praecipue in codice

---

[1]) Cf. Zenob. III 44 et intt. — [2]) Cf. Meinek. an. Al. p. 370. — [3]) Audacius si rem agi velis, huc referas etiam eos locos quibus disputatur num nomen aliquod proprium an adiectivum poeta posuerit. Cf. scholl. A 392 δ 12. 228. 617. 797 [cf. scholl. α 275. 277 ο 16] λ 235. Sed cautione opus esse docet Eust. p. 246, 30 cl. cum schol. B 701. Neque stemmata recepi quae leguntur schol. N 663 π 118 [= Eust. p. 597, 8 sq.] ω 270, et quae Boeotiae adscripta sunt innumera. Item dubitavi de eiusmodi indicibus quales referuntur Althaeae fratrum schol. I 567 Meleagri sororum schol. I 584 Nelidarum schol. Λ 692 Persei filiorum schol. T 116; haec non dicuntur ὀνόματα παραλελειμμένα. — [4]) Non possum ex eius praeclara disputatione non adscribere hunc locum Macrobii [XVIII 2]: quaerebatur autem res huius modi aut sententia poetae veteris lepide obscura *aut historiae antiquioris requisitio* aut decreti cuiuspiam ex philosophia perperam invulgati purgatio aut captionis sophisticae solutio aut inopinati rariorisque verbi indagatio aut tempus item in verbo perspicuo obscurissimum.

Veneto B servata sunt, alia extant zetemata inprimis in codice Victoriano, quibus viri docti velim animos advertant. Quaeritur ibi ut solet cur Homerus aliquem aliquid agentem vel dicentem fecerit; solutio petitur ex historiae fabularis recondita et absona doctrina, cui miro modo poetae verborum morumque Homericorum observatio est admixta. Adeo vero inter se similia sunt haec scholia historiaeque fabularis ea exhibetur notitia ut omnia eidem auctori tribuere non dubitem, quamquam quis ille fuerit nescio. Etsi enim casu accidit ut pauca atque ea levissimi quidem momenti communia insint cum Porphyrio, is historiae fabulari non multum studebat[1]) totoque caelo ab eius loquacitate brevitas scholiorum paene obscura distat; denique zetematum rationes sunt diversae, quoniam apud Porphyrium plerumque solvuntur quae sibi contraria esse videntur, in his scholiis causae exponuntur rei ab Homero narratae, raro illius generis quaestiones exponuntur. Locos propono hos:

> schol. A 400 BL πιθανῶς τοὺς Ἀχαϊκοὺς θεοὺς ἠχθρευκέναι Διί φησιν ἵν' ἀκούοιτο Θέτις. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ Ἀθήνη γράφουσι καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων· τοῦτον γὰρ εἰκὸς ἠχθρευκέναι Διὶ μὴ φέροντα τὸν ζῆλον τῆς ἐκείνου τυραννίδος· ὅθεν Ἥραν μὲν δεῖ, τοὺς δὲ Λαομέδοντι ὑποτάσσει. οἱ δὲ Ἥραν μὲν διὰ τὸ πολλαῖς μίγνυσθαι, Ποσειδῶνα δὲ διὰ τὸ εἰς τὴν διανομὴν πεπλεονεκτῆσθαι, Ἀθηνᾶν δὲ διὰ τὸ ἀναγκασθῆναι ζευχθῆναι Ἡφαίστῳ.

Quae secuntur in B ex Heracliti allegoriis [ad A 399] excerpta[2]), a librario suo more falso esse adsuta[3]) apparet e codice Lipsiensi ubi sub alio lemmate prorsus secreta leguntur. Ad scholii initium cf. Aristonicum [ad A 400] ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Φοῖβος Ἀπόλλων· ἀφαιρεῖται δὲ τὸ πιθανόν· ἐπίτηδες γὰρ τοὺς τοῖς Ἕλλησι βοηθοῦντας θεοὺς ἠχθρευκέναι Διί φησιν ἵνα μᾶλλον ἀκούοιτο Θέτις· minime vero ex Aristarchi sententia ille egit, cum Iunonis vincula et Neptuni Apollinisque servitium adiunxit. Porphyrius fabulas omnino reicit: cf. zetema ad A 399: τί ποτε ἄρα βουλόμενος ταῦτα ἔπλασε πολὺ ἔχοντα τὸ ἄλογον καὶ ἀνάρμοστον, εἴγε Ἀθηνᾶ καὶ Ἥρα καὶ Ποσειδῶν ἐβούλοντο συνδῆσαι τὸν Δία ἡ μὲν θυγάτηρ οὖσα οἱ δὲ ἀδελφοί; διὸ καὶ ἀντὶ τῆς Ἀθηνᾶς γράφουσι καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων ὥσπερ οὐ τοῦ αὐτοῦ μένοντος ἀτόπου. καὶ ἄλλοι πάλιν ἀναλλάσσουσι τὰ ἔπη

> οἵη ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι
> Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων
> ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,

---

[1]) Vno loco [ad Z 200 de deorum in Bellerophontem odio] quantum scio historiae fabularis aliquam habuit rationem. — [2]) Inspiciendae sunt hoc loco editiones Dindorfiana et Bachmanniana; rem perturbavit Bekkerus. — [3]) Hunc morem illustravit Roemer in libello cui inscripsit: „Die exegetischen Scholien der Ilias im codex Venetus B. München 1879" p. 39 sqq.

ἵνα οὗτοι μὲν οἱ θεοὶ φαίνοιντο βοηθήσαντες αὐτῷ μετὰ Θέτιδος, ἄλλοι δέ τινες οἱ ξυνδῆσαι θέλοντες, καὶ μύθους δὲ λέγουσιν ἐπὶ τούτοις πολλούς . . . δεῖ τοίνυν φυσικὸν μᾶλλον ἐν τούτοις ὑπονοεῖν λόγον κτλ. Ex hoc scholio pendet ἱστορία in ADLd ad A 399 adscripta. Quid de subscriptione ἱστορεῖ Δίδυμος iudicandum sit, infra apparebit, historiae tenor ex versibus Homericis desumptus est [A 398—406]; at quae in scholio de varia lectione docte adnotata sunt, in ἱστορίας formam confuse redacta sunt: Ποσειδῶν δὲ καὶ Ἥρα καὶ Ἀπόλλων καὶ Ἀθηνᾶ ἐβούλοντο αὐτὸν δῆσαντες ὑποτάξαι . . . ἀκούσας δὲ ὁ Ζεὺς Θέτιδος τὴν μὲν Ἥραν ἐν τοῖς καθ' αὑτοῦ δεσμοῖς ἐκρέμασε, Ποσειδῶνι δὲ καὶ Ἀπόλλωνι τὴν παρὰ Λαομέδοντι θητείαν ἐψηφίσατο, τῇ δὲ Θέτιδι τὴν Ἀχιλλέως τιμὴν εἰς τὰ μετὰ ταῦτα ἐταμιεύσατο.

Huic scholio adiungo alterum quo data opera de Neptuni Apollinisque servitio agitur:

schol. Φ 444 V ἠθέλησαν γὰρ συνδῆσαι τὸν Δία
Ποσειδάων καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων [A 400]·
οἱ δὲ ἐπὶ τῷ πειρᾶσαι τὴν ὕβριν Λαομέδοντος
καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες [ρ 485]·
ὡς ἀποθανόντος οὖν τοῦ αἰτίου τιμώμενος νῦν ἐν Ἰλίῳ Κίλλῃ Χρύσῃ Τενέδῳ βοηθεῖ αὐτοῖς. οἱ δὲ δύο φασὶν ἐργασαμένους ἀμισθὶ ἀναθεῖναι Ἀπόλλωνι καὶ Ποσειδῶνι. οἱ δὲ ὅτι ἀπὸ τῶν ἱερατικῶν χρημάτων ᾠκοδόμησεν αὐτά.

Vltimae sententiae auctorem esse Herodorum cognoscitur ex schol. Lycophr. 522[1]) ubi Ἡρόδοτος olim correctum est. Quae altero loco in scholio tradita sunt, redeunt apud Apollodorum [II 5, 9, 9]. Ab ea autem ratione qua Laomedonte mortuo Apollo Troianorum cultum et venerationes accepisse beneficiisque et auxilio rependisse dicitur, videas quam discrepet Porphyrius [schol. Φ 445 ABD] . . . Ἀπόλλων δὲ οὐ μνησικακεῖ διότι μᾶλλον τιμᾶται παρ' αὐτῶν· πᾶσα δὲ χάρις, κἂν ᾖ τελευταία, δύναται μεῖζον ἔγκλημα λῦσαι. Suo more in Homero se continuit Aristarchus [cf. Ariston. ad Φ 444].

schol. Δ 88 V φασὶ δὲ Τριόπαν Περραιβῶν τύραννον τοσοῦτον ὠμὸν εἶναι ὡς τὸν υἱὸν ἀποκτείναντα αὐτὸν Καρκάβον τυραννοκτονίας γέρας λαβεῖν παρὰ τῶν πολιτῶν· φυγὰς δὲ ἥκων εἰς Βρένθιν τῆς Τροίας καθαρθείς τε ὑπὸ Τρωὸς λαβὼν ἔδαφος κτίζει Ζέλειαν τῆς μικρᾶς Λυκίας. ὥστε ἀναγκαίως ἐκ τούτου τοῦ αἵματός ἐστιν ὁ συγχέας τοὺς ὅρκους.

Cur Pandarum Lycium Troianos in periurii crimen implicantem fecisset Homerus, grammaticos quaerere solitos esse Porphyrius testatur, sed hoc quoque loco ad fabularum obscuritates non de-

[1]) Cf. praeterea anon. d. incred. p. 322 West. Ceterum ex Lycophronis commentario desumpta esse videntur quae apud Servium [ad Aen. II 610] leguntur.

scendit universae gentis perfidia incusata: cf. zetema ad Δ 88 . . . καὶ ὅτι φύσει ἐπίορκος ἦν· τὸ γοῦν ἔθνος ἔτι καὶ νῦν δοκεῖ εἶναι, ὅθεν ἐκεῖνος ἦν, ἐπίορκον.

schol. Δ 330 V ἴσως ἐπεὶ Κέφαλος ὁ Δηιόνος Ἀθηναῖος ὢν ᾤκισε τὴν Κεφαλληνίαν, συνετάγησαν αὐτῷ.

Telebois victis Cephalum Atheniensem ab Amphitryone pro auxilii mercede Cephalleniam accepisse haud pauci narrant [Strabo X p. 452. 459. 456. 461 Epaphrod. in Et. M. 507, 26 St. Byz. p. 381, 18 Paus. I 37, 6 Apollod. II 4, 7, 5], atque Vlixis stemma e Cephalo deducitur: cf. scholl. B 631. 173 ω 270.

Similiter quae in pugna fiunt explicantur

schol. Ε 843 BL Ὀχήσιος Οἰνέως υἱὸς ὥς φησι Νίκανδρος ἐν τοῖς Αἰτωλικοῖς. κατὰ Διομήδους οὖν καὶ αὕτη τοῦ Ἄρεως ἡ πρᾶξις.

schol. Λ 613 V ἢ ὡς πλησιοχώρου φροντίζει ἢ ἐπεὶ Ἀσκληπιὸς καὶ Ἀχιλλεὺς συμφοιτηταὶ παρὰ Χείρωνι.

quaeritur cur Achilles Patroclum miserit ut de Machaone sciscitaretur.

schol. Ν 92 V Θόαντα: ἐγάμει γὰρ Ἀνακτόραν τὴν Πηνέλεω. Δηίπυρον: Πύλιος ἦν ὥς τινες· οἱ δὲ ἀδελφοὶ Μηριόνου . . .

coniunguntur enim a poeta Peneleus Thoas Deipyrus Meriones Antilochus.

Vbi Merionae adsociatur Lycomedes [Τ 240], adnotatur [schol. V]: Κρὴς ὁ Λυκομήδης ὥς φησιν Ἡσίοδος καταλέγων τοὺς μνηστῆρας Ἑλένης.

Vbi Deiphobus describitur Idomeneum petens haec adscripta sunt:

schol. Ν 517 V ὡς ἀντεραστὴς Ἑλένης, ὡς μαρτυρεῖ Ἴβυκος καὶ Σιμωνίδης· ἀλλ' οὔτε ἦρα μεσαιπόλιος οὔτε τὸ παρὰ Ἰβύκῳ ἀληθές· ἀλλὰ διὰ τοὺς πεσόντας.

schol. Ψ 681 V ἔστι γὰρ Δηιπύλης τῆς Ἀδράστου καὶ γαμεῖ Αἰγιάλειαν [cod. Εὐρυάλειαν] τὴν Ἀδράστου. ὁ δὲ Εὐρύαλος Μηκιστέως ἐστὶ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀδράστου.

agitur de Diomede Euryalum Mecistei filium ante pugillationem cum Epeo subeundam exhortante.

Mirum videbatur grammaticis Sthenelum qui olim inter epigonos Thebas expugnasset, apud Homerum aurigam esse Diomedis neque acie dimicare[1]):

schol. Θ 114 BL φασὶ δὲ τὸν Σθένελον ἀπὸ τοῦ τείχους κατενεχθέντα τρωθῆναι τὸ σκέλος· διὰ τοῦτο οὐ πολεμεῖ ἀλλ' ἡνιοχεῖ Διομήδει.

vel Lyciorum ducem esse Sarpedonem neque Glaucum, cum hic ex Bellerophontis stirpe ortus esset patre Hippolocho, ille matre Laodamia [cf. Ζ 196 sqq.]:

---

[1]) Bene de tali re disputatur schol. Π 244.

schol. M 101 V διὰ τί μὴ Γλαῦκος ἦρχεν ἀλλὰ Σαρπηδών; καίτοι Γλαῦκος ἐξ ἀρσένων ἦν· ἢ ἐπεὶ ἀμφισβητούντων περὶ τῆς βασιλείας πρόκλησις ἦν διατοξεῦσαι δακτύλιον ἐπικείμενον στήθει παιδὸς ὑπτίου καὶ ἡ μὲν ἀδελφὴ τὸν ἑαυτῆς δέδωκεν, ἡ γυνὴ δὲ οὔ. ἢ ἐπεὶ ἀδελφῆς καὶ μοιχευομένης οὐ νοθεύεται τὸ γένος, ἀλλὰ γυναικός.

Herculis in Pylios expeditio Λ 690 sq. commemoratur neque causa additur. Mythographi cum Neleum ab Iphiti caede eum expiare noluisse narraverint [cf. Diodor. IIII 31 Apollod. II 6, 2 Hyg. fab. XXXI scholl. B 336 Ε 392 Λ 690] a grammatico oppugnantur:

schol. Λ 690 V οὐ διὰ τὰ καθάρσια Ἰφίτου πορθεῖται ἡ Πύλος, ἐπεί τοι Ὀδυσσεὺς μείζων ⟨ἂν ἦν⟩[1]) Νέστορος· καὶ παρ' Ὁμήρῳ οὐκ οἴδαμεν φονέα καθαιρόμενον ἀλλ' ἀντιτίνοντα ἢ φυγαδευόμενον. ἢ οὖν διὰ τὴν ὑπερηφανίαν Περικλυμένου ἢ ὅτι Ὀρχομενίοις κατὰ Θηβαίων ὡς συγγενεῖς συνεβάλοντο.[2]) ὅτι δὲ συγγενεῖς Ὀρχομένιοι Πυλίων, φησίν·

ἦ [cod. εἰ] που [ἢ] ἐν Ὀρχομενῷ ἠ ἐν Πύλῳ [λ 459]

καὶ

ὅς ποτ' ἐν Ὀρχομενῷ Μινυηίῳ ἶφι ἄνασσεν·
ἡ δὲ Πύλου βασίλευε· [λ 284 sq.]

Ἀγίας [Αὐγέας cod. Ἀγίας Eust. p. 830, 5 Bas.] δὲ ἐν α Ἀργολικῶν φησι τῶν Γηρυόνου βοῶν ἀφελέσθαι Νηλέα, ὅθεν Ἡρακλέα Νέστορι παραδοῦναι τὴν ἀρχήν. Τελέαρχος δὲ ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς ἄγοντα τὰ χρυσᾶ μῆλα καὶ τὸν ζωστῆρα καὶ τοὺς Διομήδους ἵππους εἴργεσθαι ἐπιβαίνειν τῇ πόλει καὶ τοῦ Νέστορος κωλύοντος **

Scholion mutilum esse videtur. Vltimo loco agebatur de Nestore ex Nelei filiis uno superstite, neque scio an ex iis quae ibi docte fuerant exposita, hoc frustulum excerptum sit:

schol. Λ 693 ADLd τὸν Νέστορά φησι μόνον περισωθῆναι τῶν λοιπῶν τοῦ Νηλέως παίδων ἤτοι ὅτι νέος ὑπάρχων ἔξω ἐτρέφετο παρὰ τοῖς Γερηνίοις ἢ ἐπεὶ συνεβούλευσεν εἰσαχθῆναι τὸν Ἡρακλέα, ὥς τινές φασιν.

---

[1]) Eust. ad. Od. p. 746, 40 σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι εἴπερ τοῦ ἐνταῦθα ἱστορηθέντος φόνου τοῦ Ἰφίτου καθαρθῆναι ζητῶν ὁ Ἡρακλῆς κατά τινας τῶν παλαιῶν καὶ μὴ ὑπακουσθεὶς ὑπὸ τοῦ Πυλίου Νηλέως ἐπόρθησε τὴν Πύλον, πρεσβύτερος ἂν εἴη τοῦ Νέστορος τοῦ ἐν Γερήνοις τότε τρεφομένου Ὀδυσσεὺς οὗτος ὁ ἤδη καὶ πρεσβεύειν ὡς ἐρρέθη δυνάμενος καὶ διὰ τὸ ἱστορηθὲν χρέος ἐξεσίην πολλὴν ὁδὸν ἐλθών. ἀλλ' ἴσως οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς οὔτε αἰτίαν ταύτην τοῦ ἁλῶναι τὴν Πύλον οὔτε τὴν ἐν Γερήνοις ἀνατροφὴν τοῦ Νέστορος· cf. schol. Lyc. 794: κόρακα εἶπε τὸν Ὀδυσσέα διὰ τὸ πολυχρόνιον· καὶ γὰρ προγενέστερόν φασι τὸν Ὀδυσσέα τοῦ Νέστορος· ὁ δὲ κόραξ, ὥς φησιν Ἡσίοδος, ρη′ γενεὰς ζῇ. — [2]) BL φασὶ τῶν Θηβαίων διαφερομένων τοῖς Ὀρχομενίοις καὶ πολεμούντων αὐτοῖς οἱ Πύλιοι ὡς οἰκείοις συνηγωνίζοντο· ὅθεν Ἡρακλῆς ὀργισθεὶς τοὺς Πυλίους ἐπολιόρκησεν.

Nestorem Gerenis fuisse cum Pylus everteretur inde ab Hesiodo [cf. St. Byz. p. 205, 5 sq.] volgaris fabula erat [cf. Paus. III 26, 8[1]) Apollodor. II 7, 3, 1 scholl. B 335 ADLd Ε 392 DLd γ 68 Et. M. p. 227, 49]. De altera sententia cf. Diodorum [IIII 31, 4]: ὁ μὲν οὖν Νηλεὺς βουλευσάμενος μετὰ τῶν υἱῶν ἔλαβε πάντας πλὴν Νέστορος τοῦ νεωτάτου συγκαταινοῦντας μὴ προσδέξασθαι τὸν καθαρμόν.

Arte cum his cohaerent quae de Hercule et Euryto ita a grammatico exposita sunt ut eadem ratione qua supra ipsis fabulis moribusque Homericis interpretationem applicare studeret:

> schol. φ 22 B Αὐτόλυκος ὁ Ἑρμοῦ κλέψας τὰς Εὐρύτου ἵππους πέπρακεν αὐτὰς τῷ Ἡρακλεῖ, ἃς ζητῶν Ἶφιτος περιήει· τὸν γὰρ Ἰόλης ἔρωτα οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς οὐδὲ ὡς ἀποτυχὼν τοῦ ἔρωτος τῆς Ἰόλης ἔκλεψε τὰς ἵππους Εὐρύτου.

Cf. schol. φ 31 B δῆλον δὲ ὅτι καὶ πρὸ Ἡρακλέους ἦν ὁ Εὔρυτος. Versibus enim θ 226 sq.:

> τῷ ῥα καὶ αἶψ' ἔθανεν μέγας Εὔρυτος οὐδ' ἐπὶ γῆρας
> ἵκετ' ἐνὶ μεγάροισι· χολωσάμενος γὰρ Ἀπόλλων
> ἔκτανεν οὕνεκά μιν προκαλίζετο τοξάζεσθαι

innisus improbavit quam mythographi narrare solebant fabulam magnum Eurytum ab Hercule in bello interemptum esse. Ceterum eadem ratione Herculem foedissimo crimine Apollodorus purgat [II 6, 2, 1].

Item morum aetatis Homericae ratio habetur ubi disputatur de Epigeo Myrmidone, quem fugitivum Peleus receperat:

> schol. Π 572 V τὸ Βούδειον πόλις Φθιῶτις ἀπὸ Βουδείου τοῦ Ἄργου ὠνομασμένη. πῶς δὲ ἂν ἱκέτευε τὸν βασιλέα τῆς ἑαυτοῦ πόλεως; οὐ γὰρ ἔθος τοῦτο. ἴσως οὖν ἀπὸ Βουδείας τῆς † ἀποκτιμένον τῆς Βοιωτίας τῆς μητρὸς Ἐργίνου ἐπώνυμος ἦν πόλις ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τὸ Βούδειον. ἢ τάχα ἑτέρα παρὰ ταύτην ἐστί.

Ne a dis quidem se abstinuit grammatici curiositas. Neptuni domus opulentia et firmitudine ingenium movetur ut αἰτία effingatur:

> schol. N 22 V ἐπεὶ Ἥφαιστος αὐτὰ ἐποίησεν ὅτε Θέτις καὶ Εὐρυνόμη αὐτὸν ὑπεδέξαντο πεσόντα [C 398 sq.].

Quaerit qua de causa Neptunus cum Argivos in pugnam excitaret Calchantis speciem induerit:

---

[1]) Quae altero loco tradit Pausanias οἱ δὲ ἐς τοῦτο ἐλθεῖν φεύγοντα τὸ χωρίον ἡνίκα Πύλος ἡλίσκετο ὑπὸ Ἡρακλέους pertinent ad falsam interpretationem formulae Homericae ἱππόται Νέστωρ cf. Aristonic. ad Ξ 117. 119 Apoll. lex. Hom. p. 92, 4 schol. B 335 cod. Par. 2556 [Cram. Anecd. Par. III p. 153]. Mira tradit Hygin. fab. X 'nam duodecimus Nestor in Ilio erat'. Num in codice Graeco pro ἐν Ἤλιδι falso ἐν Ἰλίῳ scriptum erat? quod sane factum est schol. Γ 75 in codicibus Veneto A et Leidensi. De Gerenis Eliacis cf. Strab. VIII p. 340.

schol. N 45 V ἐπεὶ ὑπὲρ Ἀχιλλέως κατ' Ἀγαμέμνονος μέλλει λέγειν, πρὸς τὸ πιστευθῆναι Κάλχαντι εἴκασται. οἱ δὲ ὅτι ὁ ποιήσας τὸ ἐν Εὐβοίᾳ ἱερὸν Κάλχαντος ἀδελφὸς ἦν.

cur Somnus Lemni moretur:

schol. Ξ 231 V φίλοινοι γὰρ ὡς ἀπόγονοι Θόαντος τοῦ Διονύσου.[1]) καὶ Εὔνεως οἶνον πέμπει [H 467 sq.] καὶ Ὀδυσσεὺς ἀπὸ Θρᾳκῶν τὸν οἶνον δέχεται [ι 196 sq.] καὶ οἱ σὺν Ῥήσῳ κοιμώμενοι ἀνῃρέθησαν καὶ οἱ Λήμνιοι ὑπὸ τῶν γυναικῶν· καὶ οἱ Ἀχαιοὶ ἐν Λήμνῳ πίνουσι

κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο [Θ 232].

ἢ διὰ Πασιθέαν τὴν γυναῖκα[2]) Ἡφαίστου πάρεστιν αὐτὸς λιπαρῶν τυχεῖν τῆς ἀδελφῆς· τὸ δὲ χαλκεῖον Ἡφαίστου ἐν Λήμνῳ. οἱ δὲ ὅτι Φιλοκτήτης ἐδεῖτο αὐτὸν εἶναι ἐκεῖ διὰ τὰς ὀδύνας. οἱ δὲ ἐκ τύχης συντετυχηκέναι. τινὲς δὲ γράφουσιν

ἐρχομένῳ κατὰ φῦλα βροτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.

BL πολυοίνων ὄντων καὶ φιλοίνων τῶν Λημνίων εἰκότως ἐκεῖσε διατρίβει ὁ Ὕπνος. καὶ γὰρ πολὺν ἔχουσιν οἶνον ὥστε καὶ τοῖς Ἕλλησι χορηγεῖν· καὶ γὰρ καὶ οἱ Λήμνιοι ⟨ὡς οἱ⟩ παῖδες Αἰγύπτου ὑπὸ τῶν γυναικῶν διὰ τὴν πολλὴν ἀναιροῦνται ἀκρασίαν. εἴωθε δὲ ὁ Ὕπνος ἐπὶ πάντας καὶ μᾶλλον ἐπὶ τοὺς μεθύσους ἐνδιατρίβειν.

cf. Porphyrium [schol. Ξ 230 DL]: διὰ ποίαν αἰτίαν ἐν τῇ Λήμνῳ μάλιστα ὁ Ὕπνος διατρίβει; ῥητέον οὖν ὅτι Λήμνου μὲν ἦν δεσπότης Ἥφαιστος, γυνὴ δὲ τούτου Χάρις· Πασιθέας δὲ τῆς Χάριτος ἀδελφῆς ἐρωτικῶς ἔχων ὁ Ὕπνος ἐκεῖ διέτριβεν. ταύτην οὖν αὐτῷ ἐπαγγέλλεται γυναῖκα δώσειν Ἥρα, δύναται δὲ καὶ φυσικώτερον λυθῆναι ὅτι οἰνοφόρος ἡ Λῆμνος, καθὼς λέγει

νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέσταναν οἶνον ἄγουσαι [H 467].

τοῖς δὲ πολυποτοῦσι μάλιστα ὁ ὕπνος παρέπεται.

Volgaria et Homerica redeunt, desunt fabulae. Ceterum variam lectionem, ut supra schol. A 400, adfert grammaticus.

In funere Patrocli Iunonis iussu Iris ad ventos devolat ut ad Patrocli rogum arcesseret; invenit dea ventos apud Zephyrum convivantes; illi, ut decet,

ὡς ἴδον ὀφθαλμοῖσιν

πάντες ἀνήιξαν κάλεόν τέ μιν εἰς ἕ ἕκαστος [Ψ 202 sq.].

viris vino inflammatis deam visam esse puellam satis bellam et iucundam pudice coniecit grammaticus:

[1]) Thoas Hypsipylae pater dicitur filius Bacchi. Vt Hypsipylae filii in fabula Euripidea ex viti aurea a Baccho avo donata adgnoscuntur [cf. frg. 765 et Welcker. Trag. p. 559 sq.]; praeterea cf. Ovid. ep. VI 114 Stat. Theb. V 271. 712 schol. Ap. Arg. III 997 [Diodor. V 79] Satyr. fr. 21 [FHG III p. 165]. — [2]) Corrupta sunt haec quoniam ipsam Pasitheam amat Somnus. Fortasse παρὰ τῇ γυναικὶ scribendum est nisi totam sententiam scholiasta pervertit.

schol. Ψ 203 V ἔστι γὰρ ἐρωμένη Ζεφύρου· ἀφ' ὧν καὶ τὸν Ἔρωτά φασιν.[1]) ἴσως δὲ ἀκροθώρακες ὄντες ἐρῶσιν αὐτῆς.

Graviora profert ubi de Priami et Aeneae inimicitia disputat:

schol. N 461 V ἢ ὡς τῆς μητρὸς ἐκμηνάσης Ἀλέξανδρον **[2]) ἢ ὡς τιμωμένῳ ὑπὸ τῶν Τρώων· φησὶ γάρ· Αἰνείας

ὃς Τρωσὶ θεὸς ὣς τίετο δήμῳ [Λ 58].

οἱ δὲ ὅτι πολίτῃ τὴν ἀδελφὴν δέδωκεν Ἀλκάθῳ [N 428 sq.]. εἰ γὰρ ἐγνωκὼς τὸν χρησμόν, οὐκ ἂν Αἰνείας ὑπερήσπισεν Ἕκτορος [Ξ 425], οὐ Κύπρις Ἀνδρομάχῃ παρέσχε τὴν ἄμπυκα [X 470 sq.], οὐ τὸ σῶμα ἐφύλαξεν Ἕκτορος [Ψ 185 sq.].

In scholio L male haec contracta sunt, nova tamen adduntur: διὰ τοῦτο ἐπεμήνιεν Αἰνείᾳ διότι παρά του τῶν μάντεων ἤκουεν ὡς μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας μέλλει Αἰνείας κτίσαι πόλιν καὶ [l. ἤ] ὅτι συνήργησεν Ἀλεξάνδρῳ εἰς ἁρπαγὴν τῆς Ἑλένης. Haec ex Cypriis sumpta sunt: cf. Proclum καὶ ἡ Ἀφροδίτη Αἰνείαν αὐτῷ συμπλεῖν κελεύει. De quo oraculo grammaticus cogitaverit, hinc apparet:

schol. Υ 307 V οἱ μὲν διὰ Ῥωμαίους φασίν, ἅπερ εἰδέναι τὸν ποιητὴν ἐκ τῶν Σιβύλλης χρησμῶν. οἱ δὲ ὅτι Αἰολεῖς ⟨οὐκ⟩ ἐξέβαλον τοὺς ἀπογόνους Αἰνείου.[3]) πταίουσι δὲ ὅσοι φασὶ τοῦτο εἰδυῖαν Ἀφροδίτην μηχανήσασθαι τὸν Τρωικὸν πόλεμον.

Iterum ἱστορία ex docta adnotatione desumpta invenitur: cf. schol. Υ 307 ABDLd: Ἀφροδίτη χρησμοῦ ἐκπεσόντος ὅτι τῆς τῶν Πριαμιδῶν ἀρχῆς καταλυθείσης οἱ ἀπ' Ἀγχίσου Τρώων βασιλεύσουσιν, Ἀγχίσῃ ἤδη παρηκμακότι συνῆλθεν· τεκοῦσα δ' Αἰνείαν καὶ βουλομένη πρόφασιν κατασκευάσαι τῆς τῶν Πριαμιδῶν καταλύσεως Ἀλεξάνδρῳ πόθον Ἑλένης ἐνέβαλε καὶ μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῷ μὲν δοκεῖν συνεμάχει τοῖς Τρωσί, ταῖς δὲ ἀληθείαις παρηγόρει τὴν ἧτταν αὐτῶν ἵνα μὴ παντελῶς ἀπελπίσαντες ἀποδῶσι τὴν

---

[1]) Alcaeus hoc dixit: cf. scholl. Theocrit. XIII inscr. [Plut. amat. p. 765] Γ 121. — [2]) ἢ ὡς τῆς Ῥέας μησάσης Ἀλεξάνδρῳ in codice legi Bekkerus auctor est. Medelam praebet hoc loco bonus Eustathius [p. 916, 44] . . . . τινὲς δὲ φθόνῳ [excidit igitur in scholio φθονῶν post alterum ἤ] μὴ τιμᾶσθαί φασι τὸν Αἰνείαν ὑπὸ Πριάμου, ἐπεὶ θεὸς ὣς τίετο δήμῳ· ἄλλοι δὲ μισεῖσθαί φασιν αὐτὸν ὡς τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἀφροδίτης ἐκμηνάσης τὸν Ἀλέξανδρον εἰς τὸν τῆς Ἑλένης ἔρωτα. — [3]) Ex coniectura particulam negativam reposui, quamquam certa huius fabulae testimonia adferre non possum. Sed Aeneae stirpem in Troade per longum tempus regnasse tradidit Demetrius Scepsius [Strab. XIII p. 607] volgari fabula reiecta, neque Aeneam a nonnullis Troiae proditorem Achivorum adiutorem dici praetermittatur; ut multa a Graecorum scriptoribus ad piam gratamque maiorum memoriam referri solebant, ita nescio an ea de causa factum esse putaverint nonnulli ut etiam post Graecorum colonias in Asiam deductas vetusti Aeneadum regni remanerent vestigia, quod Aeolenses propter auctoris beneficium genti pepercissent.

Ἑλένην. ἡ ἱστορία παρὰ Ἀκουσιλάῳ. Ea ipsa fabula exponitur quam grammaticus reiecit. Vtrum scholium iudicabitur antiquius esse, illud quod cum poetae verbis arte cohaeret pluresque sententias e doctrinae minime volgaris copiis erutas docte comparat an hoc quod ne uno quidem verbo ad Homerum respicit et studium scholasticum prodit fabellae alicuius sive doctae sive volgaris polita oratione enarrandae? Sane et longius est et clarius; sed hunc morem fuisse scholiastarum ut narrationibus multum temporis chartae operae impenderent, doctas adnotationes veterum auctorum locos omnia quae recondita et obscura viderentur, praetermitterent abicerent reciderent, semper opinor elucebit si quis hoc vel illud scholiorum corpus perlustraverit. Neque narrationibus scatere neglegendum est omnes codices, docta illa scholia fere unis inesse Townleyano et Victoriano codicibus optimis.

Cum Peleo infelicem et miserabilem evenisse senectutem Sophocle clarissimo teste volgaris fabula esset eaque de causa apud Homerum de patris solitudine Achilles queri putaretur, quaerit grammaticus quomodo fieri potuerit ut rerum in Graecia gestarum fama in Asiam pervenerit. Dubitat tamen suo more noviciorum fabulas in Homerum inferre [ἢ οἰκτιζόμενος]:

> schol. Ω 488 V ἢ παρὰ τῶν Εὐρωπαίων τοῦτο μαθών φησιν ἢ οἰκτιζόμενος. λέγει δὲ Ἄκαστον καὶ τοὺς υἱοὺς Ἄρχανδρον καὶ Ἀρχι⟨τέλη⟩.[1] ἴσως δὲ παρὰ Ἀστεροπαίου πέπυσται νεωστὶ ἥκοντος ἐκ Παιονίας, ἥτις ἐστὶ πλησίον Θεσσαλίας [P 350].

Descendit ad ipsam verborum interpretationem fabularis tamen historiae doctissime habita ratione, ut extricaretur quae intercedere videbatur discrepantia inter vs. Ξ 201 sq.:

> Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθὺν
> οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐὺ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον
> δεξάμενοι Ῥείης ὅτε τε Κρόνον εὐρύοπα Ζεὺς
> γαίης νέρθε καθεῖσε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης

et vs. 295 sq.:

> οἷον ὅτε πρῶτόν περ ἐμισγέσθην φιλότητι
> εἰς εὐνὴν φοιτῶντε φίλους λήθοντε τοκῆας.

> schol. Ξ 292 V καὶ πῶς φησὶ παρ' Ὠκεανῷ αὐτὴν τρέφεσθαι [Ξ 201 sq.]; ἢ τὸ ἀτιτάλλειν οὐκ ἐκ νηπίας· φησὶ γοῦν
>
> ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ· [N 27]
>
> ἀλλὰ τὸ ἐπιμελῶς τρέφειν φησί [Ε 271]·
>
> τοὺς μὲν τέσσαρας αὐτὸς ἔχων ἀτίταλλ' ἐπὶ φάτνῃ.
>
> λάθρα οὖν ἐμίγη ** ὅτε δὲ ἐταρταρώθη ὁ Κρόνος, ὡς παρθένος ὑπονοουμένη ἐξεδόθη Διὶ παρὰ Τηθύος καὶ

[1]) Emendavit Welcker ex schol. Eur. Troad. 1128 [Trag. p. 206 n. 2].

Ὠκεανοῦ. τεκοῦσαν δὲ τὸν Ἥφαιστον ἐκ τῆς νοθείας τῆς πρώτης φασὶ προσποιεῖσθαι ὅτι ἄνευ μίξεως κύει καὶ Κηδαλίωνι τῷ Ναξίῳ παραδοῦναι χαλκευτικὴν διδάξαι· διὸ καὶ μέχρι νῦν ὑπόμνημα φυλάξασθαι παρὰ Ναξίοις καὶ τὸν † ἀμφιθαλ τῇ ἰτάλῃ συγκατατεθεῖσθαι. ἄλλοι τὸν Δία φασὶν ἐν Σάμῳ λάθρα τῶν γονέων ἀποπαρθενεῦσαι τὴν Ἥραν· ὅθεν Σάμιοι μνηστεύοντες τὰς κόρας λάθρα συγκοιμίζουσιν εἶτα παρρησίᾳ θύουσι τοὺς γάμους. τοκῆας οὖν τοὺς περὶ Κρόνον καὶ Ῥέαν· ἔνιοι δὲ τοὺς προγόνους τοὺς περὶ Ὠκεανὸν καὶ Τηθύν·

ἐκ δὲ τοκήων
τῶν αὐτῶν οἵπερ τέκον Ἀλκίνοον [η 54 sq.]

ἵνα καὶ τὸ ἀτιτάλλειν ἐκ νηπίας τρέφειν λάβωμεν. ἔνιοι δέ φασι παρθένον οὖσαν Ἥραν ἐρασθῆναι Εὐρυμέδοντος.

Eadem neque tamen integra locisque obscurioribus omissis leguntur in BL. Ceterum cf. Apollonium [lex. Hom. p. 46, 13]: ἀτιτάλλει· ἀγαπᾷ [haec Hesychius quoque] ἐπιμελείας ἀξιοῖ et scholium η 54 quod Porphyrii esse videtur: τοῦτο μάχεται τοῖς ἑξῆς· τὴν μὲν γὰρ λέγει Ῥηξήνορος τὸν δὲ Ναυσιθόου. λύοιτο δ' ἂν ἐκ τῆς λέξεως· τὸ γὰρ τοκήων δηλοῖ καὶ τὸ προγόνων· καὶ γὰρ τοὺς πατέρας ἐπὶ τῶν προγόνων τάττουσιν. Quam ultimo loco grammaticus attingit fabulam, ea integrior legitur in ἱστορίᾳ schol. Ξ 295 ABDLd: Ἥραν τρεφομένην παρὰ τοῖς γονεῦσιν εἷς τῶν Γιγάντων Εὐρυμέδων βιασάμενος ἔγκυον ἐποίησεν· ἡ δὲ Προμηθέα ἐγέννησεν. Ζεὺς δὲ ὕστερον γήμας τὴν ἀδελφὴν καὶ γνοὺς τὰ γενόμενα τὸν μὲν Εὐρυμέδοντα κατεταρτάρωσε, τὸν δὲ Προμηθέα προφάσει τοῦ πυρὸς δεσμοῖς ἀνήρτησεν. ἡ ἱστορία παρὰ Εὐφορίωνι. Recta si utor ratione, grammaticus esse qui Iunonem puellam omnino non cum Iove sed cum alio quodam concubuisse traderent, disputationi addiderat simili modo quo schol. Φ 444 Herodorum adferebat qui Neptuni Apollinisque servitii fabulam tollebat. Neque temere huc refero ἱστορίαν schol. A 609 ADLd ubi quae initio leguntur Κρόνου καὶ Ῥέας ἐγένοντο υἱοὶ ἄρρενες τρεῖς Ζεὺς Ποσειδῶν καὶ Ἅιδης, θυγατέρες δὲ τρεῖς Ἑστία Δημήτηρ Ἥρα cuivis magistro ex Theogoniae versibus 453—458 petere licebat. Pergitur: τούτων φασὶν ἐπὶ τῆς Κρόνου δυναστείας ἠράσθησαν· τὸν δὲ Δία καὶ Ἥραν ἐπὶ ἐνιαυτοὺς τριακοσίους, ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν δευτέρῳ αἰτίων

ὥς τε Ζεὺς ἐράτιζε τριηκοσίους ἐνιαυτούς.

λάθρα δὲ τῶν γονέων ἀλλήλοις συνερχόμενοι ἔσχον υἱὸν Ἥφαιστον οὐχ ὁλόκληρον, ἑκατέρους δὲ τοὺς πόδας χωλόν, ὥς φησιν αὐτὸν ἀμφιγυήεντα ὁ ποιητής· ὅτι δὲ λάθρα τῶν γονέων συνήρχοντο ἀλλήλοις, μαρτυρεῖ καὶ ὁ ποιητὴς λέγων

εἰς εὐνὴν φοιτῶντε φίλους λήθοντο τοκῆας [Ξ 296].

Ex eadem fabula scholio Ξ 292 grammaticus commemoravit Iovem Iunonemque cum clam parentibus[1]) concubuissent, Volcanum procreasse, neque minus ad ἱστορίαν quadrant haec: ἄλλοι τὸν Δία φασιν ἐν Σάμῳ λάθρα τῶν γονέων ἀποπαρθενεῦσαι τὴν Ἥραν, quoniam hoc sane recte coniecisse videtur Schneiderus[2]) propter fr. 213:

ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου

Callimachum Iovis Iunonisque in Samo insula amores enarrasse esse censendum.

Simili ratione poeta sibi ipsi non constare videbatur cum Chryseida ex Chrysa oppido oriundam ex Theba Eetionis urbe ab Achille deductam esse diceret [A 366 sq.]. Aristarchus παλιλλογίᾳ offensus totum locum obelo notavit [cf. Ariston. ad A 365], in causas inquirebat grammaticus noster. Eius doctrinam integerrime servavit Eustathius:

> p. 89, 39 Bas. ἱστοροῦσι δέ τινες ὅτι ἐκ τῶν ὑποπλακίων Θηβῶν ἡ Χρυσηὶς ἐλήφθη οὔτε καταφυγοῦσα ἐκεῖ οὔτ' ἐπὶ θυσίαν Ἀρτέμιδος ἐλθοῦσα ὡς ὁ τὰ Κύπρια γράψας ἔφη, ἀλλὰ πολῖτις ἤτοι συμπολῖτις Ἀνδρομάχης οὖσα.

Episcopum Thessalonicensem e copiosiore scholiorum codice haec descripsisse documento sunt quae in nostris codicibus supersunt frustula:

> schol. A 18 B ἱστέον δὲ ὡς εἰς Θήβας ἦκουσα ἡ Χρυσηὶς πρὸς Ἰφινόην τὴν Ἠετίωνος μὲν ἀδελφὴν Ἄκτορος δὲ θυγατέρα θύουσα[ν] Ἀρτέμιδι ἅλω ὑπὸ Ἀχιλλέως.

praeterea quae scholio A 366 BLLd ex ruderibus undique congestis male conglutinato inserta sunt: ἔπλει μὲν πορθήσων Χρῦσαν Ἀχιλλεύς, Ἀθηνᾶ δ' οὐκ εἴα φάσκουσα μὴ αἱρήσειν δι' Ἀπόλλωνα· εἰς Θήβας δὲ ἦκουσα ἡ Χρυσηὶς πρὸς Ἰφινόην τὴν Ἠετίωνος ἀδελφήν, Ἄκτορος δὲ θυγατέρα ἅλω ὑπὸ Ἀχιλλέως et quae adnexa sunt ἱστορίᾳ schol. A 366 ADLd ἔνιοι δέ φασιν ὅτι καὶ ἡ Χρυσηὶς ἐκ Θηβῶν ἐλήφθη· τῆς γὰρ Χρύσης φασὶν οὔσης πολιχνίου ἀτειχίστου καὶ εὐτελοῦς ὡς ἐν ἀσφαλεστέρᾳ καὶ μείζονι τῇ Θήβῃ οἱ ἀπ' αὐτῆς προσερρυηκότες ἦσαν διὰ τὸν πόλεμον. Lepidum sanae rationis atque diligentiae exemplum est haec ἱστορία. Initio in ἱστορίας formam redacta sunt quaecumque ex Homero de Eetione Thebaque Hypoplacia sciri poterant [cf. Z 396 sq. 421 X 478]; satis apte si e Theba Chryseida raptam esse narrabatur, sed totus paraphrasi Homericae deditus ista protulit scriptor: κατὰ δὲ τοὺς Τρῳικοὺς πολέμους ἐπιστρατεύσας Ἀχιλλεὺς τῇ Θήβῃ καὶ τὴν πόλιν πορθήσας τόν τε Ἠετίωνα ἀνεῖλε σὺν τοῖς τέκνοις [Z 414 sq.], μεθ' οὓς Λυρνησσὸν πορθήσας καὶ τὴν πόλιν ἐξελὼν αἰχμάλωτον ἦγεν ἐκ Λυρνησσοῦ μὲν Βρισηΐδα, ἣν γέρας αὐτῷ

---

[1]) Apparet post λάθρα οὖν ἐμίγη ea excidisse quo λάθρα referatur. — [2]) Callim. II p. 96.

ἐψηφίσαντο Ἕλληνες [B 690 sq. T 60], ἀπὸ δὲ τῆς Χρύσης Χρυσηίδα κτλ.

Etiam repetitionis figura oratoria ex historia fabulari explicatur:

schol. C 399 V ἐπαναλαμβάνει ὡς τῆς Χάριτος μητρὸς οὔσης Εὐρυνόμης

οἱ δέ μέ κ' Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς εἶπι ἔτικτε.

De Callimachi versu corrupto cf. Schneideri Call. II p. 630 sq.

Deinde huc refero quae non minus absurda de Briseide primum mariti deinde fratrum interitum questa proferuntur:

schol. T 291 BV ... φιλάνδρου δὲ γυναικὸς τὸ προθεῖναι τῆς τῶν ἀδελφῶν τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀπώλειαν· τοιαύτη δὲ καὶ Ἀνδρομάχη [Z 429 sq.], κατὰ γὰρ Μνασέαν Βρισέως υἱὸς ἦν Ἠετίων.

Mnaseae locus uni inest codici Victoriano et vereor ut Bekkerus quae ad hunc versum sub signo B edidit, recte et ex codicum auctoritate in unum scholium conglutinaverit.

Denique ad verborum interpretationem spectare videtur explicatio versus necyiae γυναίων εἵνεκα δώρων [λ 521]:

schol. λ 521 TV ἔνιοι μὲν γύναια δῶρα ἀπέδοσαν τὴν χρυσῆν ἄμπελον ἣν ἐχαρίσατο Ζεὺς Τρωῒ ἀντὶ τῆς Γανυμήδους ἁρπαγῆς· ἥτις κατὰ διαδοχὴν μετέπεσεν εἰς Πρίαμον· οὐδὲν δὲ τούτων οἶδεν Ὅμηρος. κρεῖσσον δὲ ἀποδιδόναι ὡς ὑπέσχετο Πρίαμος τῷ Εὐρυπύλῳ μίαν τῶν θυγατέρων δώσειν γυναῖκα ὡς καὶ Ὀθρυονεῖ ὑπέσχετο.
ἐν δὲ ἄλλῳ· τῶν δοθέντων δώρων τῇ Εὐρυπύλου γυναικὶ ὑπὸ τοῦ Πριάμου ἵνα πείσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἄκοντα ἐπιστρατεῦσαι συμμαχήσοντα τοῖς Τρωσί.
BG ἃ ἐδίδου ξένια εἰς τὸ καταπεῖσαι τὸν ἄνδρα ἐξελθεῖν εἰς τὸ ταξείδιον. οἱ μὲν διὰ τὸν Ἑρμιόνης γάμον·

ἐν Τροίῃ γὰρ πρῶτον ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν [δ 6]

ὁ Μενέλαος τῷ Νεοπτολέμῳ. οἱ δὲ ὅτι ἄμπελον χρυσῆν Πρίαμος ὡμολόγησεν Ἀστυόχῃ τῇ ἑαυτοῦ ἀδελφῇ Εὐρυπύλου δὲ μητρὶ ἐπὶ τῷ πέμψαι τὸν υἱόν. ἔνιοι δὲ ὅτι Πρίαμος ὑπέσχετο μίαν τῶν θυγατέρων Εὐρυπύλῳ ἐκδώσειν γυναῖκα ὡς καὶ Ὀθρυονεῖ.

Interpretis partes enstaticum agere ne mireris, cf. verba Strabonis [XIII p. 615] .. οὔτε γὰρ τοὺς Κητείους ἴσμεν οὕστινας δέξασθαι δεῖ οὔτε τὸ γυναίων εἵνεκα δώρων· ἀλλὰ καὶ οἱ γραμματικοὶ μυθάρια παραβάλλοντες εὑρεσιλογοῦσι μᾶλλον ἢ λύουσι τὰ ζητούμενα. De viti aurea cf. scholl. Eur. Troad. 821 Orest. 1392. Fabulas suo more miscuit et pervertit Dictys [IIII 14]: .. *quem rex multis antea illectum praemiis ad postremum oblatione desponsae Cassandrae confirmaverat. Sed inter cetera quae ei pulcerrima miserat addiderat etiam vitem quandam auro effectam et ob id per populos memorabilem.* Denique ex docto scholio desumpta est quae ad λ 520 legitur ἱστορία.

Postremo adferatur scholium quod corruptelis et lacunis mutilatum et obscuratum ex coniectura tantum in hunc indicem repono:

> schol. Z 136 V Θέτις ἦν [ἵν'?] εὐλόγως τὸν ἀμφορέα λάβῃ. ἢ ὅτι χρησμὸς ἐδόθη † ἁλίευειν ἐν τόπῳ Διόνυσον ἁλιέα βαπτίζοιτε ὡς Φιλόχορος.

Thetidi a Baccho amphoram donatam esse traditur schol. Ψ 92; videtur igitur explicari cur Bacchus cum a Lycurgo peteretur fugerit ad Thetidem.

III. Haec de paralipomenis et quaestionibus; iam agendum est de alio grammatico qui Aristarchi sectatorem se exhibere voluit. Aristarchum 'recentiorum figmenta' vehementer oppugnasse neque ullo loco concessisse ab Homero paulo obscuriore commemoratione designatas esse fabulas quae in volgari historia circumferebantur, praeterea diligenter adnotasse ubicunque novicii ab Homero discessissent, ex Aristonici reliquiis satis notum est, qui more veterum grammaticorum brevissime rem agit fabulis strictim indicatis auctorumque nominibus rarissime commemoratis.

Iam vel ex hac brevitate grammaticis et commentatoribus opinor gratissima obferebatur occasio ut Aristarchi rationes latius persecuti fabulis docte exponendis auctoribus nominandis quam plurimis locis Homericis cum recentiorum narrationibus comparandis doctrinam adhiberent magnam et speciosam. Atque extant in scholiis horum studiorum vestigia.

Atrei Thyestaeque inimicitias tragicas ab Homero alienas esse Aristarchus ex regum successione ab Homero B 104 sq. descripta conclusit: Ariston. ad B 107 ἡ διπλῆ ὅτι οὐ γινώσκει τὴν ἔχθραν Ἀτρέως καὶ Θυέστου. αὐτῷ γοῦν παραδίδωσι τὸ σκῆπτρον, οὐ τοῖς υἱοῖς ὁ Ἀτρεύς.

ὅτι συμφωνοῦντας αὐτοὺς συνίστησι. καὶ γὰρ ὁ Θυέστης οὐ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Αἰγίσθῳ καταλείπει τὸ σκῆπτρον, ἀλλ' Ἀγαμέμνονι. Non sufficiebant haec grammaticis:

> schol. B 106 BL ὅτι Ὅμηρος οἶδεν αὐτοὺς ἄχρι τέλους ἀδελφικὴν εὔνοιαν φυλάξαντας· εἰ δὲ ἦν αὐτοῖς ἔχθρα, οὔθ' ὡς Αἴγισθον Ἀγαμέμνων κατήγετο [δ 531 sq. λ 410 sq. 389 = ω 22] οὔτ' ἂν οἱ θεοὶ ἐπέστελλον Αἰγίσθῳ μὴ ἀμύνασθαι Ἀγαμέμνονα [α 39] οὔτε Ὅμηρος πικρῶς οὕτως ἐλοιδόρει αὐτὸν ἄναλκιν καλῶν καὶ δολόμητιν [γ 198 = 308 δ 525 γ 310], εἰ μὴ τὰ ⟨κατὰ⟩ τὴν συγγένειαν πρῶτος ἐλυμήνατο. Λικύμνιος δὲ παραδηλοῦσθαί φησι λεληθότως τὴν ἔχθραν ἵνα μὴ βλασφημήσῃ τὸ γένος· τὸ μὲν γὰρ δῶκε φιλίας τεκμήριόν φησι, τὸ δὲ καταλιπεῖν ἀνάγκης, διὸ ἐφ' ὧν μὲν τῷ δῶκεν ἐχρήσατο, ἐφ' ὧν δὲ τῷ λεῖπεν.

Rhetorem Platonis aequalem excitari intellexit Spengel [artt. scriptt. p. 91]. Veterum sophistarum Aristarcheos rationem habuisse documento est Aristonici adnotatio ad A 1 cl. cum censura a Pro-

tagora Iliadis prooemio adhibita quam commemorat Aristoteles in poeticis [19 p. 1456 b].

Vbi Aristonicus adnotaverat [ad Ε 785] ὅτι ἐνταῦθα μόνον μέμνηται τοῦ Στέντορος, ne noster quidem noviciis adsentitur, tamen quae finxerunt non prorsus praetermittit:

> schol. Ε 785 ABL τινὲς αὐτὸν Θρᾷκά φασιν, Ἑρμῆ δὲ περὶ μεγαλοφωνίας ἐρίσαντα ἀναιρεθῆναι, αὐτὸν δὲ εὑρεῖν καὶ τὴν διὰ κόχλου μηχανὴν εἰς τὰς μάχας· ἀλλ' ἔθος Ὁμήρῳ τοῖς παροῦσιν εἰκάζειν τοὺς θεούς. τινὲς δὲ Ἀρκάδα φασὶν εἶναι τὸν Στέντορα καὶ ἐν τῷ καταλόγῳ πλάττουσι περὶ αὐτοῦ στίχους.[1])

De Thersita nihil apud Aristonicum; grammaticus postquam posteriorum fabulas commemoravit, ab Homero alienam esse exponit quam illi cum Diomede tradiderint necessitatem:

> schol. Β 212 BL Φερεκύδης δὲ καὶ τοῦτον ἕνα τῶν ἐπὶ τὸν Καλυδώνιον κάπρον στρατευσάντων φησίν· ὑποδείσαντα δὲ καὶ τὴν τοῦ συὸς ἐκκλίνοντα μάχην ὑπὸ Μελεάγρου κατακρημνισθῆναι· διὸ καὶ λελωβῆσθαι τὸ σῶμα· Ἀγρίου δὲ καὶ Δίας τῆς Παρθάονος αὐτόν φησιν. εἰ δέ γε συγγενὴς ἦν Διομήδους, οὐκ ἂν αὐτὸν ἔπληξεν Ὀδυσσεύς· τοὺς γὰρ ἰδιώτας μόνους ἔτυπτεν. εὖ δὲ καὶ οὐκ ἀπὸ πατρὸς αὐτὸν συνέστησεν οὐδ' ἀπὸ πατρίδος ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τρόπου μόνου καὶ τῆς μορφῆς ὧν νῦν χρεία.

Num extrema sententia veteris sit grammatici dubitare licet. Ceterum ex hoc scholio adscito loco Homerico [I 533 sq.] consuta est ἱστορία schol. Β 212 ADLd.

Pragmatici quoque adhibentur:

> schol. Ζ 181 LV εἰ τὸ πλεῖον καὶ ἐμπρόσθιον μέρος εἶχε λέοντος, ἔδει αὐτὸ χίμαιραν μὴ καλεῖσθαι ἀλλὰ λέοντα. ἦν οὖν τὸ πᾶν χίμαιρα, ἀφ' οὗ καὶ ὠνομάζετο, κεφαλὴν δὲ εἶχε λεαίνης, οὐρὰν δὲ δράκοντος. τοίνυν πῦρ εἰσάγεται ἀναπνέουσα διὰ τοῦ στόματος τοῦ λέοντος. Ἡσίοδος δὲ ἠπατήθη τρικέφαλον αὐτὴν εἰπών [Theog. 321]. οἱ δὲ πανδοκεῖς εἶναι λέγουσι Λέοντα καὶ Δράκοντα καλουμένους, μέσην δὲ αὐτῶν πανδοκεύτριαν Χίμαιραν, ἣ τοὺς παριόντας ἥψε μεληδὸν καὶ τοῖς ἄλλοις παρεῖχε παρατιθέναι. ἔνιοι δὲ ὄρος εἶναι κατὰ Λυκίαν ὃ καλεῖται Χίμαιρα· τοῦτο δὲ κατὰ μέσον ἔχει ἀναφυσήματα πυρός, κατὰ δὲ τὰ ἄκρα πολύθηρον.

Initium scholii etiam in B legitur. Aristonicus adnotat ὅτι ἓν σῶμα ἡ Χίμαιρα.

> schol. Υ 234 V ... Μνασέας δέ φησιν ὑπὸ Ταντάλου ἡρπάσθαι καὶ ἐν κυνηγεσίῳ πεσόντα ταφῆναι ἐν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ὀλυμπίου Διός, Δωσιάδης

---

[1]) Nestoris praeco dicitur schol. Β 96.

δὲ ὑπὸ Μίνω· καὶ ὁ λιμὴν ὅθεν ἡρπάσθη Ἁρπαγίας καλεῖται· ἀξιοῦντος δὲ μιγῆναι αὐτῷ κατακρημνίσαι αὐτόν· τὸν δὲ θάψαι καὶ πλάσασθαι τῷ πατρὶ ὡς θύελλα καὶ νέφος ἥρπασεν αὐτὸν εἰς οὐρανόν. οἱ δὲ μετὰ κυνηγεσίαν ἀφυπνώσαντα διασπαραχθῆναι ὑπὸ θηρῶν. οἱ δὲ κεραυνωθῆναι. ἤρξατο δὲ ἀπὸ Λακώνων παιδεράστεια τῶν γυμνασίας ἐπινοησάντων· τῇ γὰρ εὐεξίᾳ τῶν σωμάτων ἐκινήθησαν κατ' ἀλλήλων. ῥητῶς δέ φησιν ὅτι οὐ Ζεὺς ἥρπασεν ἀλλὰ οἱ θεοὶ καὶ ἵνα οἰνοχοῇ. ἔθος γὰρ ἦν, ὡς καὶ Σαπφώ φησιν, νέους εὐγενεῖς εὐπρεπεῖς οἰνοχοεῖν·

κοῦροι μὲν κρητῆρας [A 470]
ᾠνοχόει δ' υἱὸς Μενελάου [o 141].

ἴσως οὖν νέου ἀποθανόντος αὐτοῦ ἐπλάσαντο. καὶ ὁ ποιητὴς δὲ τὸ ἀλαζονικὸν τῶν βαρβάρων εἰδὼς οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν μῦθον εἶπεν ἀλλ' Ἥβην φησὶν οἰνοχοεῖν.[1])

Cf. Aristonicum: ὅτι ἐναντιοῦται τοῖς νεωτέροις· οὐ γὰρ δι' ἔρωτα τὸν Γανυμήδην ὑπὸ Διὸς ἀνηρπάσθαι ἀλλ' ὑπὸ τῶν θεῶν ἵνα οἰνοχοῇ τῷ Διὶ διὰ τὸ κάλλος. Haec grammaticus dilatavit: amores puerorum apud Lacedaemonios primos in usum venisse Ganymedisque fabulam Homericam ex veterum communi more explicandam esse quo nobiles pueri in conviviis vinum ministrarent [cf. Athen. X p. 424 E]. Addidit ut supra commenta pragmaticorum.[2])

Dubito num huc referendum sit scholion de Nioba schol. Ω 617 BV ἀκύρως· πῶς γὰρ ἡ λίθος πέσσει; Φιλήμων δὲ ὁ κωμικός φησιν

ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην μὰ τοὺς θεοὺς
οὐδέποτ' ἐπείσθην οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι
ὡς τοῦτ' ἐγένετ' ἄνθρωπος· ὑπὸ δὲ τῶν κακῶν
τῶν συμπεσόντων τοῦ τε συμβάντος πάθους
οὐδὲν λαλῆσαι δυναμένη πρὸς οὐδένα
προσηγορεύθη διὰ τὸ μὴ φωνεῖν λίθος.

ὁ δὲ Λυδός φησιν ὅτι Ἀσωνίδης ἐρασθεὶς αὐτῆς μὴ πεισθείσης ἐπ' ἄριστον τοὺς παῖδας καλέσας τὸν οἶκον ἐνέπρησεν· ἡ δὲ φεύγουσα ηὔξατο λιθωθῆναι καὶ ἐλιθώθη. ἔνιοι δὲ εἰς κρύσταλλον αὐτὴν μεταβεβλῆσθαί φασιν.

---

[1]) Ita scholium scripsi ut ex Bekkeri adnotationibus codicis Victoriani lectiones eruere licebat. Praecedunt in codicibus B et Ld quae ex scholio Υ 234 A excerpta et huic disputationi a librario addita esse putaverim. Locus ipse illic ita scriptus est: Μνασέας δέ φησιν ὑπὸ Ταντάλου ἡρπάσθαι καὶ ἐν κυνηγεσίῳ ἀναιρεθῆναι, Δωσιάδης δὲ ὑπὸ Μίνω· καὶ ὁ λιμὴν ὅθεν ἡρπάσθη Ἁρπαγίας καλεῖται· ἀξιοῦντος δὲ μιγῆναι αὐτῷ κατακρημνίσαι αὐτόν· τὸν δὲ πλάσασθαι τῷ πατρὶ ὡς θύελλα αὐτὸν ἥρπασεν. ἐξ αὐτῶν δὲ πρῶτον ἡ παιδερασ τία ἤρξατο· τῇ γὰρ εὐεξίᾳ τῶν σωμάτων ἐκινήθησαν κατ' ἀλλήλων. — [2]) Cf. Athen. XIII p. 601 August. d. civ. d. XVIII 13 Didym. [ex Phanocle] ap. Eus. II p. 40 sq. Sch. Malal. p. 98 Cedren. p. 120; de portu Harpagia Strab. XIII p. 587.

in V post comici versus pergitur: Φερεκύδης δὲ ἐν η̄· ἡ δὲ Νιόβη ὑπὸ τοῦ ἄχεος ἀναχωρεῖ εἰς Σίπυλον καὶ ὁρᾷ τὴν πόλιν ἀνεστραμμένην καὶ Ταντάλῳ λίθον ἐπικρεμάμενον, ἀρᾶται δὲ τῷ Διὶ λίθος γενέσθαι. ῥεῖ δὲ αὐτῆς δάκρυα καὶ πρὸς ἄρκτον ὁρᾷ.

Obelo notavit Aristarchus hunc locum vetuitque Niobae μεταμόρφωσιν Homero inferri; cf. Aristonicum ad Ω 613 πρὸς τὴν διαφωνίαν τῶν νεωτέρων. φασὶ γὰρ καὶ αὐτὴν ἀπολελιθῶσθαι· Ὅμηρος δὲ οὔ et ad Ω 614 ... πῶς δὲ καὶ λίθος γενομένη θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει; Discrepant ab Homero et Xanthus[1]) et Pherecydes in ipsa mutatione eiusque causa narrandis, sed ex scholii verbis iam discerni nequit num data opera posteriorum fabulae Homero oppositae fuerint.

schol. Λ 700 V οὐκ οἶδε τὰ Ὀλύμπια ὁ ποιητὴς ἀλλὰ περί τινος χρηματικοῦ ἀγῶνός φησιν ἀπελθεῖν τοὺς ἵππους. πῶς γὰρ Αὐγείας ἐφ' ᾧ Ἡρακλῆς τὸν ἀγῶνα ποιεῖται ἀφῄρηται τοὺς ἵππους; στέφανον δὲ ὅλως οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς οὐκ ἐν νίκῃ οὐκ ἐν θυσίαις οὐκ ἐν συμποσίῳ. πῶς δὲ οὐκ ἐμνήσθη ἐν τῷ καταλόγῳ;

Ὀγχηστόν θ' ἱερὸν Ποσιδήιον ἀγλαὸν ἄλσος[2]) [B 506].

Πισᾶται δὲ ἐπεμέλοντο τοῦ ἀγῶνος καὶ ἐπεὶ Μεσσηνίοις κατὰ Λακεδαιμονίων συνεμάχησαν Ἠλεῖοι δὲ Λακεδαιμονίοις, καθελόντες αὐτοὺς τούτοις παρέσχον τὴν ἀρχήν.

De Aristarchi sententia nihil traditur.

Ad versum N 350 obelo notatum:

ἀλλὰ Θέτιν κύδαινε καὶ υἱέα καρτερόθυμον

adnotatur schol. V:

ἐντεῦθεν δὲ Μελανιππίδης κύουσαν ἀπὸ Διὸς Θέτιν ἐκδοθῆναι Πηλεῖ διὰ τὰ ῥηθέντα ὑπὸ Προμηθέως ἤτοι Θέμιδος.

Aethram Pitthei filiam a Thesei matre distingui voluit Aristarchus temporum rationibus innisus statuique, qua multas difficultates solvebat, ὁμωνυμίαν: cf. Ariston. ad Γ 144 εἰ μὲν τὴν Θησέως λέγει μητέρα, ἀθετητέον· ἀπίθανον γάρ ἐστιν Ἑλένης ἀμφίπολον εἶναι τὴν οὕτως ὑπεραρχαίαν ἣν οὐκ ἐκποιεῖ ζῆν διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου. εἰ δὲ ὁμωνυμία ἐστὶ καθάπερ καὶ ἐπὶ πλειόνων, δύναται μένειν· καὶ γὰρ ἄλλοι εἰσὶν ὁμώνυμοί τινες κατὰ τὰ Ἰλιακὰ Ἄδραστος Τεύθρας Οἰνόμαος. Alia addidit grammaticus:

schol. Γ 144 Townl. καὶ πῶς τοσούτων ἐτῶν οὖσα ἀμφιπολεῖν δύναται; ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς γραῦς κεῖται·

γρηῒ σὺν ἀμφιπόλῳ [α 191].

πιθανώτερον δὲ ὁμωνυμίαν εἶναι. οὐ γὰρ ἡ ἡλικία ἐᾷ· τοὺς περὶ Θησέα γὰρ προτέρους ἄνδρας ὁ Ὀδυσσεύς φησι

[1]) Plura ex eo servata sunt ap. Parthen. 33 et schol. Eur. Phoen. 159. — [2]) Cur hic versus adferatur non intellego. Ceterum de coronis cf. Athen. I p. 18 E.

[λ 631].[1]) πῶc τε εἰ † ἐν Τροιζῆνι ἐκεῖνοc ἦν;[2]) πῶc τε Μενέλαοc τὴν θείαν δουλεύειν ἠνέςχετο; Πελοπὶc γὰρ ἦν. ** κουριδίην τε ἄλοχον Μενέλαοc αὐτήν φηcιν [N 626].

Vltima cum alia Aristarchi notatione cohaerent quae apud Aristonicum ad N 626 legitur: πρὸc τὴν κουριδίαν. ὡc ἐκ παρθενίαc αὐτὴν ἔcχεν ὁ Μενέλαοc, καὶ οὐκ οἶδε τὰ περὶ τῆc Θηcέωc ἁρπαγῆc.

schol. Π 57 V τὴν Πήδαcον οἱ τῶν Κυπρίων ποιηταί, αὐτὸc δὲ Λυρηccόν [B 690 sq. T 60].

Agitur de Briseidis urbe.

Homeri de Achillis cuspide verbis [Π 142 sq.] male intellectis

ἀλλά μιν οἷοc ἠπίcτατο πῆλαι Ἀχιλλεὺc
Πηλιάδα μελίην τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων

posteriores absurda fabulatos esse ex una Aristonici adnotatione non apparet: ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐδύνατο [sc. ἠπίcτατο], sed inspicias quae adfert grammaticus:

schol. Π 142 V οἱ δὲ πλάττονται λέγοντεc ὅτι Πηλεὺc μὲν παρὰ Χείρωνοc ἔμαθε τὴν χρῆcιν αὐτῆc, Ἀχιλλεὺc δὲ παρὰ Πηλέωc· ὁ δὲ οὐδένα ἐδίδαξε. καὶ ὁ τῆc μικρᾶc Ἰλιάδοc ποιητὴc·

ἀμφὶ δὲ πόρκηc
χρύcεοc ἀcτράπτει καὶ ἐπ' αὐτῷ δίκροοc αἰχμή **.

Epici locum mutilatum esse apparet, quia ut nunc legitur, ad controversiam nullius momenti est.

schol. T 119 V Εἰλειθυίαc: ὠδῖνac κατὰ μετωνυμίαν ὡc Ἄρηc ὁ cίδηροc καὶ τὸ πῦρ Ἥφαιcτοc. Ἴcτροc δέ φηcιν ὠδινούcηc Ἀλκμήνηc τὰc χεῖραc cυνέχειν τὰc Μοίραc, γαλῆc δὲ παρελθούcηc ἀπολῦcαι καὶ τεχθέντοc αὐτοῦ νομιcθῆναι γαλῆν εἶναι αὐτῷ τροφόν.

Sententiae Aristarcheae ὅτι τὰc ὠδῖνac Εἰλειθυίαc ἔφη Istri fabulam data opera opponi etiam magis apparebit, si Istro ea vindicabuntur quae ceteri narrant Iunonis iussu Parcas et Ilithyias Alcmenae opem non tulisse [cf. Ant. Lib. XXVIIII Ovid. met. VIIII 281 sq. Paus. VIIII 11, 3].

schol. Ψ 88 V οἱ νεώτεροί φαcι διὰ τὸν Εὐρυτίωνοc τοῦ Ἴρου φόνον [sc. Patroclum ad Peleum fugisse].

schol. Ψ 346 V Ὅμηροc μὲν ἁπλῶc ὅτι θειοτέραc ἦν φύcεωc· οἱ δὲ νεώτεροι Ποcειδῶνοc καὶ Ἁρπυίαc αὐτὸν γενεαλογοῦcιν· οἱ δὲ ἐν τῷ κύκλῳ Ποcειδῶνοc καὶ Ἐρινύοc.

Scholion difficillimum est explicatu. Ex ἱcτορίᾳ scholii Ψ 346 ABDLd muniti subscriptione ἡ ἱcτορία παρὰ τοῖc κυκλικοῖc infra apparebit nihil profici, etsi ibi quoque Ario ecus ex Neptuno et

[1]) Haec redeunt in Porphyrii zetemate ad Γ 144. — [2]) Non extrico.

Furia ortus esse dicitur. Versus qui e cyclo adferuntur schol. Eur. Orest. 1392: τινὲς οὐχ ἵππους ἀλλὰ χρυσῆν ἄμπελόν φασι δεδόσθαι ὑπὲρ Γανυμήδους καθάπερ ἐν κύκλῳ λέγει·

ἄμπελον ἣν Κρονίδης ἔπορεν οὗ παιδὸς ἄποινα
χρυσείην φύλλοισιν † ἀγανοῖσι κομόωσαν
βότρυσί θ' οὓς Ἥφαιστος ἐπασκήσας Διὶ πατρὶ
δῶχ', ὁ δὲ Λαομέδοντι πόρεν Γανυμήδεος ἀντί

ad Iliadem parvam referendos esse, quamquam de verborum corruptorum καθάπερ.. λέγει medela desperatur, cognoscitur ex altero scholio Euripideo [Troad. 821] ubi iisdem versibus haec praecedunt testimonia τὸν Γανυμήδην καθ' Ὅμηρον Τρωὸς ὄντα παῖδα Λαομέδοντος νῦν εἶπεν ἀκολουθήσας τῷ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκότι, ὃν οἱ μὲν Θεστορίδην Φωκέα φασίν, οἱ δὲ Κιναίθωνα Λακεδαιμόνιον ὡς Ἑλλάνικος, οἱ δὲ Διόδωρον Ἐρυθραῖον· φησὶ δὲ οὕτως κτλ. Ne vero ulla relinquatur dubitatio, animadvertatur scholiis Arist. Equ. 1056 altero versibus ex parva Iliade exscriptis puellarum Troianarum de Aiacis et Vlixis virtute colloquium enarrari, altero breviter adnotari τοῦτο ἐκ τοῦ κύκλου ἀφείλκυσται. λέγεται δὲ ἀπὸ τῶν Τρῳάδων κρινουσῶν τὸν Αἴαντα καὶ τὸν Ὀδυσσέα. Summa igitur probabilitate etiam ea quae versibus δ 285 sq. ab Aristarcho obelo notatis adscripta sunt: ὁ Ἄντικλος ἐκ τοῦ κύκλου ad equi lignei descriptionem Iliadi parvae insertam referuntur. At quominus scholion Ψ 346 ad Thebaidem cyclicam referatur obstat locus Pausaniae [VIII 25, 8]: ἐπάγονται δὲ ἐξ Ἰλιάδος ἔπη καὶ ἐκ Θηβαΐδος μαρτύρια σφισιν εἶναι τῷ λόγῳ, ἐν μὲν Ἰλιάδι ἐς αὐτὸν Ἀρείονα πεποιῆσθαι . . ., ἐν δὲ τῇ Θηβαΐδι ὡς Ἄδραστος ἔφευγεν ἐκ Θηβῶν

εἵματα λυγρὰ φέρων σὺν Ἀρείονι κυανοχαίτῃ·

αἰνίσσεσθαι οὖν ἐθέλουσι τὰ ἔπη Ποσειδῶνα Ἀρείονι εἶναι πατέρα. Ἀντίμαχος δὲ παῖδα εἶναι γῆς φησιν . . . . . δύναιτο δ' ἂν καὶ ἀναφύντι ἐκ γῆς τῷ ἵππῳ ἐκ θεοῦ τε εἶναι τὸ γένος καὶ αἱ τρίχες οἱ τὴν χρόαν ἐοικέναι κυανῷ. De Arionis igitur origine in Thebaide nihil certi traditum erat, sed ex epitheto κυανοχαίτης absurda coniciebantur. Praeterea quo uno quantum scio loco cyclus commemoratur schol. β 120[1]): Μυκήνη Ἰνάχου θυγάτηρ καὶ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ ἧς καὶ Ἀρέστορος Ἄργος ὡς ἐν τῷ κύκλῳ φέρεται[2]), quoniam de Argo Arestoride Dionysium cyclographum fusius disputasse nuper demonstravi[3]) Hesiodusque ab illo saepe

---

[1]) Scholion Λ 805 V εὖ δὲ καὶ τὸ μὴ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων φάναι· τὸ μὲν γὰρ τοῦ κύκλου, τὸ δὲ τὴν ὁρμὴν ἐνέφηνε τὴν ἐπὶ τὸν Ἀχιλλέα recte a Merkelio [Proll. in Ap. Rhod. p. XXXI] cum exemplis locutionis κυκλικῶς componitur. — [2]) Ex Eoeis desumptum esse stemma tradit Pausanias [II 16, 4]: ταύτην εἶναι θυγατέρα Ἰνάχου, γυναῖκα δὲ Ἀρέστορος τὰ ἔπη λέγει ἃ δὴ Ἕλληνες καλοῦσιν Ἠοίας μεγάλας. — [3]) De Dionys. Scyt. p. 58.

adferebatur, hoc loco cyclum Dionysii designari putaverim. Hic ut τοῖς νεωτέροις haud inepte opponitur ita num revera de Arione unquam disputaverit atque loco illo adlatus sit, prorsus est incertum. Rem in obscuro relinqui necesse esse videtur. Ceterum Arionem a Neptuno et Harpyia ortum esse nusquam legi; de Furia consentit unus Hesychius Ἀρίων ὁ ἵππος· Ποσειδῶνος υἱὸς καὶ μιᾶς τῶν Ἐρινύων. Hanc enim fabulam etsi a volgari qua Neptunus et Ceres consociantur[1]) minime diversam esse ex eo sequitur quod Cererem Ἐρινύα nominatam esse Lycophro Callimachus Pausanias auctores sunt[2]), num veteres mythographi eas pro una eademque habuerint valde dubium est.

schol. Ψ 783 V ὅτι τὴν παρθένον εἵκαϲε μητρί· ὁ δὲ Ἴϲτροϲ ἐκτεθῆναι ὑπὸ Ἀντικλείαϲ Ὀδυϲϲέα φηϲὶν ἐν Ἀλαλκομεναῖϲ τῆϲ Βοιωτίαϲ, ἥ ἐϲτιν ἱερὰ Ἀθηνᾶϲ.

Cf. Plut. quaest. gr. 43 p. 301 qui et ipse Istri Alexandrini commentarios adfert, Lycophr. 786 c. schol. St. Byz. p. 75, 14.

Simili ratione atque ea qua Vlixi Aiax Minervae tutelam paene maternam in opprobrium vertere putabatur ob certam quandam causam neque eam ex Homero conspicuam, posteriores ex versibus O 521 sq.:

οὐ γὰρ Ἀπόλλων
εἴα Πάνθου υἱὸν ἐνὶ προμάχοιϲι δαμῆναι·

fabulas recentioris aetatis derivabant:

schol. O 522 V ὡϲ Τρῶα καὶ ἀριϲτέα. τινὲϲ δὲ τὸν Πάνθουν Δελφόν φαϲιν ἱερέα τοῦ Ἀπόλλωνοϲ.

Num ex scholio olim copiosiore scholl. M 211 desumpta sint incertum est; praeterea cf. Serv. ad Aen. II 318. Neque magis constat utrum Porphyrii catalogo vindicetur an huc referatur schol. Ω 259 V Στηϲίχοροϲ Ἀπόλλωνοϲ αὐτόν φηϲιν οὐ νοήϲαϲ τὴν ὑπερβολήν. Vide supra p. 406.

De Oedipi morte leguntur haec:

schol. Ψ 679 V ὅτι βαϲιλεύοντα ἐν Θήβαιϲ φηϲὶν ἀπολέϲθαι οὐχ ὡϲ οἱ νεώτεροι. καὶ Ἡϲίοδοϲ δέ φηϲιν ἐν Θήβαιϲ αὐτοῦ ἀποθανόντοϲ Ἀργείαν τὴν Ἀδράϲτου ϲὺν ἄλλοιϲ ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν κηδείαν αὐτοῦ.

Cf. Aristonic. ad Ψ 679 ... ὅτι οἱ νεώτεροι παρὰ τὸν Ὅμηρον τὸν Οἰδίπουν φαϲὶν ἑαυτὸν τυφλώϲαντα ποδηγούμενον εἰϲ Ἀθήναϲ ἐλθεῖν καὶ ἐκεῖ τελευτῆϲαι· νῦν δὲ ὁμόλογον ὅτι ἐν Θήβαιϲ ἐτελεύτηϲεν.

schol. Ω 257 V ἐντεῦθεν Ϲοφοκλῆϲ ἐν Τρωΐλῳ φηϲὶν αὐτὸν λογχευθῆναι [ὀχευθῆναι cod.][3]) ὑπὸ Ἀχιλλέωϲ ἵπ-

[1]) Cf. Ovid. met. VI 118 Prob. ad Verg. Georg. III 122 p. 60 K. schol. Stat. Theb. IIII 43. — [2]) Cf. Lycophr. 153 schol. h. v. et vs. 1225 Paus. VIII 25 Apollod. III 6, 8, 5 τοῦτον ἐκ Ποϲειδῶνοϲ ἐγέννηϲε Δημήτηρ εἱκαϲθεῖϲα Ἐρινύι κατὰ τὴν ϲυνουϲίαν. — [3]) Ex Eustathio emendavit Welcker Tr. graec. p. 124.

πους γυμνάζοντα παρὰ τὸ Θυμβραῖον καὶ ἀποθανεῖν. ὑπονοήσειε δ' ἄν τις τὸν Μήστορα πρεσβύτατον εἶναι τῶν Πριαμιδῶν καὶ τὸν Τρωΐλον οὐ παῖδα διότι ἐν [δι' ὧν cod.] τοῖς ἀρίστοις καταλέγεται.

Cf. Aristonicum: ὅτι ἐκ τοῦ εἰρῆσθαι ἱππιοχάρμην τὸν Τρωΐλον οἱ νεώτεροι ἐφ' ἵππου διωκόμενον αὐτὸν ἐποίησαν. καὶ οἱ μὲν παῖδα αὐτὸν ὑποτίθενται, Ὅμηρος δὲ διὰ τοῦ ἐπιθέτου τέλειον ἄνδρα ἐμφαίνει· οὐ γὰρ ἄλλος ἱππόμαχος λέγεται.

schol. Ω 496 V πιθανὸν μίαν τεκεῖν ἐννεακαίδεκα· οὐχ ὡς Βακχυλίδης πεντήκοντα τῆς Θεανοῦς ὑπογράφει παῖδας.

schol. Ω 735 V οἱ δὲ νεώτεροί φασιν αὐτὸν οἰκιστὴν ὕστερον γεγενῆσθαι Τροίας καὶ ἄλλων πόλεων.

De Scamandrio cf. Strab. XIII p. 607. XIIII p. 680 Dion. Hal. I 47 Con. 46 St. Byz. p. 119, 4. 132, 12 schol. Eur. Andr. 224. Hae fabulae sunt logographorum; Aristarchus Iliadis parvae auctorem et ceteros poetas castigavit: cf. Aristonic. ad Ω 735 ὅτι ἐντεῦθεν κινηθέντες οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ ῥιπτόμενον κατὰ τοῦ τείχους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων εἰσάγουσι τὸν Ἀστυάνακτα et Paus. X 25, 9.[1])

Denique adferantur scholia duo de Aiacis Telamonii ἀτρωσίᾳ, quorum ut alterum clarum et integrum est:

schol. Ξ 404 V τρωτὸς δὲ ὁ Αἴας ὅλον τὸ σῶμα, οὐχ ὡς Αἰσχύλος τὰ περὶ τὴν μασχάλην. δῆλον δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἀγῶνος· μονομαχοῦντος γὰρ αὐτοῦ πρὸς Διομήδην φησί·

καὶ τότε δή ῥ' Αἴαντι περιδδείσαντες Ἀχαιοί [Ψ 822]

ὡς δυναμένῳ καὶ τρωθῆναι. τοῦτο δὲ ὑπονοοῦσι διὰ τὸ μηδέποτε παρ' Ὁμήρῳ τετρῶσθαι αὐτόν.

---

[1]) Logographorum poetarumque fabulae inter se opponuntur schol. Eur. Andr. 10 [cf. Wilamowitzium ind. schol. sem. hib. Gryph. 1877/8 de Rhesi scholl. p. 4]: Λυσίμαχος [Λυκανίας cod.] κατηγορεῖ Εὐριπίδου κακῶς λέγων αὐτὸν ἐξειληφέναι τὸ παρ' Ὁμήρῳ λεχθὲν

ἤ τις Ἀχαιῶν
ῥίψει χειρὸς ἑλὼν ἀπὸ πύργου [Ω 734 sq.]

ὡς πάντως γενόμενον· ἀλλ' εἰκαζόμενόν ἐστιν ὑπ' αὐτῆς ὡς εἰ ἔλεγε κατακαυθήσεσθαι τὸν παῖδα ἤ τι ἄλλο. Ξάνθον δὲ τὸν τὰ Λυδιακὰ ς⟨υγγρά⟩ψαντά φασιν ** ὅτι Εὐριπίδ⟨ην⟩ Ξά⟨ν⟩θῳ προσέχειν περὶ τῶν Τρωικῶν ⟨ἀπίθαν⟩ον, τοῖς δὲ χρησιμωτέροις ⟨πείθε⟩σθαι καὶ πιστοτέροις· Στησίχορον μὲν γὰρ ἱστορεῖν ὅτι τεθνήκοι καὶ τὸν τὴν Περσίδα συντεταχότα κυκλικὸν ποιητὴν ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ῥιφθείη. Lacunam post φασιν ita Wilamowitzius explere conatus est: πρῶτον εἰρηκέναι τὰ τοιαῦτα περὶ Ἀστυάνακτος· πρὸς δ λεκτέον — extrema bene, in ceteris erravit. Traditum enim est ab Apollodoro Atheniensi quod Lydorum logographus de Astyanacte vel Scamandrio [cf. Z 402] narraverat: cf. Strab. XIIII p. 680 ὁ μὲν γὰρ Ξάνθος ὁ Λυδὸς μετὰ τὰ Τρωικὰ φησιν ἐλθεῖν τοὺς Φρύγας ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν ἀριστερῶν τοῦ Πόντου· ἀγαγεῖν δ' αὐτοὺς Σκαμάνδριον ἐκ Βερεκύντων καὶ Ἀσκανίας. Quod igitur ille dixit Hectoris filium ex bello superstitem fuisse, optime in scholion quadrat; vituperabatur Euripides quod ex versu Homerico meram fabulam falso desumpsisset neque bonum et anticum scriptorem in rebus Troianis secutus esset.

ita de altero propter graves corruptelas conicere tantum licet:

405 V† διὰ τὸ ὧν ἐπιτετυγμένοι δὲ ἦcαν. καὶ τὸ cάκος δὲ πόρπακα οὐκ εἶχεν ἀλλὰ τελαμῶνι ἤρτητο καὶ κανόνι μετήγετο· Κᾶρες δὲ τοὺc πόρπακας εὗρον. τινὲc δὲ πηλῷ βάλλεcθαι αὐτὸν ὑπὸ Τρώων εἴ πως βαρυνθείη ὑπὸ τοῦ πηλοῦ· ἀποceicάμενον δὲ αὐτοὺc δύο κολωνοὺc ποιῆcαι ** ἀλλ' οὐδὲ θεός φαcιν αὐτῷ βοηθεῖ. αἴτιον δὲ τούτου ὅτι τὰ μὲν πρὸ τῆc μήνιδοc οὐκ εἴρηκεν ὁ ποιητής, τὴν δὲ † παιδείαν Διομήδους ἀριcτείαν εἶναι cυνεργούcηc Ἀθηνᾶc· τὰc δὲ ἄλλας μὴ ἔχειν θεοὺc ἀπειπόντοc Διόc· διὸ οὐχ εὗρε καιρὸν εἰcάγειν θεόν. οἱ δὲ ὅτι τῆc ἀcπίδοc ἐξέκοψε γλαῦκα ὅτι οὐκ ἐβοήθει αὐτῷ Ἀθηνᾶ.

Plura de Aeschylo proferuntur docto scholio Soph. Ai. 833.[1]) Illum igitur oppugnavit Aristarchus, cuius sententia extat apud Aristonicum ad Ξ 406 . . . ὅτι οὐκ ἄτρωτος ὁ Αἴας καθ' Ὅμηρον· εἰ γὰρ μὴ οἱ τελαμῶνες ἐcκέπαζον, ἐτρώθη ἄν et ad Ψ 822 ὅτι ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων φαίνεται καθ' Ὅμηρον μὴ ὢν ἄτρωτος ὁ Αἴας. De duplicibus loris in alterius scholii initio, ut apud Aristonicum, disputari apparet, quamvis ipsa verba corrupta sint; in eis quae secuntur ἀτρωcίας fabulam fusius exponi documento est arg. Soph. Ai. . . . οἱ δὲ ὅτι χρηcμὸc ἐδόθη Τρωcὶ πηλὸν κατ' αὐτοῦ βαλεῖν· cιδήρῳ γὰρ οὐκ ἦν τρωτός· καὶ οὕτω τελευτᾷ.[2]) Atqui cum nonnulla eorum quae secuntur lacuna intercepta neque cetera integra sint, tamen hoc constat eos oppugnari qui apud Homerum Aiacem a diis nunquam adiuvari contenderint — quaeritur cur illi hoc contenderint. Negabant opinor casu accidere potuisse ut Aiax nunquam volneraretur neque a dis defenderetur ut e. gr. Diomedes per Minervam a Martis impetu; fuisse igitur eum involnerabilem neque ope divina eguisse. Contra dicit grammaticus alias ob causas fieri potuisse ut Homerus Aiacem deorum ope destitueret, e. c. quod Minervam Aiacis magniloquentia offensam esse a nonnullis tradi nosset, sed rem Achillis ira antiquiorem suo more praetermisisset; ceteros autem deos adhiberi non potuisse quoniam Iovis mandato eos a pugna retineri ipse narrasset. Haec coniectura aliquo modo firmatur verbis Eustathii [p. 990, 9 sq.] quae exscribo omnia, quia Byzantinus scholia integriora in manibus habuisse videtur: εἰ δὲ οἱ τελαμῶνες ἐρρύcαντο καθὰ ἐρρέθη, cημείωcαι καὶ ἐκ τούτου ὅτι τρωτὸc ὅλον ἦν ὁ Αἴας τὸ cῶμα καὶ οὐ μόνα τὰ περὶ μαcχάλην κατὰ Αἰcχύλον καὶ ἄλλουc.

[1]) Addebatur cum Hercules puerum pelle leonina circumvoluta involnerabilem faceret, latus nudum remansisse. Cf. arg. Soph. Ai. scholl. Lycophr. 455 Ψ 821. Errore testimonium adfertur Pindari quippe qui Eoeas secutus carmine Isthmio quinto Herculem pro puero precantem pellemque pro ἀτρωcίαc symbolo circumdantem describat, taceat de latere nudato. Collum falso commemoravit Homeri scholiasta poetae loco in errorem inductus. — [2]) A Sophrone hanc fabulam commemorari vidit Blaydes [in Aiacis editione p. 10].

δῆλον γὰρ ὡς εἰ μὴ αὐτοὶ ἐρρύcαντο, κατηκοντίcθη ἄν. διὸ καὶ μονομαχοῦντι αὐτῷ πρὸς Διομήδην ἐν τῷ ἐπιταφίῳ περιέδειcαν οἱ Ἀχαιοὶ ὡς πολλαχοῦ δυναμένῳ πληγῆναι. ἡ δὲ ὑπόνοια τοῦ μὴ διόλου τρωτὸν αὐτὸν εἶναι ἦλθεν ἐκ τοῦ μηδέποτε παρ' Ὁμήρῳ τετρῶcθαι αὐτόν. πολὺc δὲ πάντωc ὁ Αἴαc εἰ μόνοc ἄρτι τῶν Ἑλληνικῶν ἀριcτέων ποιήcει ἅπερ ὁ ποιητὴc ἐρεῖ προϊὼν μεγάλα ἔργα καὶ ταῦτα οὐδὲ ῥοπῇ δαιμονίᾳ τινὶ ἀλλ' ἐξ οἰκείαc ἀρετῆc. ἱcτόρηται δὲ καὶ πηλῷ βάλλecθαι αὐτὸν ὑπὸ Τρώων, ὡς οἷα προπηλακιζόμενοc, καθά τιc ἂν εἴποι τολμήcαc, εἴ [fort. ἤ] πωc οὕτω γοῦν βαρυνθεὶc πέcῃ, ἀποcειcάμενον δὲ τὸν πηλὸν δύο ποιῆcαι κολωνούc. φαcὶ δὲ καὶ ὡc οὐκ ἐβοηθεῖτο ὑπ' Ἀθηνᾶc ὅλωc ὁ Αἴαc διά τε τὸ ἀλαζονεύcacθαι κατ' αὐτῆc ὡc δηλοῖ ὁ Cοφοκλῆc [Ai. 766 sq.][1]) καὶ διότι δὲ γλαῦκα τῆc οἰκείαc ἀcπίδοc ἐξέκοψεν ἱερὰν οὖcαν τῇ Ἀθηνᾷ.

Haud minus obscurus est alius locus ubi de Oenomai Pelopisque fabula disputari videtur:

> schol. B 104 L Ἑρμοῦ γάρ φαcιν αὐτὸν καὶ Καλύκηc ἢ † διὰ τὸν κύνα. πέπλαcται οὖν τοῖc νεωτέροιc τὰ περὶ Οἰνόμαον καὶ τὴν χρυcῆν ἄρνα.

Ex ultimis verbis elucet refutatas esse in scholii initio noviciorum fabulas; quam rationem agni aurei fabulae grammaticus adhibuerit docetur codicis B scholio, quod ab hoc diversum esse non putaverim:

> schol. B 103 B ἐκ δὲ τοῦ Πέλοπι πληξίππῳ ὁ ἱππικὸc ἀγὼν Πέλοποc καὶ Οἰνομάου δηλοῦται· τὸ δὲ ἐπίθετον Θυέcτου ὅτι πολύαρνοc ὢν ἐγέννηcε τὸν μῦθον τὸν περὶ τῆc χρυcῆc ἀρνόc.

Scholii initio omissum est librarii neglegentia esse qui *falso* Pelopis epitheton ita interpretentur ut eius cum Oenomao certamen designetur. At quid sibi volunt verba: Ἑρμοῦ γάρ φαcιν αὐτὸν καὶ Καλύκηc? Si de Pelopis et Oenomai fabula agitur, nemo est qui Mercurii filius dicatur nisi Myrtilus [cf. Eur. Orest. 993 schol. vs. 990. 998 Lycophr. 162 Paus. V 1, 7. VIII 14, 10 schol. Ap. Arg. I 752 Hygin. CCXXIIII. astr. II 13.]. Atque etsi inter matris nomina diversa Calycae nomen non invenitur, tamen animadvertatur ex Danaide Myrtilum natum esse a nonnullis tradi [cf. scholl. Ap. Arg. I 752 Eur. Orest. 998], inter Danaidum nomina Calycen recenseri in bibliothecae Apollodoreae nota marginali [II 1, 5, 4]. Videtur igitur grammaticus Homero Pelopis Oenomaique fabulam ea ratione abiudicasse quod fieri non potuisset ut poeta a Mercurio Pelopi regni signum datum esse traderet, si nosset quam ex epicis carminibus [cf. schol. Eur. Orest. 997] poetae tragici desumpserunt fabulam ab ipso Mercurio funestum illum agnum

[1]) De Aiacis impietatibus cf. schol. Soph. Ai. 127.

Pelopidarum gregibus immissum esse ut sceleris a patre in dei filium commissi poenas darent filii nepotesque.[1])

Non scriptores sed pictores cum Homero comparantur schol. K 265 V:

> Ἀπολλόδωρος ὁ σκιαγράφος ἐντεῦθεν πρῶτος ἔγραψε πῖλον Ὀδυσσεῖ. ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτοῦ ἡ περικεφαλαία, κοινόν τε πᾶσι τὸ ἔχειν ⟨πῖλον⟩.

Cf. Aristonicum: ὅτι τὸ κοινὸν καὶ συμβεβηκὸς ταῖς περικεφαλαίαις εἰπόντος τοῦ ποιητοῦ ζωγράφοι καὶ πλάσται πιλίον ἐπέθεσαν τῷ Ὀδυσσεῖ.

Multo difficilior res est in Odyssiae scholiis quippe ubi cautio sit ne Aristonici reliquiae cum huius generis scholiis confundantur. Satis igitur habeo ea attulisse quae Aristonico tribui omnino non possunt.

Paeeonem deorum medicum ab Apolline distingui voluisse Aristarchum tradit Aristonicus [ad Ε 898]: ὅτι ἰατρὸν τῶν θεῶν ἕτερον παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα παραδίδωσι τοῦτον. Similiter ut supra schol. Ψ 679 [cf. p. 29], loco Hesiodeo sententiam firmabat grammaticus:

> schol. δ 232 Παιήων ἰατρὸς θεῶν οὐχ ὁ αὐτὸς τῷ Ἀπόλλωνι ἀλλὰ κεχωρισμένος. παρὰ μέντοι τοῖς νεωτέροις ὁ αὐτὸς νομίζεται εἶναι· καὶ Ἡσίοδος δὲ μάρτυς ἐστὶ τοῦ ἕτερον εἶναι τὸν Παιήονα τοῦ Ἀπόλλωνος λέγων·
>
> εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος ὑπὲκ θανάτοιο σαώσαι
> ἦ καὶ Παιήων, ὃς ἁπάντων φάρμακα οἶδεν.

Suo more non satis habuit novicios refutasse, sed et ipse mythographorum copias expilavit in disputatione de Philomelida:

> schol. δ 343 τινὲς τὸν Πάτροκλον ἤκουσαν· Φιλομήλας γὰρ ἦν υἱός. οὔτε δὲ ἀπὸ μητρὸς τὸ γένος Ὅμηρος σχηματίζει οὔτε οἱ Ἕλληνες ἤσθησαν ἂν Πατρόκλου ἡττηθέντος·
>
> πᾶσιν γὰρ ἐπίστατο μείλιχος εἶναι [P 671].
>
> ἀλλ' οὗτος βασιλεὺς ὢν Λέσβου τοὺς παριόντας εἰς πάλην ἐκάλει καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ προσορμισθέντας· δν Ὀδυσσεὺς καὶ Διομήδης δολοφονήσαντες τὸν τάφον αὐτοῦ καταγώγιον ξένων ἐποίησαν, ὡς Ἑλλάνικός φησιν.[2])

Ex verbis Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων [Ξ 267] conclusit Aristarchus Homerum duo genera Gratiarum statuisse[3]); a grammatico nova documenta conquirebantur:

> schol. θ 364 παρθένοι καὶ οὐδέπω γεγάμηνται· οὐ γὰρ δὴ ὁ Ἥφαιστος δύο εἶχε γυναῖκας· ἀλλ' οὐδὲ γὰρ ὁ Ὕπνος ἤλασε τὴν Πασιθέαν· ἥρμοστο γὰρ παρὰ τῆς Ἥρας.

---

[1]) Notus est locus Euripidis [Orest. 985 sq. 1547]; sed etiam Sophocles fabulam commemorat: cf. El. 502 sq. — [2]) Eadem adscripta sunt versui ρ 134. Patroclum Philomelae filium dicit Hygin. fab. LXXXXVII. — [3]) ὅτι δύο γενέσεις Χαρίτων ὑποτίθεται πρεσβυτέρας καὶ νεωτέρας· διὸ συγκριτικῶς λέγει ὁπλοτεράων [Ariston. ad Ξ 267].

καὶ δύο γενέσεις Χαρίτων, αἱ μὲν Εὐρυνόμης καὶ Διὸς αἱ δὲ Ἥρας καὶ Διὸς ἔτι παρθένοι· δεῖ δὲ Ἀφροδίτῃ παρθένων. schol. δ 11 . . . ἐπιφέρει δὲ καὶ ὁ ποιητὴς

Ἑλένῃ δὲ θεοὶ γόνον οὐκέτ' ἔφαινον

πιθανῶς ἵνα ἐπὶ πλεῖστον ἀκμάσῃ ἢ ἵνα ἐξ Ἀλεξάνδρου γόνον μὴ σχῇ. οἱ δὲ νεώτεροι Ἑλένης μὲν καὶ Ἀλεξάνδρου Κόρυθον ἢ Ἕλενον, ἐκ δὲ Μενελάου Νικόστρατον γενεαλογοῦσι.

De Heleno aliunde nihil constat; Corythum Helenae esse filium neque cuius volgo ferebatur Oenonae auctor est Nicander [Parthen. 34], Nicostratum Helenae attribuit Hesiodus schol. Soph. El. 539, ubi similiter ut Euripides in scholio supra commemorato [p. 429] Sophocles ab iis defenditur qui eum ab Homero discessisse vituperabant. Ex serva eum esse natum tradit Pausanias in Argivorum archaeologia [II 18, 6]. Praeterea cf. schol. Eur. Andr. 898 Apollod. III 11, 1 Porphyr. in schol. Γ 175.[1])

Denique nescio an olim fabulae Homericae opposita fuerint quae de Sophoclis Hermiona adnotantur:

schol. δ 4 Σοφοκλῆς ἐν Ἑρμιόνῃ φησὶν ἔτι ἐν Τροίᾳ τυγχάνοντος Μενελάου ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ, κατὰ δὲ ὑπόσχεσιν ἥκοντος Νεοπτολέμου ἀφαιρεθῆναι τὸν Ὀρέστην ταύτην· πάλιν δὲ αὐτῇ συνοικῆσαι τὸν Ὀρέστην Νεοπτολέμου ἐν Πυθοῖ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Μαχαιρέως καὶ τότε τὸν Τισαμενὸν γεννῆσαι.

Ex his omnibus hoc certe constat, postquam Aristarchus Homeri interpretationem a posteriorum fabulis defendere coepit, etiam recentioris aevi grammaticos hanc studiorum Homericorum partem diligenter et docte coluisse. Quamquam multum distant a veterum Alexandrinorum severa dignitate omnem doctrinae molem reicientium, quam ab ipsa interpretatione alienam esse existimabant, atque ne in hac quidem re fidos Aristarchi sectatores se praestiterunt ut ab Homero ceteram historiam fabularem procul haberent, sed castigationes Aristarcheas maxime ea de causa imitati esse videntur ut historiae fabularis magnam doctrinam proponerent. Hi sunt mores et rationes grammaticorum primi et alterius saeculi p. Chr. n. Nomine vero illorum scholiorum auctorem designare non possum neque nimis certo adfirmaverim omnia ab uno eodemque homine esse profecta quoniam ubi ex scholae successione et consuetudine certae quaedam artis exercendae rationes constitutae sunt, vel multi ex multis studiis et laboribus proferunt simillima.

Apparuit igitur ex diversis originibus in scholiorum Homeri-

[1]) Vtrum Porphyrio an grammatico noviciorum fabulas recensenti tribuatur schol. Γ 40 ex Dionysio Scytobrachione excerptum, non magis discerno quam utri vindicetur quod praeterea ex cyclographo excerptum esse videtur schol. μ 124 [cf. de Dion. Scyt. p. 51].

corum corpus varias doctrinae fabularis copias esse congestas, quamvis ea laboret haec inquisitio plerumque obscuritate et argumentorum inopia ut in rudi et vasta mole probabiliter in diversa et distincta genera digesta plerumque sit adquiescendum. Neque tria scholiorum genera, quae modo proposui, suis finibus continent omnes quae in scholiis extant doctrinae fabularis reliquias, tamen et maximam partem complectuntur et certissime distinguuntur; atque iam transirem ad ἱστορίας tractandas, nisi unius scholii causa pauca certe quarti alicuius generis proponi opus esset. Accurate si legeris haec de Neoptolemo:

> schol. T 326 V τινὲς μὲν ἐκεῖ ἐκτεθῆναι αὐτὸν ὑπὸ Θέτιδος· ὁ δὲ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα ἀναζευγνύντα αὐτὸν ἀπὸ Τηλέφου προσορμισθῆναι ἐκεῖ·
>
> Πηλείδην δ' Ἀχιλλῆα φέρε Σκῦρόνδε θύελλα·
> ἔνθ' ὅ γ' ἐς ἀργαλέον λιμέν' ἵκετο νυκτὸς ἐκείνης.
>
> ἔστι δὲ νῆσος πρὸς τῇ Εὐβοίᾳ λιμένας ἔχουσα Ἀχίλλειον καὶ Κρήσιον, ᾤκησαν δ' ἐν αὐτῇ καὶ Δόλοπες μοῖρα Θεσσαλῶν. Νεοπτόλεμος δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὠνόμασται ὅτι νέος ὢν ἐπολέμησεν. ἔστι δὲ ὥς τινες ἐξ Ἰφιγενείας· φησὶ γὰρ Δοῦρις ὅτι κλαπεῖσα εἰς Σκῦρον ἐξετέθη ὑπ' αὐτοῦ. οὐκ ἦσαν δὲ ἀπὸ τῆς ἁρπαγῆς Ἑλένης ἕως τῆς ἁλώσεως κ' ἔτη. οὐκ ἂν γὰρ ἂν καιρὸν εἶχεν ⟨Ὀδυσσεὺς⟩ γαμηθῆναι Πηνελόπῃ καὶ Τηλέμαχος ἦν ἂν λ' ἐτῶν· παῖς
>
> νήπιος οὔτε πόνων εὖ εἰδὼς οὔτ' ἀγοράων [δ 818]
>
> καὶ
>
> ἐπεὶ οὔπω χερσὶ πέποιθα
> ἄνδρ' ἀπαλέξασθαι [π 71 sq.].
>
> ἡ δὲ ἑτέρα ἱστορία διαψεύδεται.[1])

putaveris posteriorum fabulas de Neoptolemo Scyri educato refutari defendique sententiam Aristarchi qui Scyrum oppidum Troadis haud aliter atque Pedasum Lyrnessum Thebam ab Achille expugnatum esse putavit versumque T 327 obelo notavit.[2]) Obstant autem

---

[1]) BLd: φασὶν Ἀχιλλέα ἀπὸ τῆς πρὸς Τήλεφον ἀναζευγνύντα μάχης προσορμισθῆναι ἐκεῖ·

Πηλείδην δ' Ἀχιλῆα φέρε Σκῦρόνδε θύελλα.

ἔστι δὲ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ νῆσος λιμένας ἔχουσα Ἀχίλλειον καὶ Κρήσιον. Νεοπτόλεμος δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὠνόμασται ὅτι νέος ὢν ἐπολέμησεν· ἔστι δὲ ὥς τινες ἐξ Ἰφιγενείας· φησὶ γὰρ Δοῦρις ὅτι κλαπεῖσα εἰς Σκῦρον ἐξετέθη ὑπ' αὐτοῦ.

ἡ δὲ ἑτέρα ἱστορία διαψεύδεται· ὅρα δὲ πῶς ἀπὸ γενικῆς εἰς αἰτιατικὴν ἡ μετάβασις γέγονεν. ὀδύρεται δὲ τὴν ἰδίαν ἀτυχίαν ὡς ἴσως αὐτὸν καὶ υἱοῦ στερήσουσαν. Extrema suo more librarius docto scholio temere addidit. — [2]) Cf. Aristonicum ad I 668 ὅτι διὰ τούτων καὶ τὴν Σκῦρον πεπολιορκημένην ὑπὸ Ἀχιλλέως μετὰ τῶν ἄλλων πόλεων παραδίδωσιν et Didymum ad T 327 καὶ Ἀριστοφάνης προηθέτει τὸν στίχον, ὥς φησι Καλλίστρατος. τό τε γὰρ ἐπὶ παιδὸς κομιδῇ λέγεσθαι διστακτικῶς εἴ που ἔτι ζώει καὶ ταῦτα μηδὲ πόρρω τῆς Σκύρου κειμένης ὕποπτον κτλ.

verba: ἔστι δὲ νῆσος πρὸς τῇ Εὐβοίᾳ . . . ᾤκησαν δ' ἐν αὐτῇ καὶ Δόλοπες μοῖρα Θεσσαλῶν Aristarchi opinioni prorsus contraria. Atqui in scholiis extat ἡ ἑτέρα ἱστορία. Quae enim ἱστορίᾳ schol. BLd praescripta sunt ἡ δὲ ἑτέρα ἱστορία ἔχει οὕτως, a librariis temere esse addita inde elucet quod in hac ἱστορίᾳ controversia de belli Troiani tempore omnino non tractatur, quae autem attingitur volgaris fabula, docti scholii initio carptim indicatur. Sed cf. haec:

schol. Ω 765 B ψευδές· οὐ γὰρ εἰκοστὸν ἔτος δύναται εἶναι ἐξ οὗ εἰς τὸ Ἴλιον ἦλθεν Ἑλένη, εἴ γε δεκαετὴς μὲν ὁ τοῦ πολέμου χρόνος ὁμολογεῖται γεγονέναι, εἰκοστῷ δὲ Ὀδυσσεὺς εἰς Ἰθάκην ἐπανελήλυθεν ἔτει. ῥητέον δὲ ὅτι δέκα ἔτη ἐστρατολόγουν χειμάζοντες ἐν ταῖς ἰδίαις καὶ θέρους εἰς Αὐλίδα ἀφικνούμενοι. καὶ γὰρ ἤκουον τὸν πλοῦτον καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν Τρώων πολλὴν οὖσαν, καί τινες δὲ παρῃτοῦντο τὸν πόλεμον· καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖ καθήμενοι ἐστρατολόγουν. νῦν δὲ εἰκοστὸν ἔτος ἐστὶν ἀπὸ τῆς ἁρπαγῆς Ἑλένης, ἐπὶ δὲ Ὀδυσσέως τὰ δέκα ἔτη τῆς στρατολογίας οὐκ ἀριθμητέον.

V δέκα γὰρ ἔτη ἐστρατολόγουν·

καμέτην δέ μοι ἵππω
λαὸν ἀγειρούσῃ [Δ 27 sq.]

καὶ γὰρ ἤκουον τὴν ἰσχὺν τῶν Τρώων·

καὶ γὰρ Τρῶάς φασι μαχητάς [c 261]·

πλοῦτον [Ω 543]·

καί σε γέρον τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι.

τὰ δὲ δέκα ταῦτα ἔτη ἐχείμαζον. ὅθεν πού φησιν·

εἰκοστῷ ἐνιαυτῷ [β 175]

ἴσως Ἀλιθέρσου τῇ ὑστεραίᾳ παραχειμάσει τοῦτο εἰπόντος. διὰ τοῦτο οἱ μὲν μόγις ἐστράτευον ὡς Ὀδυσσεύς, οἱ δὲ παρῃτοῦντο ὡς Ἐχέπωλος [Ψ 296]· οἵ τε Ἀτρεῖδαι δι' ἑαυτῶν ἐπρέσβευον, τῇ δὲ τοὺς περὶ Νέστορα ἔπεμπον [Λ 767 sq.]. γεγέννηται οὖν ὁ Νεοπτόλεμος περὶ τὴν πρώτην ἔξοδον ὡς εἶναι αὐτὸν ιη' ἐνιαυτῷ * *[1]) Τηλέμαχος Πεισίστρατος Μεγαπένθης Ὀρέστης. παρεχείμαζον οὖν ἐν ταῖς ἰδίαις καὶ θέρους εἰς Αὐλίδα ἀφικνοῦντο. τότε ἴσως καὶ Σκῦρον ἑλὼν Νεοπτόλεμον ἐποίησεν Ἀχιλλεύς.

Eadem breviora atque a magistellis Byzantinis pessumdata leguntur in scholiis Horneianis[2]), ubi tamen extant pauca quae in ceteris locis interierunt: οἱ μὲν νεώτεροι ἐκεῖ τὸν παρθενῶνά φασιν ἔνθα τὸν Ἀχιλλέα ἐν παρθένου σχήματι τῇ Δηιδαμείᾳ παρακλίνουσιν. ὁ δὲ ποιητὴς ἡρωικῶς πανοπλίαν αὐτὸν ἐνδύσας

[1]) Supplendum est περὶ δὲ τὴν δευτέραν ἔξοδον vel tale quid. — [2]) Ex apographo Hamburgensi excerpta inter scholia Lipsiensia edidit Bachmannus p. 429.

εἰς τὴν Σκῦρον ἀπεβίβασεν οὐ παρθένων ἀλλ' ἀνδρῶν διαπραξόμενον ἔργα, ἐξ ὧν καὶ λάφυρα δωρεῖται τοῖς συμμάχοις. εἶλε δὲ τὴν Σκῦρον ὅτε εἰς Αὐλίδα ἐστρατολόγουν διὰ τὸ εἶναι ἐκεῖ Δόλοπας ἀποστάντας τῆς Πηλέως ἀρχῆς·

ἔπλεον εἰς Σκῦρον Δολοπηίδα.

τότε δὲ καὶ τὸν Νεοπτόλεμον ἐπαιδοποιήσατο· κ' δὲ ἔτη ἐστὶ πάσης τῆς παρασκευῆς τοῦ πολέμου ὥστε δύναται ὁ Νεοπτόλεμος ὀκτωκαιδεκαέτης στρατεύειν. Ἐνυεὺς δὲ Διονύσου καὶ Ἀριάδνης, ὃς Κρῆτας ἀγαγὼν ἔκτισε τὴν πόλιν. οἱ δὲ ὁμωνύμους δύο Σκύρους φασὶν ὅτι περὶ Αὐλίδα ἡ Σκῦρος. His ex scholiis apparet eam sententiam, quam in schol. T 326 ab Aristarcho alienam esse demonstravi, conexam esse ipsi illi opinioni, qua viginti anni ab Helenae raptu usque ad Troiae excidium, decem praeparationum, alteri decem ipsius belli[1]) computabantur. Hoc enim opinor iam dubium non est quin quae schol. T 326 inde a verbis οὐκ ἦσαν δὲ κτλ. oppugnari videtur temporis computatio, ea scholio Ω 765 defendatur ab ipsis illis rationibus quae schol. T 326 opponuntur. Quid iudicandum est? Aut enim Scyrum insulam esse prope Euboeam sitam, aut falsam esse ut breviter loquar viginti annorum computationem non ex sua ipsius sententia scripsisse, sed ita ut alius opinionem referret, is putandus est cui scholion illud debetur. Atqui fac scholii Ω 765 B alteram partem totam interiisse neque quidquam relictum esse nisi quae inde a verbo ψευδές usque ad refutationis initium leguntur: prorsus contraria statuerentur de scholii origine — atque falso quidem. Cum igitur scholion T 326 mutilum esse constet et facillime fieri potuerit ut opinionis quae nunc videtur vituperari, interiret defensio, scholia T 326 et Ω 765 olim unum idemque fuisse aliqua probabilitate conicere licet. At si haec coniectura probabilis est, Aristarchus schol. T 326 non defenditur, sed oppugnatur; quae ille prorsus abiecerat, cum Homero aliquo modo conciliantur. Quin etiam valde placet sententia huius scholii auctorem contra Aristarchum non solum volgarem fabulam, qua Neoptolemus sub ipsum tempus quo pater ad bellum exibat[2]) natus esse ferebatur, narrationi Homericae supposuisse sed etiam versum Ω 765 ab obelo defendisse, quem ultimo libro Iliadis quippe qui a ceteris haud raro graviter discreparet, ab Aristarcho saepe adhibitum esse constat.[3]) Neque in ceteris quae ad historiam poeticam pertinent scholiis desunt vestigia Aristarchi adversariorum. Tria habeo quae certa adferam exempla:

schol. O 229 V δύο ὁ Σιδώνιός φησιν εἶναι τὰς αἰγίδας τὴν μὲν Διὸς τὴν δὲ Ἀθηνᾶς αὐτὸ μόνον σκέπην, ἐφ' ἧς φησι·

[1]) Erravit scholiasta Horneianus. — [2]) Quamvis discrepent fabulae de Neoptolemi natu, hoc omnibus commune est, sub initium belli id accidisse. — [3]) E. c. qui inter hunc versum et β 175 est dissensus non potuit fugere Aristarchum.

τὴν οὐδὲ Διὸς δάμνηςι κεραυνός [Φ 401].

καὶ γάρ φηςιν ἐν τῇ Β [447]·

αἰγίδ' ἔχους' ἐρίτιμον

οὐδενὸς κατεπείγοντος ἔχειν τὸ Διὸς ὅπλον. ἐν ταὐτῷ δὲ εὑρίςκονται οἱ δύο ἔχοντες αἰγίδας cφίcι·

καὶ τότ' ἄρα Κρονίδης ἕλετ' αἰγίδα[1]) [Ρ 593]

⟨καὶ⟩ μετ' ὀλίγον

ἀμφὶ δ' Ἀθήνη

ὤμοις ἰφθίμοις βάλεν αἰγίδα [C 203 sq.].

ἄτοπον δὲ ἔγχος μὲν αὐτὴν ἔχειν καὶ περικεφαλαίαν, ὅπλον δὲ μή. καὶ Ἄρης ὅτε Δία ἐμέμφετο [Ε 875 sq.] εἶπεν ἂν ὅτι καὶ τοῖc coῖc ὅπλοις ὁπλίζεις αὐτὴν καθ' ἡμῶν.

Haud inepte impugnatur quae ab Aristarcho statuta erat sententia, unam atque Iovi propriam esse aegida [cf. Ariston. ad Δ 167 Μ 253 Ο 31. 229 Φ 401 Ω 20].

Altero loco etsi non oppugnatur Aristarchus, tamen aliquo modo ab eo disceditur:

schol. Ν 691 V καὶ μὴν Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος Ἠλείων ἦcαν ἡγεμόνες. Ἀρίcταρχος δὲ καὶ τοὺc ἐκ Δουλιχίου Ἐπειοὺc καλεῖ. ὡc γὰρ ἐξ Ἤλιδος φυγόντος Φυλέως εἰκὸς ἦν αὐτῷ cυναίρεcθαί τινας ὧν ἦρχε Μέγης· εἰ δὲ ἐκείνων νῦν μέμνηται Ἐπειῶν τῶν ἐξ Ἤλιδος, πιθανὸν ἂν εἴη αὖ ἡγεῖcθαι αὐτῶν Μέγητα ὡc ὁμοεθνῆ. Ἀμφίμαχος γὰρ καὶ Διώρης οἱ τῶν Ἠλείων δυνάcται ἀνῄρηνται, Θάλπιος δὲ καὶ Πολύξενος τραυματίζονται.

Versu Ν 691 sq.:

αὐτὰρ Ἐπειῶν [sc. ἦρχε]

Φυλείδης τε Μέγης Ἀμφίων τε Δρακίος τε

Aristarchus Epeorum nomine Dulichienses Megetis socios designari statuit cf. Epaphrod. ap. St. Byz. p. 236, 11 Apollod. ap. Strab. X p. 456; praeterea schol. Β 625 Ο 519. Hac interpretatione non opus esse, sed etiam de Eleis cogitari posse scholio demonstratur; ceterum scribendum esse putaverim: εἰ δὲ ⟨καὶ μὴ⟩ ἐκείνων νῦν μέμνηται, ⟨ἀλλὰ⟩ τῶν Ἐπειῶν τῶν ἐξ Ἤλιδος κτλ.

Absurde res agitur tertio loco:

schol. ψ 218 ἀθετοῦνται οἱ ζ' ὡc cκάζοντεc κατὰ τὸν νοῦν. cώζοιντο δ' ἂν εἰ cτίζοιμεν ἐπὶ τῷ 'εἰ ᾗδη'. καὶ τὸ ὅ ἀντὶ τοῦ διό ὥcτ' εἶναι· οὐδ' ἂν ἡ Ἑλένη ἐμίγη παρὰ ἀλλοδαπῷ ἀνδρὶ εἰ μὴ ἦν ἐξηπατημένη. διὸ αὐτὴν ἐπεὶ παρελογίcθη οἱ Ἕλληνεc ἐπανήγαγον. οἱ δέ φαcι τὸν Ἀλέξανδρον Μενελάῳ εἰκαcθέντα γνώμῃ Ἀφροδίτης μιγῆναι τῇ Ἑλένῃ.[2])

[1]) καὶ τοῦτο ἄρα Κρονίδης ἐλέγετ' αἰγίδα cod. — [2]) Ne de Pio cogitetur cavebitur Hilleri disputatione [Phil. XXVIII p. 86 sq.] vel obiter inspecta.

Quae extremo loco ut Helenam ab Alexandro deceptam esse probetur, inepta adfertur fabula, a magistro aliquo flosculis scholasticis ornata et in ἱστορίας formam redacta est:

> Ἀλέξανδρος ὁ Πριάμου παῖς ἀπὸ τῆς Ἀσίας κατάρας εἰς τὴν Λακεδαίμονα διενοεῖτο τὴν Ἑλένην ξενιζόμενος ἁρπάσαι. ἡ δὲ γενναῖον ἦθος καὶ φίλανδρον ἔχουσα ἀπηγόρευε καὶ προτιμᾶν ἔλεγε τὸν μετὰ νόμου γάμον καὶ τὸν Μενέλαον περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι. γενομένου δὲ τοῦ Πάριδος ἀπράκτου φασὶ τὴν Ἀφροδίτην ἐπιτεχνήσασθαι τοιοῦτόν τι ὥστε καὶ μεταβάλλειν τοῦ Ἀλεξάνδρου τὴν ἰδέαν εἰς τὸν τοῦ Μενελάου χαρακτῆρα καὶ οὕτω τὴν Ἑλένην παραλογίσασθαι. δόξασαν γὰρ εἶναι ταῖς ἀληθείαις τὸν Μενέλαον μὴ ὀκνῆσαι ἅμα αὐτῷ ἕπεσθαι, φθάσασαν δὲ αὐτὴν ἄχρι τῆς νεὼς ἐμβαλλόμενος ἀνήχθη. ἡ ἱστορία παρὰ Νικίᾳ τῷ πρώτῳ.

IIII. Sed iam transeundum est ad ipsum ἱστοριῶν genus data opera tractandum. Recte si nonnullas ex scholiis doctioribus ab iis qui scholia collegerunt redegeruntque desumptas et dilatatas esse statui, vel hinc elucet vehementissime esse dubitandum num adnotasse sufficiat eas Didymo deberi.[1]) Documento sunt scholia in Pindari carmina atque in Euripidis Medeam, Didymum saeculi illius more ita functum esse interpretis munere ut quae priores commentatores inde ab Aristophane et Aristarcho adnotaverant, diligenter in unam molem congereret neque prorsus indignus sana severaque veterum disciplina ex ingentibus copiis atque multifariam dispersis magnum atque praeclarum interpretationis apparatum institueret. Neque historiam poeticam neglexit, sed ut non apte vel ingeniose ita docte rem egit variis quae apud alios ferebantur fabularum formis adhibitis et cum ipso auctore conlatis. Quod veri et apti sensum in poetarum interpretatione saepe abiecerint atque propter nimiam curiositatem inanisque doctrinae captationem nugis et quisquiliis plus operae navaverint quam iis quae a saeculorum barbarie in hominum posteriorum usum servarentur necesse erat, his de causis illorum temporum grammaticos merito vituperes, sed eo certe erant in arte grammatica exercenda fastidio eaque in rebus obscuris et absonis indagandis sedulitate, ut exigua vetustae doctrinae fabularis frustula nollent puerorum ingeniolis adaptare neque taedium ferrent fabellas in triviis et compitis decantatas iterum iterumque renovandi et exscribendi. Ceterum si haec scholia Didymo vindica-

[1]) M. Schmidt [Didym. p. 213]: '. . . Didymo ni fallor debentur inter scholl. Π. AD Odyss. QBEV ea quibus subscribitur ἡ ἱστορία παρὰ τῷ δεῖνα. Sed haec adnotasse sufficiet.' Cf. p. 182. Nuper de his egit Iul. Schwarz in dissertatione Vratislaviensi a. 1878: 'De scholiis in Homeri Iliadem mythologicis capita tria'. In scholiorum origines et naturam altius non inquisivit, sed eorum argumenta breviter recensuit, codicum discrepantias enumeravit, de variis lectionibus disputavit. Profecit fere nihil neque in Iliadis scholiis se continere debebat.

bantur, certe quaerendum erat cur explicationis Didymeae verbi Ἀργειφόντης [cf. Etym. M. p. 137, 1. Gud. p. 73, 26] in scholio B 103 ne ullum quidem extaret vestigium, cur quae Didymus schol. Pind. Nem. X 112 de Dioscurorum cum Leucippi filiis pugna docte disputavit, toto caelo ab historia scholii Γ 243 distarent, cur scholio Ε 397 quod Hercules cum Orco ἐν πύλῳ commisisse ferebatur certamen uno tenore enarratum ad urbem Pylum referretur prorsus omissa altera sententia Aristarchi quam Didymo placuisse certissimo documento est schol. Pind. Ol. VIIII 43.

Sed horum scholiorum non solum praefracte negandum est Didymum esse auctorem sed ne unam quidem eandemque esse originem potest concedi. Quod enim eandem formam atque speciem prae se ferunt, inde nihil aliud sequitur quam eum qui haec scholia redegit hanc formam eis quae praesto erant doctrinae copiis induisse. Atqui esse ἱστορίας quae ab ipsis scholiastis ex doctis adnotationibus prorsus diversae originis descriptae sint atque transmutatae, compluribus exemplis demonstravi. Vnum addo. Praeter Amazonum indicem schol. Γ 189 quem supra Porphyrio vindicavi, in ADLd alterum extat scholion hoc: Μελανίππη καὶ Ἱππολύτη θυγατέρες Ἄρεως τῶν Ἀμαζονίδων προηγούμεναι τῆς στρατιᾶς· αὗται δὲ πειρώμεναι τὴν Φρυγίαν ὑφ' αὑτὰς ποιῆσαι διὰ τὸ τὴν χώραν ἱπποτρόφον εἶναι καὶ ἀμπελώδη παντὶ τῷ στρατεύματι παρασκευασθεῖσαι παρέτυχον εἰς τὴν προειρημένην χώραν καὶ στρατόπεδον ἔθεντο πρὸς τὸν Σαγγάριον ποταμόν. τῶν δὲ Φρυγῶν ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἡγεμόνες ἦσαν Μύγδων καὶ Ὀτρεύς, οἵτινες τὴν σφῶν αὐτῶν στρατείαν ἐξήνεγκαν καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν τόπον παρεγένοντο τῶν Ἀμαζονίδων πρὸς τὸ κωλῦσαι αὐτὰς μὴ ἐπιβῆναι τοῖς ἑαυτῶν ὅροις· καὶ ὁ Πρίαμος τῆς Τροίας βασιλεὺς ἐστρατεύετο κατὰ Ἀμαζόνων σὺν αὐτοῖς κατ' ἐκεῖνον ἀκμάζων τὸν καιρόν. Tota historia ex loco Homerico est composita neque invenitur ullum doctrinae vestigium praeter reginarum quae praescripta sunt nomina. Hippolyta vero in alterius scholii catalogo commemoratur, neque olim omissam esse putaverim famosam eius sororem[1]), quin etiam nescio an ibidem traditum fuerit has ipsas Amazonum in Phrygiam expeditioni praefuisse praesertim cum vel in aliis historiis inveniantur frustula ex eo scholiorum genere excerpta quod Porphyrio vindicavi.[2]) Quascunque igitur ἱστορίας hoc modo ex doctis illis scholiis pendere apparuit, earum nullum alium esse usum statuatur oportet quam ut docta unde descripta sunt scholia suppleantur illustrenturque.

---

[1]) Cf. schol. Pind. Nem. III 64 Ap. Arg. II 968 sq. Diod. IIII 16. —
[2]) Cf. scholl. T 116 cum nominibus quae inserta sunt ἱστορίᾳ schol. T 119 Ἀντιβίαν δὲ ἥν τινες Νικίππην εἶπον, schol. Ψ 86 cum schol. M 1 . . . Κλειοώνυμον ἢ ὥς τινες Αἰάνην. Ceterum invenitur scholion [I 448] ne his quidem doctrinae frustulis ornatum, sed totum ex Homero desumptum.

Sed restant ἱστορίαι atque multo quidem plures quibus hanc rationem adhibere non liceat. Nonnullis [e. gr. scholl. Γ 75 Z 396 N 21. 301] de loco vel urbe, quae a poeta commemoratur, solito more hoc vel illud enarratur quo nomen ipsum vel epitheton Homericum explicetur vel accuratior loci notitia proponatur. At quam plenissime ex codicibus scholiorum pristina formà eruta olim minime singulas historias uno tenore enarratas fuisse elucet, sed plures atque inter se discrepantes deinceps enumeratas. Schol. N 301 ita scriptum extat in ADLd:

> schol. N 301 ADLd Φλεγύαι Γυρτῶνα [cod. Γόρτυναν][1]) κατοικοῦντες παρανομώτατον καὶ ληστρικὸν διῆγον βίον καὶ κατατρέχοντες τοὺς περιοίκους χαλεπῶς ἠδίκουν· Θηβαῖοι δὲ πλησιόχωροι ὄντες ἐδεδοίκεσαν καὶ μέχρι πολλοῦ, εἰ μὴ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος οἱ Διὸς καὶ Ἀντιόπης ἐτείχισαν τὰς Θήβας· εἶχε γὰρ Ἀμφίων λύραν παρὰ Μουσῶν αὐτῷ δεδομένην δι' ἧς κατέθελγε καὶ τοὺς λίθους ὥστε καὶ πρὸς τὴν τειχοδομίαν αὐτομάτους ἐπέρχεσθαι. τούτων μὲν οὖν ζώντων οὐδὲν οἱ Φλεγύαι τοὺς Θηβαίους ἠδύναντο διαθεῖναι· θανόντων δὲ αὐτῶν ἐπελθόντες σὺν Εὐρυμάχῳ τῷ βασιλεῖ τὰς Θήβας εἷλον· πλείονα δὲ τολμῶντες κατὰ Διὸς προαίρεσιν ὑπὸ Ἀπόλλωνος διεφθάρησαν. οὗτοι δὲ ἐνέπρησαν καὶ τὸν ἐν Δελφοῖς ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει.

sed etiam alteram sententiam qua Phlegyae Phocidem habitasse putabantur olim fuisse expositam documento sunt quae in codice Victoriano post verba τὰς Θήβας εἷλον inserta sunt quamvis mutila:

> καὶ ἔρημον γενέσθαι τὴν πόλιν μέχρι τῆς Κάδμου ἀφίξεως. ἐπὶ πλεῖον δὲ περὶ αὐτῶν διείλεκται Ἔφορος ἀποδεικνὺς ὅτι τὴν Δαυλίδα καὶ οὐ τὴν Γυρτῶνα ᾤκησαν· ὅθεν καὶ παρὰ Φωκεῦσι τὸ ὑβρίζειν φλεγυᾶν λέγεσθαι. ἔστι δὲ ταῦτα ἐν τῇ τριακοστῇ τῇ Δημοφίλου. πάλαι δὲ διεφέροντο Φωκεῖς πρὸς Θεσσαλούς· διὸ καὶ τὰς Θερμοπύλας ᾤκισαν Φωκεῖς· εἴσοδον γὰρ ἔχουσιν ἀπὸ Θεσσαλίας **

neque ita male cum ceteris cohaerebat clausula ut nunc legitur: cf. quae brevissime excerpta sunt scholio Victoriano altero:

> Φλεγύας δὲ τοὺς Γυρτωνίους· οἱ δὲ τοὺς ἐνοικοῦντας τὴν Δαυλίδα τῆς Φωκίδος οὓς μεγαλήτορας οἱονεὶ δεινορέκτας φησὶ διὰ τὸ πεπορθηκέναι τὸν ἐν Πυθοῖ ναόν.

Idem accidit schol. N 21. Scholio Victoriano et vitis Bacchicae miracula describuntur et Nicocratem versus Homericos ad insulam quandam Aegas rettulisse traditur; in scholl. ABDLd sola priora enarrantur atque ea male excerpta, quoniam vitis illa Aegarum

[1]) Certa est emendatio Odofredi Muelleri [Orchom. p. 189]. Cf. alterum scholion Φλεγύας δὲ τοὺς Γυρτωνίους et Eust. p. 904, 12 qui tamen inepte addidit ἐν Φωκίδι. Sententia erat Apollodori cf. Strab. VII p. 330 fr. 14. 16. VIIII p. 442.

Euboicarum propria[1]) Aegis Achaicis vindicatur: Αἰγαὶ πόλις Ἀχαιίας ἐν Πελοποννήςῳ ἔνθα τιμᾶται μὲν ὁ Ποςειδῶν, ἄγεται δὲ καὶ Διονύςῳ ἑορτή κτλ. Ita enim componebantur historiae ut nomen regionis vel stemma breviter praeponeretur, neque curabantur discrepantiae dummodo una et absoluta existeret ἱςτορίας perscriptio.

His ἱςτορίαις quae subscripta sunt auctorum nomina Pherecydis et Euphorionis, ea ita statueris recte esse adposita ut scholiasta unam ex pluribus selegisse putetur enarrationem, huius quem auctorem invenisset nominatum adscripsisse. Neque hoc saepe evenisse negaverim; restat tamen suspicio facillime fieri potuisse ut nomina confunderentur atque ne unum quidem in ἱςτορία superesset verbum eius auctoris cuius nomen subscriptum est. Atque est factum. Vel Heynius [Iliad. t. VII p. 287] ex Stephano [p. 247, 10] conclusit Epaphroditi locum a scholiasta Π 233 ADLd male esse excerptum auctorumque testimonia neglegenter adscripta. Sed non unum est exemplum. E. c. schol. Z 396 ADLd frustulum haud ita parvum Dicaearchi servatum esse videtur: Γράνικος, οἱ δὲ Ἀτράμυς Πελαςγὸς τὸ γένος ἀφίκετό ποτε ὑπὸ τὴν ἐν τῇ Κιλικίᾳ[2]) Ἴδην καὶ πόλιν κτίςας ἐκεῖςε ἀφ' ἑαυτοῦ προςηγόρευςεν Ἀτραμύττιον· γεννήςας δὲ θυγατέρα Θήβην τῷ ὀνόματι παρὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ γάμου ἔθετο γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ τὸν ταύτης γάμον τῷ ἀριστεύςαντι. Ἡρακλῆς δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ φανεὶς ἔλαβε τὴν Θήβην γυναῖκα καὶ κτίςας πόλιν ὑπὸ τὸ Πλάκιον καλούμενον ὄρος τῆς Κιλικίας Πλακίαν Θήβην αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἐκάλεςεν. ἡ ἱςτορία παρὰ Δικαιάρχῳ. Neque vero in hanc fabulam bene quadrat Dicaearchi de Theba locus qui schol. Eur. Andr. 1 legitur: Δικαίαρχός φηςιν ἐνθάδε ἀπόςπαςμά τι ⟨τῶν⟩ μετὰ τοῦ Κάδμου ** οἰκῆςαι, quoniam ex hoc loco probabiliter existimatur Dicaearchus Thebam Ciliciam a Cadmi Thebis derivasse. Atqui conferatur schol. Z 396 V: Ἀδράμυςτις ὁ[3]) Πελαςγὸς ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἴδην τὴν ἐν Κιλικίᾳ κτίζει πόλιν Ἀδραμύττειον καλουμένην, ἔχων δὲ θυγατέρα Θήβην ἔπαθλον δρόμου αὐτὴν ὥριςε τῷ βουλομένῳ. Ἡρακλῆς δὲ ταύτην λαβὼν ὑπὸ τὸ Πλάκιον τῆς Κιλικίας πόλιν κτίςας Θήβην αὐτὴν ὠνόμαςεν. ἀλλ' [ἄλλοι δὲ ὅτι?] Ἐριθήλας καὶ Λόβης οἱ Ἀςτάκου ἀπαρχὰς εἰς Φοινίκην ἀπὸ Θήβης φέροντες ἐξώςθηςαν καὶ οἰκήςαντες ἔκτιςαν αὐτὴν καθ' ὁμωνυμίαν.[4]) Extremis verbis scholion Euripideum adeo illustratur ut haec Dicaearcho tribuere dubitem fere nullus: quid de ἱςτορίᾳ? Dicaearchi auctoritas sententiae prorsus diversae attributa est. Simile quid accidit scholl. Γ 75:

---

[1]) Cf. scholl. Soph. Ant. 1133 Eur. Phoen. 227. — [2]) Semper in codicibus Κιλικία et Λυκία confunduntur; illud est reponendum quoniam agitur de urbe Eetionis Cilicum regis [Z 397. 415]. — [3]) Ἀδράμυς τις Πελαςγός? — [4]) Initio eadem sunt in BL; inde a verbo λαβών haec: καὶ τὴν πόλιν Ὑπόπλακον Θήβην ὠνόμαςεν ὅτι ὑπέρκειται αὐτῆς πλακῶδες ὄρος cυνεχεῖς ἔχον πέτρας.

schol. Γ 75 Townl. Ἑλλάνικός φησι * Φορωνέως γεγενῆσθαι παῖδας τρεῖς, οἵτινες μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς διενείμαντο τὴν Ἀργείαν. καὶ τὴν μὲν πρὸς Ἐρασίνῳ τῷ ποταμῷ Πελασγὸς λαχὼν ἔκτισε τὴν νῦν καλουμένην Λάρισσαν, Ἰασὸς τὰ πρὸς † Ἦλιν. ἀναλωθείσης δὲ τῆς γῆς ὁ νεώτερος Ἀγήνωρ πολλὴν ἵππον ἐκτήσατο. ὅθεν ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ὠνόμασται τριχῶς τὸ Ἄργος· Ἴασον Ἄργος Πελασγικὸν Ἄργος ἱππόβοτον Ἄργος.

schol. Γ 75 ADLd Ἴασος καὶ Πελασγὸς Τριόπα παῖδες· τελευτήσαντος δὲ αὐτοῖς τοῦ πατρὸς διείλοντο τὴν βασιλείαν. λαχὼν δὲ Πελασγὸς μὲν τὰ πρὸς Ἐρασῖνον ποταμὸν ἔκτισε Λάρισαν, Ἴασος δὲ τὰ πρὸς † Ἦλιν. τελευτησάντων δὲ αὐτῶν ὁ νεώτατος ἀδελφὸς Ἀγήνωρ ἐπεστράτευσε τῇ χώρᾳ πολλὴν ἵππον ἐπαγόμενος, ὅθεν ἐκλήθη ἱππόβοτον μὲν τὸ Ἄργος ἀπὸ τῆς Ἀγήνορος ἵππου, ἀπὸ δὲ Ἰάσου Ἴασον. ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν Ἀργολικοῖς.

hic quoque discrepat ἱστορία: altero enim scholio Agenorem non narratur magnis equitum copiis instructum Argis bellum intulisse, sed cum fratres totam terram partiti essent, eum pro hereditatis portione magnam equorum multitudinem accepisse[1]); nihil de bello. Ex uno scholio duas has fabulas olim complexo utrumque esse derivatum nomine auctoris non accurate ἱστορίᾳ adposito Eustathius docet [p. 292, 1]: φησὶ δὲ Ἑλλάνικος παῖδας τρεῖς Φορωνέως[2]) γενέσθαι, οἳ τοῦ πατρὸς θανόντος διενείμαντο τὴν Ἀργείαν· καὶ ἡ μὲν πρὸς Ἐρασίνῳ τῷ ποταμῷ Πελασγῷ ἔλαχε τῷ καὶ τὴν ἐκεῖ Λάρισσαν κτίσαντι· Ἰάσῳ δὲ τὰ πρὸς Ἦλιν. Ἀγήνωρ δὲ ἀναλωθείσης τῆς γῆς τὴν πατρικὴν εἴληφεν ἵππον, ὅθεν ἐν ταὐτῷ χρόνῳ ὠνομάσθη τὸ Ἄργος τριχῶς· Ἴασον, ὡς καὶ ἡ Ὀδύσσεια δηλοῖ, Πελασγικὸν καὶ ἱππόβοτον. τινὲς δὲ μετὰ θάνατον τῶν δύο ἀδελφῶν ἐπιστρατεῦσαί φασι τὸν Ἀγήνορα πολλὴν ἐπαγόμενον ἵππον ἀφ' ἧς κληθῆναι τὸ Ἄργος ἱππόβοτον. τισὶ δὲ τῶν παλαιῶν ἀρέσκει Ἄργος ἱππόβοτον ἐνταῦθα τὴν Θεσσαλίαν νοεῖν. Iam videas num qua probabilitate haec scholia in fragmentorum corpora referre liceat: immo non potest ullius

[1]) Cf. Plut. quaest. Gr. 50. — [2]) Legit is quoque corruptelam codicis Townl.; haec recte traduntur in ἱστορίᾳ. Cf. Paus. II 16, 1. 22, 1 schol. Eur. Or. 932. Neque discrepat Hyginus [fab. CXXXXV] dummodo emendetur. Haec habet editio princeps: 'ex Pirantho Callirhoe [l. Callithoe] Argus Aristorides Triopas hic ex hoc Eurisabe Anthus Pelasgus Agenor ex Triope et Oreaside Xanthus et Inachus'. Primo eicienda sunt quae ex Ovidio [met. I 624] petita atque Argi nomini adscripta sunt verba *Argus Aristorides hic,* quoniam Argo Panoptae in hoc stemmate nusquam locus datur atque, si daretur, Arestor erat nominandus. Interpretamento inserto factum est ut excideret stemma quod est inter Piranthum et Triopam: cetera olim ita scripta fuerunt: *ex hoc et Soside* [cf. schol. Eur. Or. 932] *Inachus Xanthus Pelasgus Agenor.* Quae nomina cum lacunis et corruptelis obscurata essent, iterum in margine scribebantur: *ex Triope et Soside* [cod. Oreaside] *Xanthus et Inachus:* his in textum inlatis ruebant omnia.

auctoris ex his ἱστορίαις notitia memoriaque sive augeri sive constitui, nisi aliunde illis testimoniis certissima adscita sint documenta.

Vt grammatici vetusti in commentariis conscribendis multum operae rebus geographicis navabant, veriloquia ex historia fabulari eruebant, enarrabant κτίσεις[1]), ita haud paucis ἱστορίαις haec tractantur.[2]) Hoc loco tamen adnotasse satis habeo cautionem esse ne harum auctoribus accurate exquirendis studia et labores frustra impendantur. Huius enim generis scholia quae in aliis commentariis extant si quis satis diu et accurate perlustraverit et comparaverit, is magis magisque intellegat necesse est eorum consensus et necessitudines non ad certos quosdam auctores esse referenda, sed ad lexica. E. c. Dicaearchi testimonium et schol. Z 396 et schol. Eur. Andr. 1 extare supra apparuit, de Aegis Nicocratis idem locus atque schol. N 21 adfertur schol. Ap. Arg. I 831, Pherecydis de Phlegyis testimonium praeter schol. N 301 adhibetur scholl. λ 264 [= 262] Ap. Arg. I 735, praeterea cf. schol. Ω 616 cum schol. Ap. Arg. IIII 1149, schol. ε 34. 35 cum scholl. Ap. Arg. IIII 984 Lycophr. 761 St. Byz. p. 595, 13 sq. 654, 13 sq.[3]) Quid? extat luculentum exemplum ethnicorum Stephani, quem librum neque primum neque unum fuisse licet credere; atque vel aetate Epaphroditi a grammaticis in rebus geographicis lexica compilata esse testimonium praesto est Etymol. M. p. 221, 32: οὕτως Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήματι θ Ἰλιάδος παρατιθέμενος Κλείταρχον Αἰγινήτην λεξικογράφον.

Ex eiusmodi lexicis igitur petita esse putaverim quae e. c. de Aetolo, de Macedone, de Corace, de Ithaco et Nerito al. in ἱστορίαις enarrantur; neque aliter eae differunt a ceteris scholiis quae ad geographiam pertinent plurima, quam forma sua externa neque ea primaria. Moneo tamen ne quales fabulae, ut maris Icarii vel Hellesponti nomina explicentur, in ἱστορίαις enarrantur, tales lexicis deberi censeas, quippe quibus fusius exposita fuerint ignota et rara, trita et volgaria breviter commemorata. Idem de eis ἱστορίαις iudicandum est quae ad alia veriloquia sive verborum explicationes pertinent. Quibus scholiis de deorum epithetis νόμιος [schol. Φ 447] χρυσάωρ [schol. O 256] Ἑλικώνιος [schol. Υ 404] vel de κηρύκων origine [schol. A 334] de Ἑρμαίῳ λόφῳ [schol. π 471] fabula enarratur, ea ex lexici locis in ἱστορίας transformata esse tuo iure putaveris; tamen e. c. quae de Paridis vel Peliae nominibus scholl. Γ 325 M 93 K 334 narrationes compositae sunt hanc originem minime sapiunt. Atqui ita inepte ad

[1]) Inspicias quae Stephanus ex commentariis Sophoclis in Apollonium Theonis in Lycophronem Epaphroditi in Callimachum et Homerum excerpsit. — [2]) Cf. scholl. A 38 B 145. 494 Z 35 H 86 Θ 284 N 12 218 Ξ 226. 229 Π 174 Υ 3 [= 53] δ 355 ν 96. 408 ρ 204. — [3]) Ex aliis commentariis satis habeo attulisse schol. Eur. Phoen. 227 et schol. Soph. Ant. 1133, schol. Ap. Arg. IIII 308 cl. cum scholl. Pind. Pyth. III 120 Lycophr. 631.

Homeri verba πολιοῖο λύκοιο Peliae fabula refertur quasi scholiasta non commentarios compilasset sed libros volgares omnibusque paratos perquisivisset ut quocunque loco liceret exempla doctrinae proponeret. Iam fere eadem leguntur apud Apollodorum:

schol. K 334 ADLd

Τυρὼ γὰρ ἡ Καλμωνέως γεννήσασα δύο παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος παρὰ τοῖς Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ ῥείθροις κατέλιπε. τὸν μὲν οὖν ἕτερον κύων ἀφαιρεθέντων αὐτῆς τῶν γόνων [πόνων codd.] παρέχουσα θηλὴν ἔτρεφε· τὸν δὲ ἕτερον ἵππος κατὰ τὸ μέτωπον ἐπάτησεν. ἐπελθόντες οὖν οἱ ἱπποφορβοὶ ἀνελόμενοί τε τὰ παιδία ἔτρεφον καὶ ὠνόμασαν τὸν μέν, ἐπεὶ ἐκ συνδρομῆς αἵματος ἐπελιώθη, Πελίαν, τὸν δ' ἕτερον, ἐπεὶ κύων κατηλέησεν, Νηλέα.

Apollod. I 9, 8

Τυρὼ δὲ ἡ Καλμωνέως θυγάτηρ καὶ Ἀλκιδίκης παρὰ Κρηθεῖ τρεφομένη ἔρωτα ἴσχει Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα φοιτῶσα τούτοις ἐπενήχετο. Ποσειδῶν δὲ εἰκασθεὶς Ἐνιπεῖ συγκατεκλίθη αὐτῇ· ἡ δὲ γεννήσασα κρύφα διδύμους παῖδας ἐκτίθησιν. ἐκκειμένων δὲ τῶν βρεφῶν παριόντος ἱπποφορβοῦ ἵππος μία προσαψαμένη τῇ χηλῇ θατέρου τῶν βρεφῶν πέλιόν τι τοῦ προσώπου μέρος ἐποίησεν. ὁ δὲ ἱπποφορβὸς ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας ἀνελόμενος ἔθρεψε καὶ τὸν μὲν πελιωθέντα Πελίαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ ἕτερον Νηλέα.

Haec neque unum ex altero esse descripta et inter se cognata esse concedatur necesse est: scholio Neptuni et Tyrus amor breviter attingitur, quia propter locum Homericum ratio veriloquiorum exponendorum habenda erat; praeterea plura ex historia fabulari servata sunt quam apud Apollodorum. Quid? Demonstravit Robertus [1]) bibliothecam, quae fertur Apollodori, compendium esse historiae fabularis in ludi magistrorum usum conscriptum neque ex ipsa grammaticorum Alexandrinorum disciplina profectum, sed inferiore aetate ortum, cum doctrinae thesauri et copiae antiquitus conlectae et traditae saeculis indoctioribus molem aegre ferentibus magis magisque compendi fierent. Atqui inter bibliothecam et ἱστορίας aliquam intercedere necessitudinem et Robertus intellexit et plurima documenta sunt. Comparavit ille ἱστορίας schol. I 557 et Ω 602, quibus subscripta sunt οὕτως δὴ Σιμωνίδης τὴν ἱστορίαν περιείργασται et ἡ ἱστορία παρὰ Εὐφορίωνι, cum Apollodori narrationibus [I 7, 8. 9. III 5, 6]. Erant addenda scholl. B 547 [ἱστορεῖ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ] cl. cum Apollod. III 14, 6 et schol. Ξ 325 [ἡ ἱστορία παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Βάκχαις] cl. cum Apollod. III 4, 3.

Huius tamen consensus causae rationesque non possunt cognosci antequam de subscriptionum origine atque auctoritate certum iudicium latum sit. De his vero quas supra movi dubi-

[1]) De Apollodori bibliotheca diss. Berol. 1873.

tationes, eae cadunt in omnes, etsi sub his ἱστορίαις non latent doctae adnotationes: immo dubitatio est nulla quin scriptorum testimonia scholiis postea sint adscripta fideque careant fere omni. Praeclarum exemplum est hoc:

schol. Ξ 325 ABDLd

Σεμέλης τῆς Κάδμου θυγατρὸς Διὸς ἐρασθεὶς Ἥρας κρύφα συνηυνάζετο. ἡ δὲ ἐξαπατηθεῖσα ὑπὸ Ἥρας ἐπινεύσαντος αὐτῇ Διὸς πᾶν τὸ αἰτηθὲν ποιῆσαι αἰτεῖται τοιοῦτον αὐτὸν ἐλθεῖν οἷος ἦλθε μνηστευόμενος Ἥραν. Ζεὺς δὲ μὴ δυνάμενος ἀνανεῦσαι παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς ἐφ' ἅρματος ἀστραπὰς καὶ βροντὰς ὁμοῦ καὶ κεραυνὸν ἀφιείς. Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιποῦσης ἑξαμηνιαῖον τὸ βρέφος ἐξαμβλωθὲν ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάσας ἐνέρραψε τῷ μηρῷ. ἡ ἱστορία παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Βάκχαις.

Apollod. III 4, 3

Σεμέλης δὲ Διὸς ἐρασθεὶς κρύφα συνευνάζεται.[1]) ἡ δὲ ἐξαπατηθεῖσα ὑπὸ Ἥρας κατανεύσαντος αὐτῇ Διὸς πᾶν τὸ αἰτηθὲν ποιήσειν αἰτεῖται τοιοῦτον αὐτὸν ἐλθεῖν οἷος ἦλθε μνηστευόμενος Ἥραν. Ζεὺς δὲ μὴ δυνάμενος ἀνανεῦσαι παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς ἐφ' ἅρματος ἀστραπαῖς ὁμοῦ καὶ βρονταῖς καὶ κεραυνὸν ἵησιν. Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιποῦσης ἑξαμηνιαῖον τὸ βρέφος ἐξαμβλωθὲν ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάσας ἐνέρραψε τῷ μηρῷ.

Ex iis quae scholio enarrantur apud Euripidem nihil legitur[2]); neque fabulae Euripideae ὑπόθεσιν neglegenter compositam scholii fuisse fundamentum licet probabiliter conici, quoniam in Baccharum argumento non de Semela, sed de Pentheo agendum erat. Sed conferas Apollodori quae secuntur verba ἀποθανούσης δὲ Σεμέλης αἱ λοιπαὶ Κάδμου θυγατέρες διήνεγκαν λόγον συνηυνάσθαι θνητῷ τινι Σεμέλην καὶ καταψεύσασθαι Διὸς καὶ ὅτι διὰ τοῦτο ἐκεραυνώθη cum Baccharum prologo [vs. 26 sq.]:

ἐπεί μ' ἀδελφαὶ μητρός, ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν,
Διόνυσον οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διός,
Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος
εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους,
Κάδμου σοφίσμαθ', ὧν νιν οὕνεκα κτανεῖν
Ζῆν' ἐξεκαυχῶνθ', ὅτι γάμους ἐψεύσατο.

Cum nihil obstet quominus Apollodorea olim in scholio extitisse, postea esse omissa statuatur, Euripidis nomen, quod his verbis additum erat, falso toti scholio a librario subscriptum esse sequitur.

Alterum praesto est exemplum conlatis scholiis Γ 243 et Pind. Nem. X 112:

---

[1]) Hoc in scholio Ld legitur ut infra ἵησιν pro ἀφιείς, ἀστραπαῖς et βρονταῖς pro accusativis. — [2]) Cf. vs. 2 sq. 7 sq. 88—97. 288—297. 521—527.

schol. Γ 243 ADLd

Ἴδας καὶ Λυγκεὺς Ἀφαρέως παῖδες γάμους θύοντες τῶν Λευκίππου θυγατέρων Φοίβης καὶ Ἱλαείρας ἐκάλεσαν τοὺς Διοσκούρους συγγενεῖς ὄντας· ὁ γὰρ Τυνδάρεως Ἀφαρέως ἀδελφὸς ἦν. λέγεται δὲ τοὺς Διοσκούρους ἐξαρπάσαι τὰς κόρας ἔτι παρθένους οὔσας. μαχομένων δ' αὐτῶν περὶ τοῦ γάμου καρτερῶς ἀναιρεῖται Κάστωρ. ὅθεν ὁ Ζεὺς ὀργισθεὶς κεραυνῷ βάλλει τὸν Ἴδαν, παραμυθεῖται δὲ Πολυδεύκην καὶ τίθεται αὐτῷ αἵρεσιν πότερον θέλει ἀθάνατος εἶναι ἢ σὺν τῷ ἀδελφῷ ἐξ ἡμέρας τελευτᾶν καὶ τοὺς ἴσους ζῆν. ὁ δὲ μᾶλλον αἱρεῖται μετὰ Κάστορος ἀποθανεῖν καὶ ζῆν. ἡ ἱστορία παρὰ Πινδάρῳ.

schol. Pind. Nem. X 112

ἡ ἱστορία ἐστὶ τοιαύτη. Λυγκεὺς καὶ Ἴδας οἱ Ἀφαρέως παῖδες ἐμνηστεύσαντο τὰς Λευκίππου θυγατέρας Φοίβην καὶ Ἱλάειραν. κατὰ δὲ τὴν τῶν γάμων εὐωχίαν τοὺς Διοσκούρους εἰς ἑστίασιν ἐκάλεσαν· οἱ δὲ τὰς κόρας ἁφαρπάσαντες ἀπέφευγον, οἱ δὲ ἐπεδίωκον καὶ συνίσταται τοῖς Ἀφαρητιάδαις καὶ τοῖς Διοσκούροις μάχη περὶ τῶν γάμων καὶ ἀναιρεῖται Κάστωρ· εἶτα Πολυδεύκης ἀνεῖλεν ἀμφοτέρους συμπράξαντος τοῦ Διὸς καὶ κεραυνὸν αὐτοῖς ἐπιπέμψαντος. ὁ δὲ Πίνδαρος οὐ διὰ τὰς νύμφας φησὶν αὐτοῖς γεγενῆσθαι τὴν στάσιν ἀλλὰ διὰ βοῶν ἀπελασίαν. ψυχορραγοῦντος οὖν τοῦ Κάστορος Πολυδεύκης ὢν ἀθάνατος πρὸς τὸν ὄντα φθαρτὸν εἵλετο καταμερίσασθαι τὴν ἀθανασίαν τῇ τῆς φύσεως ἐκνικώμενος ἀνάγκῃ· οὕτως οὖν αὐτοὺς καὶ Ὅμηρος ἑτερημέρους καλεῖ.

Verine est similius scholio Homerico Pindari testimonium cum, ut in Pindarico, eius dissensus olim commemoratus esset, neglegenter esse adglutinatum an huius loci Pindarici argumentum adumbrari?

μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ ἁμέραν τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ
Διὶ νέμονται, τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαίας ἐν γυάλοις Θεράπνας
πότμον ἀμπιπλάντες ὁμοῖον· ἐπεὶ
τοῦτον ἢ πάμπαν θεὸς ἔμμεναι οἰκεῖν τ' οὐρανῷ
εἵλετ' αἰῶνα φθιμένου Πολυδεύκης Κάστορος ἐν πολέμῳ·
τὸν γὰρ Ἴδας ἁμφὶ βουσίν πως χολωθεὶς ἔτρωσεν χαλκέας λόγχας
ἀκμᾷ [Nem. X 55].

Ne immortalitatis quidem partitio ex Pindaro enarratur quod hic per menses, illic per dies Olympum Orcumque fratres commutasse dicuntur. Neque minus certe quam poetarum damnanda sunt testimonia mythographorum vel ea de causa quod res ἱστορίαις enarratae ad auctores in subscriptionibus commemoratos non propter eas discrepantias nequeunt referri quae ex oratione poetica in pedestrem narrationem conversa oriri solent, sed quia testimonia ex singulis historiarum locis temere desumpta sunt. Praeterea e. c. scholio φ 22 integrum Pherecydis frustulum propositum esse non potest putari, quoniam quod ἔγκλημα Hercules contra Iphi-

tum eiusque patrem Eurytum habuisse dicitur diversum est ab eo quod a Pherecyde traditum esse e schol. Soph. Trach. 354 cognoscitur.[1])

Iam igitur ex subscriptionibus probari nequit Apollodori et ἱστοριῶν consensum ita explicandum esse ut ipsos mythographorum libros et a scholiasta et ab Apollodoro esse excerptos, carminum lyricorum vel epicorum argumenta ab Homeri commentatore conlecta et passim bibliothecae inspersa coniciatur.[2]) Sed vel ea de ratione quod bibliotheca est historiae fabularis compendium, graviter monendum esse censeo ne in eius origines et auctoritatem ita inquiratur quasi unicus fuisset libellus atque singularis, sed ita ut semper teneatur hunc unum hodie superesse ex plurimis atque prorsus eiusdem quidem generis. Dixi supra [p. 443 sq.] Homeri scholiastae fabulam Peliae ex libro volgari paratam fuisse quoniam loco ita inepto proponeretur ut ex docto commentario petita esse putari non posset — quid? ut postea Byzantini ubique bibliothecae copias speciose proponunt, similia compendia verine est simillimum a scholiastis saepissime esse compilata? Quicunque igitur inveniuntur consensus bibliothecae taliumque scholiorum, eos maximam partem non ad veterem aliquem auctorem eundem ab omnibus exscriptum referes, sed ex natura derivabis compendiorum. Postquam enim ex primorum huius modi librorum exemplo certus constitutus est fabularum orbis ususque auctorum, iam ceteri plurima exhibent communia atque rarissime integra praebent auctorum primariorum vestigia. E. c. Danaae fabula in bibliotheca ita exponitur ut enarrationis tenor sit Pherecydeus:

schol. Ap. Arg. IIII 1091

Φερεκύδης ἐν τῷ β ἱστορεῖ ὡς Ἀκρίσιος γαμεῖ Εὐρυδίκην τὴν Λακεδαίμονος· τῶν δὲ γίνεται Δανάη. χρωμένῳ δὲ αὐτῷ περὶ ἄρσενος παιδὸς ἔχρησεν ὁ θεὸς ἐν Πυθοῖ ὅτι αὐτῷ μὲν οὐκ ἔσται παῖς ἄρσην, ἐκ δὲ τῆς θυγατρός, πρὸς οὗ αὐτὸν ἀπολεῖσθαι. ὁ δὲ ἀναχωρήσας εἰς Ἄργος θάλαμον ποιεῖ χαλκοῦν ἐν τῇ αὐλῇ τῆς οἰκίας κατὰ γῆς, ἔνθα τὴν Δανάην εἰσάγει μετὰ τροφοῦ,

Apollod. II 4, 1

Ἀκρισίῳ δὲ περὶ παίδων γενέσεως ἀρρένων χρηστηριαζομένῳ ὁ θεὸς ἔφη γενήσεσθαι παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς ὃς αὐτὸν ἀποκτενεῖ. δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο ὑπὸ γῆν θάλαμον κατα-

---

[1]) Φερεκύδης φησὶν οὕτω· μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα Ἡρακλῆς ἀφικνεῖται πρὸς Εὔρυτον τὸν Μέλανος τοῦ Ἀρκεσιλάου εἰς τὴν Οἰχαλίαν· ᾧκειτο δὲ αὕτη ἐν Θούλῃ τῆς Ἀρκαδίας· καὶ ᾔτει τὴν θυγατέρα Ἴλλῳ γυναῖκα· τοῦ δὲ μὴ δόντος Ἡρακλῆς εἷλε τὴν Οἰχαλίαν καὶ τοὺς υἱοὺς ἔκτεινεν. Ἶφιτος δὲ ἔφυγεν εἰς Εὔβοιαν. — schol. φ 22 τὸν δὲ Ἡρακλέα . . . . καταστρέψαι διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν ἔχειν ἔγκλημα καὶ τὸν πατέρα ὅτι τελευτήσαντι αὐτῷ τὸν ἆθλον τὴν Ἰόλην γαμεῖν οὐκ ἔδωκαν ἀλλ' ἀτιμάσαντες ἀπέπεμψαν. Haec non sunt Pherecydis sed Herodori cl. schol. Eur. Hippol. 545 Neque probandus est Odofredus Mueller [Dor. vol. II p. 453] quod ex scholiis Homerico et Sophocleo omni modo consarcinatis Pherecydea restituebat. — [2]) Robert. l. c. p. 86.

ἐν ᾧ αὐτὴν ἐφύλαccεν ὅπωc ἐξ αὐτῆc παῖc μὴ γένηται. ἐραcθεὶc δὲ Ζεὺc τῆc παιδὸc ἐκ τοῦ ὀρόφου χρυcῷ παραπλήcιοc ῥεῖ. ἡ δὲ ὑποδέχεται τῷ κόλπῳ καὶ ἐκφήνας αὐτὸν ὁ Ζεὺc τῇ παιδὶ μίγνυται. τῶν δὲ γίνεται Περcεὺc καὶ ἐκτρέφει αὐτὸν ἡ Δανάη καὶ ἡ τροφὸc κρύπτουcαι Ἀκρίcιον. ὅτε δὲ Περcεὺc τριέτηc καὶ τετραέτηc ἐγένετο, ἤκουcεν αὐτοῦ τῆc φωνῆc παίζοντοc καὶ διὰ τῶν θεραπόντων μετακαλεcάμενοc τὴν Δανάην cὺν τῇ τροφῷ τὴν μὲν ἀναιρεῖ, Δανάην δὲ καταφέρει cὺν τῷ παιδὶ ἐπὶ τὸν ὑπὸ τὸ ἑρκίον Διὸc βωμόν, μόνοc δὲ αὐτὴν ἐρωτᾷ πόθεν εἴη αὐτῇ γεγονὼc ὁ παῖc. ἡ δὲ ἔφη ἐκ Διόc· ὁ δὲ οὐ πείθεται ἀλλ᾽ εἰc λάρνακα ἐμβιβάζει αὐτὴν μετὰ τοῦ παιδὸc καὶ κλείcαc καταποντοῖ. καὶ φερόμενοι ἀφικνοῦνται εἰc Cέριφον τὴν νῆcον καὶ αὐτοὺc ἐξέλκει Δίκτυc ὁ Περιcθένουc δικτύῳ ἁλιεύων. εἶτα ἡ Δανάη ἀνοῖξαι ἱκετεύει τὴν λάρνακα. ὁ δὲ ἀνοίξαc καὶ μαθὼν οἵτινέc εἰcιν ἄγει εἰc τὸν οἶκον καὶ τρέφει ὡc ἂν cυγγενεῖc αὐτοῦ ὄντας.

